
Bt. Flor.
18
R. Friedländer
& Sohn Berlin

6/-



R. FRIEDLÄNDER & SOHN
Buchhandlung
Berlin N.W.6.
11. Carlstrasse 11.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

FLORA LIPSIENSIS

SISTENS

PLANTAS

IN

AGRIS

CIRCVLI LIPSICI

TAM SPONTE NASCENTES QVAM FREQVENTIVS CVLTAS

SECVNDVM

SYSTEMA SEXVALE

REVISVM ATQVE EMENDATVM

DESCRIPTAS

A

IOANNE CHRISTIANO GOTTLOB BAVMGARTEN

MED. BACC.

Cum Tabulis IV. aeri inciſis.

LIPSIAE

IMPENSIS SIEGFRIED LEBRECHT CRVSII

CIↃIↃCCXC.

LIBRARY NEW YORK BOTANICAL GARDEN

+QK 314
.B388

LIBRARY NEW YORK BOTANICAL GARDEN

VIRIS

MAGNIFICIS, ILLVSTRIBVS,

EXPERIENTISSIMIS,

AMPLISSIMIS ATQVE DOCTISSIMIS

FACVLTATIS MEDICAE LIPSIENSIS

ADSESSORIBVS.

APR 24 1901

IOANNI CAROLO GEHLERO

THERAP. P. P. ORD. FAC. MED. DECAN. ACAD. DECEMVIRO MAI. ET MIN. COLLEG. COLLEGIATO CIVIT. LIPS. POLIATRO SOC. OEC. LIPS. MEMBRO HONORARIO.

CAROLO CHRISTIANO KRAVSE

PHILOS. ET MED. DOCTORI FACVLT. MED. SENIORI ANAT. ET CHIRVRG. P. P. EXTRAORDINARIO MIN. PRINC. COLLEG. SENIORI.

IOANNI GOTTLOB HAASIO

ANAT. ET CHIR. P. P. ORDIN. MED. FACVLT. ADSESSORI SOCIET. OECON. LIPS. MEMBRO HONAR. ET SOC. REG. SCIENT. GOTTING. SODALI.

ERNESTO PLATNERO

PHYSIOL. P. P. ORDINAR. FACVLT. MED. ADSESSORI ACAD. DECEMVIRO MAI. COLLEG. PRINC. PRAEPOSITO NATION. SAXON. SENIORI SOCIET. OECON. LIPS. MEMB. HONOR.

IOANNI EHRENFRIED POHLIO

MED. DOCT. PATHOL. P. P. ORDIN. FACVLT. MED. ADSESS. SEREN. PRINC. ELECT. SAX. CONSILIAR. AVL. ET ARCHIATRO SOC. OEC. LIPS. MEMB. HONOR.

ADAMO MICHAEL BIRKHOLZ

PHILOS. ET MED. DOCTORI FACVLT. MED. ADSESSORI COLLEG. MAI. PRINC. COLLEGIATO.

CHRISTIANO FRIDERICO
LVDWIG

PATHOL. P. P. SVBSTIT. HISTOR. NAT. P. P. EXTRAORD. FAC. MED. ADSESSORI PRAEFECT. LIPS. PHYSICO PROVINCIALI SOC. OEC. LIPS. MEMB. HON. SOC. AGRICVLT. PARIS. ET ACAD. REG. SCIENT. MONSPELIENS. HALENS. ET NAT. CVRIOS. CORRESPONDENTI.

ERNESTO BENIAMIN THEOPHILO HEBENSTREIT

PHIL. ET MED. DOCT. FACVLT. MED. SVBSTIT. SOC. OECON. LIPS. MEMB. HONOR. NAT. CVRIOS. HALENS. ET MVSEI PARIS. SODALI SOC. REG. SCIENT. GOTTING. ET SOC. AGRICVLT. PARIS. CORRESPONDENTI.

PRAECEPTORIBVS

PATRONIS ET FAVTORIBVS

OMNI PIETATE

COLENDIS

HANCCE

FLORAM LIPSIENSEM

IN

PVBLICVM AC PERENNE PIETATIS
SEMPITERNAE

MONVMENTVM

ET

GRATISSIMAE MENTIS

TESSERAM PERPETVAM

D. D. D.

AVCTOR

IO. CHRISTIAN. GOTTLOB BAVMGARTEN

MED. BACC.

LECTVRIS BENEVOLIS.

Mirabuntur forſitan multi, poſt celeberrimorum Virorum, BOEHMERI, SCHREBERI aliorumque curas, me hominem nouum, illisque nominibus, et doctrinae copia, et auctoritate, longe inferiorem, ad FLORAE LIPSIENSIS adumbrationem animum appuliſſe. Ego vero non ita ſum arrogans, vt meis qualibuscunque laboribus gloriae palmam Viris illis eripere audeam; neque ignoro, quam difficile ſit in laboris ab aliis paene confecti repetita pertractatione lectorum reprehenſionem non incurrere, ne dicam, gratiam promereri. Quae cogitatio, cum ab incepto negotio tantum non me deterruerat, alia tamen fuerunt, quae animum meum confirmarent et in aliquam ſpem erigerent. Cum enim per quinque, et quod excurrit, annos, ex quo tempore in ILLVSTRIS POHLII *Patroni* mei ſumme *Venerandi* ſcholis, hiſtoriam plantarum addiſcere coepi optimique Praeceptoris exemplo fidaque inſtructione incredibili illius ſcientiae amore me accenſum captumque ſenſi, frequentiſſimis in agrum *Lipſienſem* finitimasque regiones excurſionibus

nibus FLORAE dona curioſe perquiſiuerim et inueſtigauerim, non exiguum plantarum numerum paſſim inueni, quarum nullam mentionem eiusdem argumenti ſcriptores fecerunt. Quas plantas, ſi prioribus FLORAE LIPSICAE indicibus addederem, non ingratum Viris doctis laborem me ſuſcepturum eſſe confidebam. Neque tamen in eo ſubſiſtere volui, vt plantarum a me *Lipſiae* collectarum indicem ſpicilegii adinſtar anteceſſorum meorum ſcriptis adiicerem. Cum enim omnes propemodum noſtri temporis Botanici LINNAEI ſyſtema vnice ſequantur, percommodum videbatur omnem plantarum *Lipſienſium* enumerationem ſyſtematis illius ordine adornare. BOEHMERVS enim, etſi incredibili ſtudio, nec ſatis laudandis obſeruationibus de *Flora Lipſienſi* alias optime meritus, plantas LIPSIENSES ſecundum methodum b. LVDWIGII doctiſſime excogitatam expoſuerit; vſui tamen Tironum labor illius Viri grauiſſimus nunc minus accommodatus eſſe videtur. SCHREBERVS autem non exiguum plantarum numerum BOEHMERIANO indici adiecit; et, qui hunc ſecuti ſunt, KNOLLIVS, IAHNIVS, ESCHENBACHIVS, libellis ſingularibus diuitias noſtras auxerunt. Denique HEDWIGIVS cryptogamias *Lipſiae* plantas egregiis et numeroſis obſeruationibus illuſtrauit. At eorum gratia, qui botanicam in hac Academia ediſcunt, optabile erat, vt, quaecunque Virorum illorum induſtria, vel nouiter dete-

detexit, vel accuratius definiuit, in vnum librum continuumque ordinem congererentur et contribuerentur. Qui enim plantarum colligendarum cauſa per agros camposque ſuburbanos circumcurſitat, his valde moleſtum eſt multos libros libellosque ſecum gerere, iisque promiſcue euoluendis tempus perdere.

His igitur cauſis permotus non incongruum eſſe putaui, ſi plantarum omnium *Lipſienſium* enumerationem nouo integroque opere retractarem. Quodſi in haud exiguo *Florae Lipſienſis* ſcriptorum numero mea fama in obſcuro ſit, nobilitate et magnitudine eorum, nomini officient meo, me conſoler.

In *Plantarum Lipſienſium* numero non modo eas, quae in agris mihi proximis creſcunt, verum etiam paullo remotiorum locorum prouentus vsque ad duorum milliarium et dimidii quaquauerſum ab vrbe diſtantiam complexus ſum. Et quamvis hoc inprimis curandum eſſet, vt plantae inquilinae accurate determinarentur, nolui tamen eas ſilentio praeterire, quas olim peregrinas ex remotis terris allatas, vel natura caloris frigorisque aeque patiens, vel diuturna cultura noſtro coelo aſſueſcit.

In Claſſibus plantarum conſtituendis LINNAEVM ſecutus ſum, ita tamen, vt THVNBERGII exemplo, quod ante WILDENOVIVM et TIMMIVM ſecutos eſſe video, *Gynandriam*, *Monoeciam*, *Dioeciam*

ciam et *Polygamiam* eiecerim plantis, a LINNAEO ſub his claſſibus comprehenſis in reliquas claſſes contributis. Nominibus autem illis, *Gynandriae*, *Monoeciae etc.* in ſingulis claſſibus eos ordines diſtinxi primarios, ad quos illae plantae pertinent. Igitur in ſingulis claſſibus plantas *Flore Hermaphrodito*, *Styloſtemonoide*, *Thalamoſtemonoide*, *Monoclino*, *Diclino*, *Polygamoide*, in ſingulos ordines ſeparatim diſpoſui.

In *Graminum* recenſu genera, ad tertiam LINNAEI claſſem pertinentia, GILIBERTI methodum, charactere a figura numeroque calycis et corollae deſumto, amplexus ſum. Proinde vniverſam hanc plantarum, tribus antheris praeditarum, familiam in tres cohortes deſtribui. Hi vero ſunt: Gramina *calamaria* corolla deſtituta, calyce vniualui, vel quinqueualui; flore amentaceo, hermaphrodito, vel monoclino: *paniculata* flore ſeſſili pedicellato, hermaphrodito vel polygamoide: *Spicata* denique flore ſeſſili denticulis ſuperſtructo, tantum hermaphrodito.

Ex *Vmbelliferarum* numero alias cum CRANZIO ſecundum ſeminum figuram, alias ſecundum Inuolucrorum numerum, diſtribui, aliquoties tamen ab hoc ordine paullisper deflexi. Non ignoro multos nunc eſſe, qui inuolucrorum numerum et figuram conſtantem et in ſingulis plantis immutabilem eſſe negent, me vero his aſſentire multiplex obſeruatio non patitur.

Filices

Filices ex LINNAEI ſententia deſcripſi. In *Muſcis* autem HEDWIGIVM et WILDENOVIVM: in *Algis* WIGGERSVM, HOFMANNVM et WILDENOVIVM, qui *Lichenes*, quos haud iure vnico genere LINNAEVS comprehendere annifus eſt, in plura genera, partim e forma externa, partim plerumque e fructu, vt charactere conſtante, diuidere ſtuduerunt; in *Fungis* denique WIGGERSVM, BATSCHIVM, WILDENOVIVM et ROTHIVM maxima ex parte ſecutus ſum, ita tamen, vt his poſtremo loco dictis HEDWIGII *Octoſporas* adiecerim.

Nomina generica, exceptis iis cryptogamicis, ab Ill. b. LINNAEI impoſita, fere omnia ſeruaui. Nonnulla tantum genera a LINNAEANIS ſeparaui et ſecundum WIGGERSI ſententiam, ob proprias notas characteriſticas, ſingularibus nominibus inſigniui. Sic v. c. ob calycem quadrifidum et corollam tetrapetalam *Oxycoccum* e *Vacciniis* calyce quadriphyllo et corolla monopetala inſtructis, ſeiunxi et huic generi a b. SCHOLLERO nomen feci. Porro e genere *Lamii* et *Galiopſidis*, quas plantas *Celebr.* POLLICHIVS optime deſcripſit, nonnullas ſpecies ſeparaui, in quibus Faux *Corollae* dentibus deſtituta eſt, et ex his cum WIGGERSO *Pollichiae* genus conſtitui.

Synonyma Auctorum omnia enumerare nolui, ne nimis longus eſſem vidererque ea exſcripſiſſe, quae *Celebr.* BOEHMERVS et SCHREBERVS in ſuis

ſuis libris iam citarunt. Igitur ex his ſelectiſſima tantum appoſui. In Cryptogamia autem, quae magna adhuc difficultate laborat, numeroſiora Synonyma e multis Auctorum, qui hunc locum nuper illuſtrarunt, libris, adieci. Illis autem plantis, quas Anteceſſores mei in ſuis libris non habent, ex veteribus tantum, e. g. e CASPARIS BAVHINI Pinace, pauca ſynonyma addidi easque ſimul figura ſtellulae notaui.

Vt plantae viuae cum depictis comparari poſſint, icones valde bonas *Blackwellianas*; ob expoſitas plantarum medicas virtutes; AVGVSTVM QVIRINVM RIVINVM, ob icones nitidiſſimas et valde accurate ſculptas; e recentioribus autem *Floram Danicam* et *Floram Auſtriacam*, ob tabulas optime expreſſas et coloribus viuis ad naturam proxime accedentibus pictas; SCHEVCHZERVM ſparſim, SCHREBERVM et LEERSIVM contra ſemper, ob accuratiſſimas graminum deſcriptiones delineationesque; SKVHRIVM ob diſſectiones plantarum accuratas ſubtilesque; KERNERVM, ob plantas oeconomicas; denique DILLENIVM, VAILLANTIVM, SCHAEFERVM, HEDWIGIVM, HOFMANNVM, BATSCHIVM aliosque, ob egregias deſcriptiones artificioſasque delineationes, allegaui.

Nomina pharmaceutica, deinde germanica, gallica anglicaque, tam generibus, quam ſpeciebus addere ſtudui. Nonnullis tamen plantis crypto-

cryptogamicis nomina non adieci, cum deſtituerer libris, ex quibus illa exſcribi potuiſſent.

Loca, vbi naſcuntur plantae noſtrates, citavi ea, quae BOEHMERVS, SCHREBERVS, JAHNIVS aliique iam recenſerunt, tum ea, vbi *Ill.* POHLIVS plantas nonnullas mecum beneuole communicatas, primum detexit, denique ea, in quibus a me repertae fuerunt. Praeterea, quod *Celebr.* BOEHMERVM et SCHREBERVM feciſſe video, naturam ſoli deſcripſi, in quo ſingulae plantae proueniunt. Caeterum illa plantarum loca, quae vrbi vel pago vicinia et propriis nominibus inſignita ſunt, proprie indicaui; contra plantis vbique magna in copia creſcentibus, propria locorum nomina non adieci; denique vel iis, quae in agris ſub dio et in ambulacris publicis vulgatiſſime coli ſolent, atque noſtro ſolo ita adſuetae ſunt, vt nunc pro ſpontaneis haberi poſſint; vel quoque illis, hinc illincue in ſyluis dumetisque nuper plantatis, locum in hoc libro eſſe concedendum putaui. His autem locis plantarum natalibus ſemper tempus florendi, earum durationem et fructus maturitatem a me obſeruatam, ſubiunxi.

Denique deſcriptiones et obſeruationes, eas tamen pauciores, ne liber mole ſua nimis laboraret, nec lectoribus eſſet moleſtus, ſparſim addidi, et his plantarum vſum, et medicum; et oeconomicum, hactenus cognitum, notare non omiſi.

Me

Me quoque haud paruam apud Tirones gratiam initurum exiſtimaui, ſi Terminos Botanicos, quorum maximam partem b. LINNAEVS conſtituit, explicatos et ordine partium plantarum diſpoſitos, exhiberem, et ſimul in tabulis nonnullis ſelectiores quasdam plantas a *Dexterrimo* CAPIEVX accurate delineari pingique curarem.

Tandem omnibus Praeceptoribus meis atque Patronis, inprimis GEHLERO, POHLIO, KAPPIO, HEBENSTREITIO, LVDWIGIO, KÜHNIO, ESCHENBACHIO, Viris Illuſtribus, Excellentiſſimis Experientiſſimisque pro fida doctrina, conſiliis, librisque beneuole mihi communicatis, decentiſſimas perſoluo gratias; quibus quantum, tum in vniuerſa vita mea Academica, cum in hoc libro condendo debeam, nunquam animus meus excidere patiar.

Caeterum nihil magis in votis habeo, quam, vt meam qualemcunque operam non inutiliter in hoc libello conficiendo doctis rerum arbitris collocaſſe videar. *Dabam Lipſiae IV. die Octobris.* MDCCXC.

AVCTO-

AVCTORES, QVI DE PLANTIS LIPSIENSIBVS IN VNIVERSVM VEL SPARSIM SCRIPSERVNT.

1) PAVLI AMMANNI *Supellex Botanica ſ. Enumeratio plantarum, quae non ſolum in horto medico, ſed etiam in aliis circa Vrbem viridiariis etc. progerminare ſolent.* Lipſ. 1675. 8mai. In quo plantae ſecundum alphabethum cum ſynonymis propriis ſine locis tamen natalibus adiectis enumerantur.

2) AVGVSTVS QVIRINVS RIVINVS *Decanus Facultat. Med.* olim Lipſienſis, qui methodum ſimpliciſſimam a floris fabrica regularitateque ſumere tentauit, magnum opus ſuſcepit, et nouam plantarum methodum iconibus ornare voluit. Edere ergo incepit Lipſiae anno 1690. Fol. *Ordinem plantarum*, quae ſunt *flore irregulari monopetalo.* Quem ſecutus eſt anno 1691. *Ordo plantarum*, quae ſunt *flore irregulari tetrapetalo*, et deinde 1699 prodiit *Ordo plantarum*, quae ſunt *flore irregulari pentapetalo.* Tabulas contra, quae *Ordinem florum hexapetalorum irregularium* comprehendunt diu a CELEBERRIMO VIRI morte b. LVDWIGIVS, qui aeque, ac HEBENSTREITIVS,

Decani Facult. Med. olim *Lipſienſes*, multo indefeſſoque labore plantas in *Circulo noſtro* prouenientes disquiſiuerunt atque in ſuis ſcriptis fideliter deſcripſerunt, edidit. Plantas multas e noſtra terra prouenientes nitidiſſime delineauit.

3) CHRISTIANI LVDWIGII WELSCHII *Baſis Botanica* ſ. *Breuis ad rem herbariam Manuductio etc.* Lipſ. 1697. 12mo. Huic autem libello Catalogum plurimarum plantarum in noſtro Climate creſcentium adiecit et ordine alphabetico cum ſolis nominibus absque loco natali plantas indicat.

4) DAVIDI WIPPACHERI *M. D. et Practici olim Lipſienſis Flora Lipſienſis bipartita.* Lipſ. 1726. 8min. In qua nomina plantarum obſcura et imperfecta, immo quoque erronea, enumeratur et loca earum natalia cum florendi tempore vitaque plantarum, indicantur.

5) ALBERTI HALLERI *Flora Ienenſis* HENRICI BERNHARDI RVPPII, etc. Ien. 1745. 8. Exiguam plantarum noſtro ſolo repertarum copiam continet Flora.

6) AVG. FRIEDER. WALTHERI *Med. Doct. ac Prof. Medic.* quondam *Lipſienſis Catalogus plantarum exoticarum indigenarumque, quas in horto coluit.* Lipſ. 1732. 8. et Eiusd. *Deſignatio plantarum, quas hortus complectitur etc.* Lipſ. 1735. 8. In his duobus libris plantas tam rariores, quam vulgares, alphabethico ordine, cum meris nominibus enarrat.

7) IOH. GOTTLIEB GLEDITSCHII *Methodus Fungorum, etc.* Berol. 1753. 8min. Eſt libellus praeſtantiſſimus et in aeternum vsque vtiliſſimus. Continet enim magnum *Fungorum* numerum, apud nos vigentium, quos optimis grauiſſimisque deſcriptionibus, obſeruationibus ſeléctiſſimis et locis natalibus ſpeciatim recte indicatis, auxit.

8) GEORG. RVDOLPHI BOEHMERI *M. D.* ac *Prof. Therap.* hoc tempore *Wittebergenſis Flora Lipſiae indigena.* Lipſ. 1750. 8mai.

9) CHRISTIANI DANIEL SCHREBERI *M. D.* ac *Prof. hoc tempore in Academ. Erlang. Obſeruationes de Phaſco etc.* Lipſ. 1770. 4. Subſequente anno edidit *Spicilegium Florae Lipſiae. 8mai.*

10) FRIDER. AVG. GOTTL. KNOLLE Epiſtol., in qua Plantas Venenatas Vmbelliferas indicit. Lipſ. 1771. 4.

11) AVG. FRID. GVIL. ERN. JAHNII *de plantis circa Lipſiam nuper inuentis Epiſtola.* Lipſ. 1774. 4.

12) IO. FRID. ESCHENBACH *Diſput. Obſeruationum Botanicarum etc.* Lipſ. 1784. 4. Vbi de plantis noſtratibus agit, ibidem loca natalia indicat.

13) D. IO. HEDWIGII *Deſcriptio et adumbratio microſcopico - analitica Muſcorum Frondoſorum, nec non aliorum vegetantium e claſſe cryptogamica Linnaei nouorum dubiisque vexatorum.* Tom. I. et II. Lipſ. 1787 — 1789. Fol. De plurimis cryptogamicis plantis locorum natalium mentionem facit.

14) IO. CHRIST. GOTTL. BAVMGARTEN *Sertum Lipſicum. Stirpes praeprimis exoticas circa Vrbem plantatas continet.* Lipſ. 1790. 8.

TERMINORVM TECHNICORVM

IN HOC LIBRO OCCVRRENTIVM

E X P L I C A T I O.

Planta eſt indiuiduum, viuens et vegetans, corde, vaſculis renitentibus et loco-motiuitate deſtitutum, qua de re vera humorum circulatio in Plantis nulla deprehenditur. Caeterum, vt Animalia, nuptiis propagantur, creſcunt, irritantur, fructificant et duplici componuntur *ſubſtantia*, quarum vna eſt *corticalis*, altera *medullaris*. *Partes* autem, plantas conſtituentes, praecipue ſunt ſequentes.

I. RADIX.

Eſt Organum plantae nutriticium, ſine quo ea viuere, eleuari ac ſuſtentari non poteſt. Conſtans *Caudice deſcendente Radiculisque.*

A. *Radicula* eſt pars radicis fibroſa, in quam terminatur Caudex deſcendens, et qua Radix nutrimentum haurit pro vegetabilis ſuſtentatione.

B. *Caudex deſcendens* eſt Radix ipſa ſic dicta, quae ſub terra ſeſe ſenſim ſubducit et Radiculas profert. Dein ob variam ſtructuram a Botanicis Radix diuerſis diſtincta eſt nominibus ſequenti modo.

Annua, intra annum emortura. *Biennis*, quae primo anno vegetat, et altero floret ſimulque perit. *Perennis*, quae productione nouarum germinarum per plurimos annos regerminat; vt *Viola odorata; Glechoma hederacea* etc.	a) Vita

b) Figura.

Rotunda, quae angulis plane orbata eſt: e. g. *Cyclamen*; *Crocus vernus.*

Ouata, cuius diameter longitudinalis ſuperat transuerſalem, baſi ſegmento circuli circumſcripta, apice anguſtiore: vt *Orchidibus* quibusdam.

Fuſiformis, quae eſt ſimpliciuſcula, oblonga, craſſa, verſus baſin ſenſim attenuata; v. c. *Daucus*; *Paſtinaca.*

Praemorſa, quae deorſum truncata, nec acuto apice terminatur; vt *Scabioſa ſuccisa*; *Plantago.*

Palmata, vbi longitudinaliter in plures lobos ſubaequales diuiditur verſus ortum: vt *Orchis latifolia*, *maculata.*

Teſticulata, eadem ac ſupra *ouata*, nonnullis *Orchidum* ſpeciebus propria.

Faſciculata, quae partibus carnoſis plus minusue productis, ad radicis ortum immediate munitis, conſtat; vt *Orchis abortiua*: *Ophris Nidus Auis.*

Tuberoſa, ex ſubrotundis carnoſis compoſita corporibus in faſciculum collectis. *Spiraea Filipendula*; *Solanum tuberoſum.*

Granulata, dicitur ea, quae corporibus ſphaericis carnoſis adhaeret radiculis filoſis; ſicuti *Saxifraga granulata.*

Bulboſa, dicitur ea, ex cuius ſuperficie inferiori vel baſi fibrillulae modo emittuntur et quae radix aliter, Bulbus dicitur, qui quoad ſubſtantiam triplici modo a Botanicis diſtinguitur; nempe,

Bulbus, qui eſt hybernaculum plantae ex rudimentis foliorum praeteritorum, vel

Solidus, qui ſubſtantia carnoſa, intus indiuiſa continua conſtat; vt Radix *Allii Satiui* et *Tulipae*, vel

Trun-

Tunicatus ex lamellis bulboſis, ſibi ſuperincumbentibus concentricis compoſitus; vt Radix Cepae, vel denique

Squamoſus, qui ſquamis imbricatis conſtructus eſt; v. c. *Lilii Albi* Radix.

Perpendicularis, quae recta deſcendit.

Horizontalis, quae ſub terra transuerſim extenditur: vt *Iris.*

Obliqua, quae a perpendiculari aut horizontali linea diſcedit.

Repens, quae longe ſub terra excurrit, et hinc inde nouos ſurculos profert demittitque, vt *Triticum repens.*

} c) Directione.

Simplex, quae non ſubdiuiditur.

Fibroſa, radiculas tenues numeroſas emittens.

Compoſita ſ. *Ramoſa*, quae in ramos fibroſos laterales ſubdiuiditur.

Dentata, dicitur ea, cuius articuli denticulis exiguis rectis breuibus conſtructi ſunt; vt *Datura.*

Articulata, quae geniculis intercipitur et vel hinc inde intermediis incraſſatur; vt *Conuallaria Polygonatum; Oxalis Acetoſella.*

} d) Structura

Tenera, quae fibrillulis minutiſſimis, facile deſtructibilibus, conſtat.

Compacta, ſubſtantia ſolida donata.

Farinacea, quae ſubſtantiam farinae ad inſtar intus continet.

Carnoſa, quae interne pulpa ſolidiuſcula ſucculenta repleta eſt.

Succulenta, quae humoribus copioſioribus praedita eſt.

Lignea, quae humoribus ſuperfluis caret, et denſiſſimis fibris adpreſſis conſtat.

} e) Subſtantia.

II. T R V N C V S.

Communiter ea pars plantae dicitur, quae e radice exſurgit, et flores cum fructificatione plus minusue ſuſtinet. Sunt autem diuerſis Truncorum diuerſa et propria nomina ſequentia:

1. *Caudex*, dicitur *Truncus* perennis, ſquamoſus et corticatus *Arboribus*, *Fruticibus Suffruticibusque* proprius.

2. *Caulis*, dicitur is, qui per annum durat, et folia, flores cum fructu profert, vt in *Herbis*.

3. *Culmus*, eſt Truncus *Graminibus* proprius, qui eleuat folia cum fructificatione, plerumque geniculatus aut enodis, annuus, fiſtuloſus aut ſpongioſus, vel ex foliis conuolutis compoſitus. Europaei annui omnes.

4. *Scapus*, appellatur Truncus vniuerſalis, qui flores tantum ſuſtinet absque foliis.

5. *Frondis* folium referens. *Filibus*.

6. *Surculus*, perennis, qui tenuis, vix lignoſus, folioſus et *Muſcis Frondoſis* proprius.

7. *Lora*, dicitur Truncus perennis, qui ex filis meris conſtat foliisque caret, vt *Lichenibus filamentoſis*; *Mucore*; *Conferua*.

8. *Stipes* plerumque annuus et aphyllus, quibus rami frons et fructificatio in vnum confluunt, vt *Filicibus*, *Fungis*. Stipes autem *Fungorum* eſt vel farctus, aut fiſtuloſus; vel annulatus, aut nudus.

Trunci differunt inter ſe vario modo.

Duratione. { *Herbaceus*, dicitur, cuius Caulis non lignoſus et quotannis aut biennis perit.
Fruticoſus, audit Caulis, ſi planta ſeu ſtirps caulem per hyemem ſeruet, ramis vero quotannis marceſcat; ſicuti *Solanum dulcamara*.

Suffru-

Suffruticoſus, eſt Truncus perennis, qui plures ab vna radice duriores humilioresque caules protrudit.
Arboreus, qui perennat et ex caudice ſimplici gemmifero conſtat.

} Duratione.

Praeſens aut *nullus*. vt *Carlina acaulis*.

} Numero.

Teres ſ. *rotundatus*, qui cylindricus et abſque angulis.
Semiteres, qui hinc planus, illinc conuexus.
Compreſſus, cuius latera duo oppoſita fere plana ſunt.
Anceps, in medio vtrinque conuexus; latere vero vtroque acuminatus gladium anceps referens.
Angulatus, qui pluribus, quam duobus angulis longitudinaliter notatus eſt.
Acutangulus, qui angulis ſcindentibus gaudet.
Obtuſangulatus, margine angulato obtuſo inſtructus.
Obſoletangulus, vbi anguli vix manifeſte conſpiciuntur.
Triquetrus, cuius latera inter angulos plana ſunt.
Trigonus, cuius latera inter angulos conuexa obſeruantur.

} Figura.

Simplex, nullis ramis inſtructus.
Ramoſus, ramis lateralibus praeditus.

Ramorum Diuiſio — *Ramis*
- *ſparſis* abſque ordine Caulem veſtientibus.
- *oppoſitis*, ſi duo rami ex eodem plano axillis prodeunt.
- *alternis*, cum vnus poſt alterum tanquam per gradus exit.
- *diſtichis*, ſi vtrinque e regione ſolum oriuntur.

} Diuiſione.

Ramus

Diuiſione. Ramis Ramorum. Diuiſio.

confertis, cum ita copioſi rami, ita totum occupant Truncum, vix relicto ſpatio.

patulis, vbi ad angulum rectum, aut quaſi rectum cum caule locati ſunt *Rami*.

verticillatis, cum plures quam 2 verticillatim truncum ambiunt.

faſciculatis, cum rami ſurſum quaſi in faſcicula eleuantur.

Subramoſus, dicitur is, qui ramis pauciſſimis lateralibus inſtructus eſt.

Ramoſiſſimus, vbi rami numeroſi absque ordine cumulati ſunt et collocati.

Superficie.

Laeuis, ſuperficie aequali donatus.

Striatus, longitudinaliter lineis impreſſis aut prominulis notatus.

Sulcatus, ſulcis profundis, latis, excauatis exaratus.

Glaber, ſuperficie lubrica ſ. polita et nuda inſtructa.

Scaber, corpuſculis rigidiuſculis prominentibus exaſperatus. *Cannabis*; *Humulus*.

Muricatus, corpuſculis ſubulatis, mollibus, non pungentibus, munitus.

Tomentoſus, villis intertextis vix conſpicuis obtectus, vnde ſaepius albidus: plantae marinae et ſaepe campeſtres ventis expoſitae, vt *Anemone Pulſatilla*; *Verbaſum Thapſus*.

Villoſus, pilis longioribus rarioribus, mollibus, conſpicuis pubeſcens, vt *Teucrium Chamaepythis*.

Hir-

Hirſutus, qui pilos profert longiores, magis conſpicuos, rariores et rigidiores.
Hiſpidus, ſetis rigidis adſperſus.
Vrens, ſtimulis adpreſſus. *Vrtica vrens.*
Aculeatus, aculeis inſtructus.
Spinoſus, ſpinis armatus, vt *Prunus Spinoſa*, *Crataegi* variae.
Papilloſus, corpuſculis pilo craſſioribus, pellucidis, capitulo ſaepius terminatus.

} Superficie.

Aphyllus, i. e. qui foliis caret.
Folioſus, folia gerens.
Nudus, qui deſtituitur foliis, ſquamis, ſtipulis absque excreſcentibus.
Squamoſus, foliolis ſquamas referentibus donatus.
Imbricatus, foliis vel foliolis, vno alterum tegentibus, vel vno altero inſtar tegulorum incumbentibus.
Vaginatus, foliorum vaginis cinctus; ſicuti *Gramina* et *Vmbelliferae.*
Alatus, vbi ſecundum caulis longitudinem folii pagina vna aut vtraque decurrit. *Verbaſum Thapſus*: *Cardui.*

} Veſtitu.

Plenus, qui nulla cauitate gaudet, ſed plene farctus eſt.
Fiſtuloſus, intus cauus, nec farctus.
Rigidus, nimis flexilis et facile frangens.
Articulatus, geniculis aut internodiis interceptus.
Debilis, minus profunde radicatus, hinc facile decumbens, niſi aliquo fulcro ſuſtentetur.
Filiformis, aequali vbique craſſitie donatus.
Annulatus, ad origines foliorum annulo quaſi cinctus.

} Structura.

Erectus

Directione.

Erectus, ſitu perpendiculari adſcendens.

Declinatus, prius adſcendens, dein terram verſus ſe flectens; flexionis angulo patentiſſimo inſtar carinae naviculae. *Potentilla aurea.*

Adſcendens, qui cum quadam cauitate ſucceſſiue ab horizonte ſuperiora verſus recedit.

Obliquus, a perpendiculari aut horizontali linea diſcedens.

Incuruatus ſ. *inflexus*, dum primum erectus, deinde arcuatus.

Reclinatus, arcuatim verſus terram.

Nutans, apice extrorſum reflexus.

Diffuſus, ramis absque ordine patentibus. *Fumaria officinalis.*

Strictus dicitur is, qui plane eſt erectus, perpendicularis, nec minime flexuoſus.

Laxus libere, vel ex debilitate, in arcum flexilis, aut nutans.

Procumbens, debilis horizontaliter terrae innitens.

Decumbens ſ. *Proſtratus*, baſi decumbente erectus ſuper terram extenſus.

Repens, radiculas hinc et inde exerens procumbendo ſuper terram. *Potentilla Anſerina.*

Stolonifer, turiones ad radicem emittens. *Potentilla reptans; Aiuga.*

Sarmentoſus, qui propagines ſteriles, foliaceas, filiformes et ſubrepentes cum geniculis radicantibus profert. *Vitis ſinifera.*

Radicans, ramis radices proferens, *Hedera Helix.*

Cyrrhifer, cirrhos emittens, v. *Lathyrus.*

Scandens, adſcendendo ad alia corpora tentaculis ſeſe ſuſtentans. *Clematis Vitalba.*

Volubilis, qui ſpiraliter adſcendit per ramum alienum, aut dextrorſum ſ. contra ſolis motum, vt *Conuoluulus*;

Pha-

Phaſeolus: aut ſiniſtrorſum ſ. ſecundum Solem vulgo, ſicuti *Humulus*; *Lonicera*.

Linearis, eſt lunulae longitudo ab vnguis radice verſus vnguem extenſa.
Vnguiculatus, lineae 6 vel vncia dimidia.
Pollicaris, eſt longitudo aut diameter extimi articuli pollicis.
Palmaris (vnciae 3) diameter 4 digitorum transuerſorum parallelorum dempto pollice.
Spithameus (vnciae 7), qui aequat ſpatium inter apicem pollicis indicis extenſum.
Dotrantalis (vnciae 9) aequans ſpatium inter apicem pollicis et digiti minimi extenſum.
Pedalis (vnciae 12) qui comprehendit ſpatium a flexura cubiti ad baſin pollicis.
Orgyalis (pedes 6) valens hexapodam, ſeu humanam altitudinem menſuram inter manus expanſas.

} Menſura. a) ſecundum longitudinem.

Exprimitur ſimili notiſſimo v. c. *pollicis*, *capitis humani*.

} b) ſecundum craſſitiem.

Vniflorus, bi- tri- multiflorus, ſeu flore vnico, duobus, tribus vel pluribus ornatus.
Paniculatus, ramis varie ſubdiuiſis, floribus numeroſis: *Erigeron canadenſe*.
Spicatus. cuius rami ſpicas ipſas vel ſpicaeformes flores gerunt.
Monophylus, di- tri- polyphyllus, vbi Caulis ſeu vnico, duobus, tribus vel pluribus veſtitus foliis.

} Foliatione. ſecundum Floreſcentiam.

III. FOLIVM.

Eſt productio ſubſtantiae plantae corticalis, parenchymate abundans, in paginam ſaepius attenuata, attra-

attrahens praeparansque humores. Folia autem quaedam *ſimplicia* ſunt, *compoſita* alia; illa appellantur, quorum petioli aut nerui medii in vnicam ſuperficiem extenduntur; haec contra dicuntur, quorum petiolus plura, quam vnum, profert folia. In omni folio conſideratur, praeter numerum etiam ſubſtantia, figura, directio, ſuperficies, ambitus, inſertio, ſitus, etc. Sunt itaque folia.

a) Ortu.

- *Radicalia*, quae immediate e radice prodeunt; *Caulina*, quae e caule enaſcuntur; *Ramea*, e ramis.
- *Axillaria*, quae ex axillis, ſcilicet inter ramum et caulem, ex angulo ſupra prodeunt; *Subaxillaria*, infra.
- *Floralia*, quae ad florum exortum inſeruntur, vel et ipſis pedunculis adhaerent, perſiſtentia ſua a bracteis deciduis diſtincta.
- *Seminalia*, quae antea Cotyledones fuerunt, atque ex ſemine emergunt, caduca.

b) Numero.

- *Solitaria*, vbi vnicum ex eodem loco enaſcitur.
- *Binata*, foliolis tantum duobus.
- *Ternata*, foliis tribus ex eodem plano, vt *Lyſimachia*.
- *Faſciculata*, ſi plura diſtincta ex eodem puncto prodeunt.

c) Circumſcriptione.

- *Orbiculata*, quorum diameter longitudinalis et transverſalis aequalis, peripheria circinnata.
- *Subrotuda*, quorum figura orbiculato proxime accedit.
- *Ouata*, quorum diameter longitudinalis ſuperat transverſalem, baſi ſegmento circuli circumſcripta, apice vero eodem anguſtiore.

Oualia

c) Circumſcriptione.

Oualia ſ. *Elliptica*, quorum latitudo eſt fere tertia pars ſuae longitudinis, ſ. quae ex orbiculato-oblonga vtraque extremitate rotundata aequali praedita ſunt.

Parabolica, quorum diameter longitudinalis ſuperat transuerſalem et a baſi ſurſum anguſtatur in ſemiouatum.

Oblonga, quorum diameter longitudinalis aliquoties ſuperat transuerſalem, et vtraque extremitas ſegmento circuli eſt anguſtior.

Ouato-oblonga, Ouata ad oblongam figuram accedentia.

Linearia, aequali vbique latitudine, interdum vtraque extremitate tantum anguſtantur.

Lanceolata, quorum latitudo vix ſexta pars eſt totius longitudinis.

Lanceolato-ouata, vbi lanceolata ad ouatam figuram ſubaccedunt.

Ouato-lanceolata, ouata ad lanceolatam figuram accedentia.

Capillacea, tenuiſſima fere ad inſtar capilli.

Setacea, ſetum referentia.

Aceroſa, eadem, quae *Linearia*, perſiſtentia plerumque baſi articulatione ramo inſerta, vt in Pino, Iunipero, Taxo etc.

Subulata, ad baſin linearia verſus apicem ſenſim attenuata.

d) Angulis.

Teretia, quae maxima ex parte cylindricam formam habent.

Semiteretia, vna parte explanata, altera conuexa.

Triangularia, angulis tribus prominentibus inſtructa.

d) Angulis.

Triquetra, quae tribus lateribus longitudinaliter planis ſunt praedita.

Deltoidea, rhombea ſunt ex 4 angulis, quorum laterales minus a baſi diſtant, quam reliqui.

e) Figura.

Peltata, quorum petioli inſeruntur folii diſco, non margini.

Cordata, ſunt ouata baſi excauata angulis poſticis deſtituta ſeu cordis formam infuſi referentia.

Reniformia, ambitu rotundata, baſi exciſa et in latitudinem magis, quam in longitudinem extenſa.

Lunata, apice conuexa, baſi concaua, breuia, lobis lateralibus acuminatis, inſtructa.

Carinata, nauiculae in modum concaua.

Emarginata, apice excauata.

Sagittata, triangularia baſi ſinu excauata, angulis poſticis acutis.

Haſtata, triangularia baſi lateribusque excauatis, ramis patulis. *Rumex Acetoſella.*

f) Ambitu.

Integra, indiuiſa, ſinu omni deſtituta. Ergo his opponuntur ſequentia:

Partita, ad baſin fere diuiſa, vnde 2—3— multipartita a numero partium oriuntur.

Fiſſa, diuiſa ſinubus linearibus, marginibus rectis, vtpote 2—3—4—5— et multifida.

Lobata, vbi ſunt diuiſa in ſegmenta profundiora et latiora, quorum numerus conſtituit *Folia* 2—3—4 et 5— *loba.*

Palmata, diuiſa vltra medium in Lobos plurimos ſubaequales baſi cohaerentes.

Digitata, ſegmentibus anguſtioribus, digitos aemulantibus, fere ad baſin vsque productis, et petiolo ſimplici ſ. indiuiſa ſegmenta adnectuntur plura.

α) *Quoad*

α) *Quoad Sinus ſcilicet diſcum folii in partes ſecantes.*

Lyrata, quae ſunt transuerſim diuiſa in lacinias, ita, vt ſuperiores ſint maiores, inferiores remotiores.
Inciſa, in ſegmenta anguſta inaequalia.
Laciniata, varie ſecta in partes, partibus itidem indeterminate ſubdiuiſis.
Pinnatifida, transuerſim diuiſa in lacinias horizontales oblongas.
Runcinata, ſunt pinnatifida, lobis antice conuexis, poſtice transuerſis. *Leontodon Taraxacum.*
Sinuata, quae lateribus ſinus dilatatos admittunt.

β) *Quoad Marginem ſ. extremam oram folii ad latera, intacto diſco folii.*

Spinoſa, quae margine exeunt in acumina duriora, rigidiora, pungentia.
Dentata, quae acumina horizontalia, folii conſiſtentia, ſpatio remota habent.
Serrata, margine inciſo: omnibus inciſuris extremitatem reſpicientibus.
Duplicato-ſerrata, inciſuris iterum inciſis.
Crenata, margine inciſuris ſine reſpectu extremitatis ſecto, vnde *acute ſ. obtuſe-crenata*, *duplicato-crenata*, crenis iterum crenatis.
Cartilaginea, quorum margo cartilagine, a ſubſtantia folii diuerſiſſima, firmatur.
Ciliata, quorum margo ſetis parallelis longitudinaliter obvallatur, e. g. *Thymus Serpillum.*
Lacera, quae margine varie diuiſa ſunt ſegmentis difformibus.
Eroſa, ſinuata ſinubus minimis obtuſis laciniisque inaequalibus inſtructa.

} f) Ambitu.

f) Ambitu.

Repanda, quorum margo angulis, eisque interiectis ſinubus circuli ſegmento inſcriptis, terminatur.

Integerrima, quae margine per totum ambitum integerrimo.

g) Apice.

Acuta, quae terminantur angulo acuto.

Acuminata, apice ſubulato terminantia.

Cuſpidata, neruo in acumen rigidum exeuntia.

Mucronata, prioribus ſimilia, ſed acumine longiore pungente inſtructa.

Cirrhoſa, quae terminantur Cirrho.

Obtuſa, intra ſegmentum circuli terminantia.

Retuſa, in ſinum obtuſum excurrentia.

Praemorſa, quae obtuſiſſima terminantur inciſuris inaequalibus.

Emarginata, quae terminantur Crena. Vnde *acute* vel *obtuſe emarginata*.

Truncata, linea transuerſali deſinentia.

h) Superficie.

Nitentia, quae glabritie lucente ſunt praedita.

Lucida, vitri ad inſtar, maiore praecedentis gradu glaberrima, et quaſi illuminata.

Laeuia, quorum ſuperficies aequales ſunt absque omni pube piloſo, ſetoſa eadem ſunt *Glabra*.

Nuda, excreſcentiis piloſis, verrucoſis, ſpinoſis etc. deſtituta.

Venoſa, vaſis diſcurrentibus multifariam diuiſis praedita. Qua de re oriuntur ſequentia.

- α) *Auenia*, venis deſtituta.
- β) *Rugoſa*, cum venae foliorum contractiores euadunt quam diſcus, vt interiecta ſubſtantia adſcendat.
- γ) *Lacunoſa*, quae foueas inter venas interiectas habent. *Lich. pulmonarius.*

δ) *Bul-*

δ) *Bullata*, ſubſtantia folii quaſi in veſiculas elevata.

Neruoſa, vbi vaſa ſimpliciſſima absque ramulis longitudinaliter extenduntur a baſi verſus apicem. Iterum quoad diuiſionem et magis minusue praeſentiam diverſa, et ſunt:

α) *Trineruia*, quae ſolummodo 3 vaſis gaudent et ſ. p.

β) *Triplineruia*, cum 3 vaſa ſingula ſtatim alia 3 apice ſuo exporrigunt.

γ) *Eneruia*, quae huiusmodi vaſis carent.

δ) *Lineata*, quae lineas diſtinctas exhibent, neque tam profundas, nec eminentes.

ε) *Striata*, lineis ſuperficialibus excauatis parallelis inſcripta.

ζ) *Sulcata*, angulis numeroſis totidemque interiectis ſinubus longitudinaliter exarata.

} h) Superficie

Punctata, punctis excauatis adſperſa.

Papilloſa, punctis veſicularibus carnoſis tecta.

Papuloſa, quae tuberculis ſaepe coloratis, farctis exaſperata ſunt.

Viſcida, humore tenaci oblinita.

Villoſa, pilis mollibus tecta.

Tomentoſa, villis intertextis vix conſpicuis obducta.

Sericea, pilis adpreſſis, molliſſimis nitidis conſpicuis tecta.

Lanata, pilis incuruatis imbricatis, quaſi tela araneae induta, v. c. *Saluia*.

Barbata, pilis villisque parallelis, fere faſciculatis, inſtar barbae hirci obſita.

Piloſa, vbi pili diſtincti elongati tegunt ſuperficiem.

Scabra, quum punctis eminentibus rigidiuſculis per folii diſcum ſparguntur.

} i) Veſtitu.

 Hiſpi-

i) Veſtitu.

Hiſpida, ſetis rigidis fragilibus diſcum folii exaſperata.

Strigoſa, aculeis lanceolatis rigidis in ſuperficie.

Aculeata, cum Aculei pungentes rigidi occupant diſcum.

k) Expanſione

Plana, quae vtramque paginam vbique parallelam gerunt.

Canaliculata, ex ſulco profundo ſecundum totam longitudinem excauata in dimidiatum fere cylindrum.

Concaua, cum margo folii arctior, quam vt diſcum circumſcribat, vnde deprimitur diſcus.

Plicata, diſco plicis acutis alternatim flexo, angulis dependentibus adſcendentibusque. *Alchemilla.*

Vndulata ſunt, cum diſcus folii verſus marginem convexe adſcendit deſcenditque. *Scolopendrium.*

Criſpa, margine luxuriante, vt Diſcus euadat maior, qua de re vndulata fiunt. *Lepidium*; *Naſturt.*

l) Inſertione.

Seſſilia, quae immediate Cauli vel Ramo absque petiolo inſident. Opponuntur his

Petiolata, quae petiolo ad baſin inſeruntur.

Peltata, ſi petiolus diſco ſolummodo interitur, vt *Hydrocotyle*, *Nymphaea.*

Amplexicaulia, ſi baſis folii vtrinque ambiat latera Caulis transuerſim. *Semiamplexicaulia* gradu modo differunt ab illis.

Perfoliata, quae baſi transuerſim Caulem per totum cingunt vt *Lonicera Caprifol. Bupleurum.*

Confluentia, quae ad baſin inter ſe cohaerent.

Vaginantia, baſi formante tubum, caulem vel culmum veſtientia. Sicuti *Gramina* et plantae *vmbelliferae.*

Decurrentia eadem, quae alata, quae baſi folii deorſum ſecundum caulis longitudinem extenduntur.

Alterna,

Alterna, cum vnum poſt alterum tanquam per gradus circa Ramum oritur.
Oppoſita, vbi 2 per paria decuſſatim e regione collocata ſunt.
Decuſſata ſunt oppoſita, vt planta verticaliter inſpectu folia 4— fariam vergant.
Verticillata, pluribus quam 2 foliis ex eodem plano horizontali prodeuntibus caulem ambeuntia.
Faſciculata, vbi plura foliola ex vno eodemque puncto progrediuntur. *Larix.*
Sparſa, quae absque certo ordine conſtituta ſunt.
Conferta, quae ita ſunt copioſa, vt ramos occupent totos, vix relicto ſpatio.
Remota, ſpatio a ſe inuicem diſtantia. Iis opponuntur
Approximata, quae ad ſe inuicem proxime accedunt.
Imbricata, quando parallele ſuperficie recta ſibi inuicem incumbunt et ſe quo ad partem tegunt. *Iuniperus.*

n) Directione

Erecta, quae ad angulum acutiſſimum cauli obſident.
Obliqua, cum baſis caulem, apex horizontem reſpicit. *Fritillaria.*
Aduerſa, cum ſuperficies ſuperior non coelum ſed horizontem ſpectat.
Adpreſſa, cum diſcus folii approximatur Cauli.
Inflexa, apice ſurſum, dein verſus caulem flexo.
Recurua ſ. *reflexa*, apice deorſum, dein verſus Caulem reflexo.
Reclinata, deorſum verſus petiolum flexa, vt arcus ſit baſi inferior, apice deſcendente.
Reuoluta, quae deorſum reuoluuntur.
Dependentia ſ. *pendula*, quae recte terram ſpectant.
Adſurgentia, arcuatim erecta, ſeu primum declinata, verſus apicem demum erecta.

m) Situ.

n) Directione.

Obuerſa, quorum baſis anguſtior, ita, vt baſis concipiatur.

Reſupinata, cum folii ſuperficies terram, et inferior coelum ſpectat.

Submerſa ſ. *demerſa*, intra aquae ſuperficiem abſcondita.

Natantia, quae ſuperficiei aquae natant. *Nymphaea.*

Horizontalia, quae ad angulum rectum a caule diſcedunt.

Radicata, quae radiculas demittunt ex ſubſtantia ipſius folii.

o) Subſtantia

Membranacea, quae inter vtramque ſuperficiem nulla accedente pulpa ſcatent.

Scarioſa, ſubſtantia ſicca arida, tactu ſonora.

Gibba, quae vtraque ſuperficie conuexa mediante copioſiori pulpa.

Tubuloſa, interne ſunt caua.

Pulpoſa, quae interne molli pulpa repleta ſunt. *Sedum.*

Carnoſa, quae interne firmior fere ſucculenta pulpa referta ſunt.

Compreſſa, quae a lateribus marginalibus comprimuntur, vt ſubſtantia folii maior fiat, quam Diſcus.

Compacta, ſubſtantia firma ſolidaque conſtantia.

p) Duratione

Decidua, ſi ante fructus maturitatem cadere ſolent.

Caduca, ante vel ſtatim poſt explicationem Floris euaneſcunt.

q) Compoſitione.

Compoſita, Secundum vero gradus compoſitionis differunt ſequenti modo:

numero.

α) *Binata*, vbi petiolo adnectuntur foliola bina.

β) *Ternata*, — — — — terna.

γ) *Quinata*, — — — — quina.

Digita-

Digitata, cum petiolus ſimplex apice annectit foliola plura. figura.

Pedata, cum petiolus bifidus latere tantum interiore adnectit foliola.

Pinnata, petiolo ſimplici lateribus adnectente foliola plura. Quae vario modo differunt et conſtituunt ſequentia:

α) *Abrupte pinnata*, nec Cirrho, nec foliolo terminato, eadem ac *Pinnulis* ſine pari.

β) *Alternatim pinnata*, vbi pinna maior foliolis alternis minoribus gaudet.

γ) *Articulate pinnata*, vbi folia petioli communi articulato donata.

δ) *Cirrhoſe pinnata*, cum pinnata Cirrho terminantur.

ε) *Decurſiue pinnata*, vbi pinnata foliolis decurrentibus per petiolum.

ζ) *Duplicato pinnata*, cum petiolis lateribus adfigit foliola pinnata.

η) *Interrupte pinnata*, vbi Folia foliolis ruptis, pinnata foliolis alternis minoribus gaudent.

ϑ) *Oppoſite pinnata*, vbi pinnata foliolis oppoſitis collocata ſunt.

ι) *Triplicato pinnata*, cum petiolus communis adfigit plura foliola bipinnata.

Decompoſita, cum petiolus communis diuiditur in plures ſimplices, qui item petiolos plures gerunt. Haec autem ſunt:

a) *Bigeminata*, cum petiolus dichotomo apicibus adnectit foliola quatuor.

b) *Biternata*, cum petiolus gerit 3 folia ternata, eadem ac *duplicato-ternata*

 c) *Bi-*

c) *Bipinnata* ſ. *duplicato-pinnata* cum petiolus adfigit foliola pinnata.

Supradecompoſita, ſi petiolus ſemel ramificatus iterum in alios ramos ſubdiuiſos adnectit plurima foliola et ſecundum variam ramorum diuiſionem audiunt:

a) *Tergemina* ſ. *triplicato-bigemina*, cum petiolus trifidus vtroque apice foliola duo fert et inſuper foliola 2 ad diuaricationem petioli communis.

b) *Triternata* cum petiolus adfigit 3 foliola biternata.

c) *Tripinnata* ſ. *triplicato-pinnata*, cum petiolus communis adfigit plura foliola bipinnata.

IV. F V L C R A.

Aliis quoque *Adminicula* ſunt partes illae, quae plantis tutelae aut aptiori ſuſtentationi inſeruiunt. Hodie autem decem ſpecies numeratur: 1) Petiola, 2) Stipula, 3) Cirrhus, 4) Inuolucrum, 5) Spatha, 6) Seta, 7) Pubes, 8) Arma, 9) Bractea, 10) Pedunculus.

1. *Petiolus* ſ. fulcrum ſuſtinens folium, nec fructificationem, vario differt modo, et quidem:

a) Magnitudine.
- *Breuiſſimus*, qua magnam partem non attingit folii longitudinem.
- *Breuis*, nondum folii longitudinem attingens.
- *Mediocris*, longitudine folii.
- *Longus* ſuperens / *Longiſſimus* ſuperans aliquoties } longitudinem folii.

b) Figura.
- *Linearis*, aequali vbique latitudine.
- *Alatus*, qui ſecundum longitudinem foliatus eſt.

Cla-

Clauatus, verſus apicem incraſſatus.
Membranaceus, complanatus more folii.
Teres, Semiteres, Triqueter.
Canaliculatus, ſupra ſulco profundo longitudinaliter excauatus.

b) Figura.

Inſertus, perpendiculariter ramo inſidens.
Adnatus, quando baſi latiori ita cohaeret, vt absque laceratione caulis epidermidis auelli nequeat.
Decurrens, Alatus, Amplexicaulis; Vaginans.
Appendiculatus, ramentis foliaceis ad baſin inſtructus.

c) Inſertione.

Erectus, patens, adſurgens, recuruatus.

d) Directione.

Radicalis
Caulinus
Rameus
Axillaris

vid. p. 32.

(e) Situ.

Glaber.
Nudus.
Pubeſcens.
Articulatus.
Aculeatus

vid p. 28.

Spinoſus, ſpinis leuioribus indureſcentibus pungentibusque armatus.

f) Veſtitu.

2. *Stipula* eſt Foliolum vnum aut duplex baſi petiolorum vel paſſim pedunculorum adnatum. — Sunt autem ſequentes.

Caducae, quae ante foliorum caſum cadunt.
Deciduae, ſi cum foliis cadunt.
Perſiſtentes.

1. Ratione durationis.

Geminae, ſi binae diſtinctae iuxta ſe poſitae ſunt.
Nullae ſ. *deficientes,* tunc appellantur folia *exſtipulata.*

2. Rat. numeri.

Breues,

3. Rat. durationis. *Breues, breuiſſimae, mediocres, longae, longiſſimae.*

4. Rat ambitus. *Integrae, quae indiuiſae ſunt; ſerratae, ciliatae, denudatae; laciniatae, fiſſae.*

5. Rat. figurae, *Setaceae; lanceolatae; ſubulatae; enſiformes; ſemiſagittatae; ſagittatae; lunatae; ouatae; ſubrotundae; orbiculatae etc.*

6. Rat. veſtitus. *Glabrae, hirtae: ſpineſcentes apicibus duris acutis pungentes.*

7. Rat. ſitus
- *Laterales*, ad latus petioli aut pedunculi.
- *Extrafoliaceae*, ſi extra folii ortum exiſtunt.
- *Intrafoliaceae*, ſi intra — — exiſtunt.
- *Oppoſitifoliaceae*, ſi vtrinque foliorum oppoſitorum petiolis adhaerent, aut ſi folia e regione opponuntur.

3. *Cirrhus* eſt Vinculum filiforme, ſpirale, quo planta alicui corpori alligatur: *Vitis; Lathyrus; Vicia; Piſum; Phaſeolus.* Eſt:

a) *Axillaris*, qui ex ala inter folium et ramum oritur.

b) *Foliaris*, ex ſubſtantia folii enatus plerumque ex ipſius apice.

c) *Petiolaris*, qui petiolo inſeritur.

d) *Peduncularis*, ex pedunculi baſi progreſſus.

4. *Spatha* eſt Membrana, cuius baſis amplectitur pedunculum vnum pluresue, et quoad numerum, directionem et figuram diuerſa. Qua de re numerantur:

Vniflora, 2—3— et multiflora.
Monophylla, 2—3— polyphylla.
Plana, concaua, conuoluta, longa, breuis, etc.
Erecta, declinata.

5. *Seta* audit Filamentum, quod Muſcorum capſulas ſuſtinet. Haec autem eſt, *vel*

Ter-

Terminalis, *vel* Lateralis; *vel*
Solitaria, *vel* Adgregata; vel
Breuis, vel Longa.

6. *Pubes* ſunt Organa mutua ad tutelam externarum aëris iniuriarum, aut liquoris alicuius ſeparationem et excretionem deſtinata. Huc pertinent.

Scabrities, quae ſunt tubercula, aut verrucae exiguae, rigidiuſculae.

Pili, ſunt ductus excretorii plantae filiformes, molles, valde flexiles, elaſtici tamen, ſimplices vel ramoſi.

Lana, ſunt Setulae longiores, molles, tenuiores, quae ad inſtar telae araneae plantas obtegunt, easque a nimio aeſtu defendunt. *Verbacum Thapſus.*

Tomentum, eſt excreſcentia piloſa, ſetulis breuioribus, mollibus intertextis vix conſpicuis conſtans. *Populus alba.*

Barba, eſt excreſcentia e pilis parallelis, prolixis compoſita.

Villus, pilis longe tenerioribus breuioribusque inſtructus.

Strigae, excreſcentiae ſetoſae, rigidae, declinatae, inſtar linguae felis.

Setae, ſunt excreſcentiae pilis ſimiles, ſed rigidae, inflexiles, erectae. Huc autem numerantur:

1) *Simplices*, continuo ſecundum longitudinem extenſae.

2) *Ramoſae*, alias rurſus diuiſas exerentes.

3) *Hamoſae*, apice reflexae, et animalibus facile adhaerentes.

4) *Plumatae*, inſtar plumae ex vtroque latere oppoſito alias ſimplices ſ. rachi communi adnectentes.

5) *Stel-*

5) *Stellatae*, ſi ſetae ſimplices ſetam communem ambiunt.

Hami, ſunt mucrones acuminati apice ſimplici arcuatim reflexi, quibus quaedam plantarum partes adhaerent animalibus praetereuntibus. *Lappa*, *Geum vrbanum*.

1) *Glochides*, ſunt ſetae apice duplici angulate reflexae: inſtar cuſpidis teli retrorſum dentati.

2) *Triglochides*, ſunt glochides tricuſpides.

Papillae, ſunt glandulae humorem excernentes, variis plantarum partibus inſidentes, qua de re ſecundum locum occupantes appellantur

Foliaceae, in foliis ſitae; vt *Salix alba*.
Stipulares, in ſtipulis.
Petiolares, in petiolis.
Pedunculares, in pedunculis.

Praeter has partes commemoratas reperiuntur Glandulae bracteis, calyce, corolla, ſtaminibus, ſtylo, ſtigmate et germinibus. Caeterum ſecundum earum figuram dicuntur *capitatae*, *cylindraceae*, *rotundatae*, *ouatae*, *lanceolatae*, *lenticulares*, *conicae*; et denique ratione ſuperficiei: *pellucidae*, *coloratae* vel *excoloratae*.

Vtriculi, ſunt vaſcula repleta liquore ſecreto.
Viſcoſitas, qualitas humoris tenacis.
Glutinoſitas, ſi humor craſſus et tenax partes oblinat. *Ceraſtium viſcoſum*; *Senecio viſcoſus*.

7. *Arma* ſunt excreſcentiae rigidae laedentes, quibus ab animalium tactu defenditur planta. Nempe

a) *Aculei*, ſunt mucrones pungentes plantae cortici tantum adfixi. *Roſa*.

b) *Fur-*

b) *Furcae* ſunt aculei ramoſi, vbi plures baſi vniti ſunt: hinc bifidae, trifidae. Berberis.

c) *Spinae* ſunt mucrones e ſubſtantia ipſa lignea protruſi, rigidi, acuti. *Prunus Spinoſa.* Sunt:

terminales, in apicibus ramorum, foliorum;

axillares, inter folium et ramum ortae.

calycinae, ex ipſo calyce, eius laciniis foliolisve enatae;

foliares ex foliis,

ſimplices.

d) *Stimulae*, ſunt mucrones puncturas inflammatorias efficientes, vnde pruriginoſae euadunt partes, *Vrtica.*

8. *Bractea*, foliolum aut ſquama flori ſubiacens. Colore et Figura a caeteris recedens. *Tilia*, *Saluia*, *Fumaria bulboſa.* Nempe

a) colore: Coloratae. / Excolores.

b) figura. *Coma*, conſtat bracteis, quae caulem terminant magnitudine inſigni. *Fritillaria Imperial.*

c) numero. *Vna*, *duae*, *plures.*

d) duratione: *decidua.* / *perennis.*

9. *Pedunculus* eſt fulcrum ſolummodo ſuſtinens fructificationem, nec folia. Eſt enim:

Partialis, aliis quoque *pedicellus* appellatus, vnicam ſuſtentat plerumque fructificationem, vel ex alio communi enatus eſt.

Communis, qui plures fructificationes ſuſtinet.

Variat autem: a) Numero, b) Loco, c) Situ, d) Directione, e) Menſura, f) Structura.

Nullus,

a) Numero.
Nullus, tunc oritur flos ſeſſilis.
Solitarius, vbi vnicus eſt in loco.
Geminatus, qui duplex in eodem loco.

b) Loco.
Radicalis, immmediate ex ipſa radice exſurgens.
Caulinus, ex caule: *rameus*, ex ramis.
Petiolaris, ex petiolo enatus.
Cyrrhiferus, promens vna cirrhum. Vitis.
Terminalis, qui ramum vel caulem terminat.
Axillaris, qui inter axillas foliorum et caulis enaſcitur.
Oppoſitifoliaceus, qui folio e regione opponitur. *Solanum Dulcamara.*
Laterifoliaceus, ad latus baſeos folii locatus; vt *Symphytum.*
Interfoliaceus, cum inter folia oppoſita alternatim collocatur. *Aſclepias Vincetoxicum.*
Suprafoliaceus, qui ſupra folium egreditur.

c) Situ.
Alternus. Sparſus.
Aggregatus, *Oppoſitifoliaceus.*
Verticillatus, ſi plures quam duo in eadem altitudine caulem ambiunt.

d) Directione.
Adpreſſus.
Cernuus, cum apice incuruatur, vt Flos verſus latus alterum vel terram nutet. *Bidens cernua. Carduus nutans.*
Erectus, qui ſitum perpendicularem habet.
Patens, ſi continuo magis a ſe diuergunt plures ex eodem loco producti.
Coarctatus, cum plures pedicelli culmo approximantur.
Reclinatus, vbi arcuatim deſcendit.
Nutans, apice extrorſum reflexus.

Pendu-

Pendulus, terram verſus perpendicularem habens directionem.
Flaccidus, debilis ita, vt a proprio floris pondere dependeat.
Adſcendens, qui primum paulo declinatus, demum recta ſurſum fertur.
Strictus, omnino perpendicularis ſine flexura.
Flexuoſus, qui a flore ad florem flectitur. *Aira flexuoſa.*
Retrofractus, vi quaſi ad dependentiam redactus.
} d) Directione.

Breuis. Breuiſſimus.
Longus. Longiſſimus (reſpectu ad floris magnitudinem). } e) Menſura.

Teres. Triqueter. Tetragonus.
Filiformis, qui tenuis eſt et aequaliter craſſus, ita, vt filum aemuiet.
Attenuatus, verſus apicem ſ. florem parum tenuior factus.
Incraſſatus, qui apicem verſus ſenſim maiorem acquirit molem.
Clauatus, prope florem clauae ad inſtar incraſſatus.
Nudus, qui bracteis, foliis, ſquamis aut quadam pubis ſpecie caret.
Squamoſus, ſquamis adſperſus.
Foliatus, foliis tectus.
Bracteatus, bracteis inſtructus.
Geniculatus. Articulatus.
} f) Structura.

V. INFLORESCENTIA.

Eſt modus, quo flores pedunculo plantae annectuntur, graduali modificatione ſcandit, et ſic eſt vel *Solitarius*, qui pedunculo vnico ſimplici, bifido, 3— fido etc. conſtat; dehinc pedunculus 1—2—3—florus etc., vel contra *Aggregatus*, qui ex pluribus foliis conſtat, et figuram quandam format.

 I. *Mo-*

I.

Modus autem *florendi ſolitarius* in genere gignit ordines ſequentes, videlicet:

a) Loco.

Flores Hermaphroditi, qui Staminibus, Piſtillo et Stigmate inſtructi ſunt.

Styloſtemonoides, vbi Stamina Piſtillo eiusque Nectario diſtincte corolla ſunt incluſa.

Monoclini, vbi flores ſolummodo vel ſtamina, vel piſtillum in eadem planta ſeparatim gerunt.

Diclini, vbi mares a feminibus plane ſeparati ſunt, ita, vt vterque domicilium proprium in diſtincto indiuiduo obtineat.

Polygamoides, vbi in eadem ſpecie florum inuolucra ſtamina cum piſtillo, dein quoque mares vel feminas includunt.

b) Compoſitione.

Flores ſimplices, intra Perianthium aut Corollam vnicum receptaculum conſtituentes.

Flores compoſiti, cum flosculi ſeſſiles plures receptaculo communi integro et perianthio communi continentur, ſimulque antheris in cylindrum connatis inſtructi ſunt. Sicuti in *Syngeneſia*. Sunt autem rurſus:

1) *Ligulati* (ſ. *Semifloſculoſi* TOVRN), qui Corollulis floſculorum omnibus planis imbricatis verſus ambitum expanſi ſunt compoſiti.

2) *Tubuloſi*, Corollulis floſculorum omnibus tubulatis ſubaequalibus conſtantes.

3) *Radiati*, ſi Corollulae diſci tubuloſae, in Ambitu contra, floſculi difformes ſunt, et quidem in ambitu floſculis:

a) *ligulatis*.

b) *tubuloſis*. Centaurea.

c) *ſubnudis*. Artemiſia.

Soli-

Solitarii, ſeparati loco a reliquis in eodem caule adſtantibus.
Vnici, ſolummodo in eodem caule.
Bini, *Terni*, *etc. copioſi*, vbi totidem floſculi ante ſibi adſident in eadem ſerie. *Daphne. Mezereum.*

b) Compoſitione.

Terminales, ad apicem Caulis ſ. Rami poſiti.
Laterales, ſi lateri Caulis adfixi ſunt.
Vnilaterales ſ. *ſecundi*, vbi flores omnes ad vnum idemque latus inſeruntur.
Sparſi, ſi plures absque ordine egrediuntur.
Seſſiles, pedunculo deſtituti. *Pedunculati* contra pedunculo inſtructi.

c) Situ.

Erecti, qui ferme perpendiculariter coelum reſpiciunt.
Cernui, vbi pedunculi apice ita incuruati ſunt, vt flores verſus latus alterum vel Terram nutent. *Bidens cernua.*
Nutantes, qui terram magis reſpiciunt, quam antecedentes. *Carduus nutans.*
Verticales, perpendiculariter terram verſus directi.
Horizontales, qui limbo ſuo horizonti paralleli ſunt.

d) Directione.

II.

Modus florendi aggregatus is audit, qui ex pluribus foliis conſtat, et dehinc: *Vaſciculum*, *Verticillum*, *Capitulum*, *Paniculam*, *Strobilum*, *Amentum*, *Spicam*, *Corymbum*, *Thyrſum*, *Racemum*, *Cymam* et *Vmbellam* format.

I. FASCICVLVS, cum Flores ex eodem loco in directione erecta parallela paucis pedunculis ſimplicibus inſident. *Dianthus barbatus.*

II. VERTICILLVS, vbi Flores ex alis foliorum caulem annuli ad inſtar ambiunt; hinc plantae hacce flo-

 reſcentia

reſcentia donatae *Verticillatae*, ad quas praeprimis *Didynamia* L. pertinet, appellantur. Sunt autem:

1) *Seſſilis*, ſi floſculi pedunculo carent et immediate caulo aſſident.

2) *Pedunculatus*, vbi flores eleuantur pedunculis.

3) *Nudus*, inuolucris bracteis etc. deſtitutus; contra autem.

4) *Bracteatus*, bractea inſtructus, et

5) *Inuolucratus*, inuolucro quodam munitus.

6) *Confertus*, qui conſtat floſculis plurimis denſe arcteque coniunctis.

7) *Sparſus*, vbi plures verticilli abſque ordine prognaſcuntur.

8) *Horizontalis*, aequori paralleli.

9) *Supraaxillaris*, vbi plures floſculi pedunculati, vel ſeſſiles, ex eodem centro ambitu aequali prodeunt.

10. *Diſtans*, qui pedunculis remotis inſtructus eſt.

III. CAPITVLVM, Flores in ſummo caule, aut ramis ex eodem plano multi, ſeſſiles aut pedunculis ſimplicibus impoſiti. Eſt:

a) *Subrotundum*, accedens figurae ſphaericae. *Allii* ſpecies.

b) *Globoſum*, ab omni parte rotundatum.

c) *Dimidiatum*, ab vno latere rotundum, ab altero contra planum.

d) *Folioſum*, cui foliola vel accumbunt, vel interſerta ſunt, et contra.

e) *Nudum*, foliolis deſtitutum.

IV. PANICVLA, vbi flores ſparſi pedunculis diuerſe diuiſis et ſubdiuiſis gaudent. Gramina plurima, e. g. *Panicum*, *Milium*, etc.

Congeſta, floribus copioſioribus inſtructa.

Denſa,

Denſa, eſt maior gradus praecedentis.

Diffuſa, cum laxe diuaricantis pedicelli angulis rectis ſ. obtuſis.

Spicata, in ſpicam fere degenerans.

Patula, pedunculis pedicellisque vndique diſperſis, floribus remotis.

Coarctata ſ. *contracta*, cum pedicelli fere paralleli ſibi exiſtunt.

Diuaricata, cum ſtricte diuaricantur pedicelli ad angulum rectum.

V. AMENTVM, vbi flores ſquama molliori aut foliacea diſtinguuntur, et ſquamis axi medio communi adhaerentibus, corollis vero nullis, inſtructi ſunt; vt in *Salice*, *Corylo*, *Iuglande*, *etc.*

VI. STROBILVS, vbi flores ſquama rigida, coriacea vel lignea diſtinguuntur, petalis carent et ſqnamis axi medio communi adfixis gaudent; vt in *Pino*.

VII. SPICA, vbi flores ſeſſiles pedunculo communi ſimplici adfixi ſunt. Sequente autem modo diuerſa eſt.

a) Compoſitione.

1) *Simplex*, quando flores ſolitarii adſident vni eidemque pedunculo, vt in *Graminibus*, *Veronicis etc.*

2) *Compoſita*, vbi ſpicillis pluribus ex pedunculo communi enatis conſtantes.

3) *Interrupta*, alternatim nulla, aut ſaltem multum per interualla anguſtata.

b) Numero.

Vnica, vbi tum in caule format caulem *monoſtachion*.

Multae in caule eodem contra caulem *polyſtachion*.

c) Figura.

Ouata, ad figuram oui accedens.

Ventricoſa, ſi vtraque extremitate anguſtior, medio intumeſcat corpore.

e) Figura.
- *Cylindrica*, ſi rotunda per totam longitudinem craſſa ſit.
- *Imbricata*, ſi floſculis vno lateri incumbentibus conflata ſit.
- *Articulata*, internodiis geniculata. *Carex pulicaris.*
- *Linearis*, eſt compreſſa aequali vbique latitudine.

c) Loco.
- *Secunda*, floribus omnibus ad vnum latus verſis conſtans.
- *Diſticha*, floribus ad vtrumque latus ſpectantibus inſtructa, vnde 4—6— ſticha, a numero ordinis.

d) Situ.
- *Ciliata*, interiectis ciliis ſ. pilis exſtantibus munita.
- *Comoſa*, foliolis tenuiſſimis terminata.
- *Foliacea*, foliolis in ea diſperſis.

VIII. CORYMBVS ſit ex Spica, dum ſinguli flores pedunculos proprios habent, ſitu eleuato proportionali.
Simplex, dum pedunculi ſinguli non ſubdiuiduntur.
Compoſitus autem, cum pedunculi primores, alios plures minores gignunt, ſitu ſeruato eodem.

IX. THYRSVS eſt paniculae coarctatae ſpecies in formam ouatam.
Nudus, deſtitutus foliis ſ. ſquamis; contra.
Foliaceus, foliis veſtitus.

X. RACEMVS, pedunculo communi in plures ramos diuiſo ita, vt in vno plano nunquam conueniant. Differt autem ſequente modo:

a) Compoſitione.
- a) *Simplex*, pedunculo ramisque indiuiſus.
- b) *Compoſitus*, pedunculo ramisque ſubdiuiſis. *Chenopodium viride*; *Vitis vinifera.*

b) Directione
- *Vnilateralis* ſ. *Secundus*, vbi pedicelli vnico in latere inſeruntur.
- *Erectus*, *Dependens*, *Pendulis.*

Flacci-

Flaccidus.
Laxus. } e) Situ.

Nudus, foliis deſtitutus, contra
Foliaceus, foliis auctus. } d) Veſtitu.

XI. CYMA (ſ. FLOS *cymoſus*) eſt receptaculum diuiſum in pedunculos, quorum ſupremi omnes ſicuti in vmbella ex eodem centro, inferiores contra ſ. poſteriores (*pedicelli*) non ex eodem centro, ſed vage prodeunt; vt *Sambucus nigra* et *Ebulus*; *Solanum Dulcamara*; *Viburnum Opulus etc.* Haec autem *Cyma* eſt, vel
Nuda, quae inuolucris bracteisque caret. Sicuti *Cornus Sanguinea*, vel
Bracteata, bracteis inſtructa, vel
Ramoſa, in ramos ſubdiuiſa. *Sedum album*

vel { *trifida*: *Sedum acre*
tripartita: *Sambucus Ebulus*
5—partita: *Sambucus nigra*.

XII. VMBELLA (ſ. *Flos vmbellatus*) eſt receptaculum diuiſum in pedunculos, omnibus eodem centro exeuntibus, ambitu formato aequali. *Cornus maſcula*; Variat autem hoc modo:

Simplex, vmbella, vbi receptaculum ſic ſemel diuiditur in pedunculos. *Sanicula*, *Eryngium*.
Compoſita, vbi omnes pedunculi communes ſubdiuiduntur in vmbellulas. *Daucus*, *Cicuta*, *Euphorbia*, *Eſula*.
Vniuerſalis, quae alias vmbellulas pedunculis primoribus gignit.
Partialis (ſ. *Vmbellula*), vbi aliae *Vmbellulae* pedunculis ſecundariis ſ. poſterioribus inſident.
Prolifera, ſi in vmbella ſimplici vnus alterue pedunculus progignit vmbellulam. *Aſclepias Vincetoxicum*. } a) Diuiſione.

b) Figura.
- *Concaua*, diſco depreſſa.
- *Faſtigiata*, erecta, diſco planiſſimo ad horizontem parallelo.
- *Conuexa*, diſco in ſphaerae ſegmentum elato.
- *Radiata*, ſi petala exteriora verſus ſita in ambitu difformia, vel maiora ſunt. *Heracleum*; *Tordylium*; *Caucalis*.

c) Directione
- *Erecta*, ſuperficie coelum reſpiciens.
- *Nutans*, praecedenti contraria. *Solanum nigrum.*
- *Cernua*, erectam inter et nutantem media ad latus vergit. *Chaerophyllum temulum.*

VI. FRVCTIFICATIO.

Eſt Vegetabilium pars temporaria generationi dicata, antiquum terminans, nouum incipiens. Eſt autem duplex:

α) *Simplex*, quae conſtat floribus ſeparatis.

β) *Compoſita*, floſculis conſtans pluribus, qui eidem receptaculo inſident. Sicuti SYNGENESIA *Linn.*

Ad partes generationem perficientes abſoluentesque communiter numerare ſolemus FLOREM et FRVCTVM.

FLOS autem eſt Thalamus nuptialis Vegetabilium, qui forma atque fabrica tenera ab omnibus plantae partibus facillime diſtinguitur et fructui ſemper antecedit.

FLORIS *partes*, quae nunc diligentiſſime examinandae ſunt, partim *eſſentiales*, partim contra *acceſſoriae.*

I. *Partes* FLORIS *eſſentiales* conſtituunt *Antheram* et *Germen*, quae partes in omnibus plantis adeſſe debent.

1) AN-

1) ANTHERA enim conſtat ſubſtantia ſeminali maſcula et ſubtiliſſima, membranulis communibus propriisque inuoluta, quae matura exploditur.

Antherae vero diuerſo modo differunt, et quidem ſunt:

1) *Vniloculares.* 2) *Biloculares.* 3) *Triloculares.* 4) *Multiloculares.*	a) Ratione numeri Loculamentorum.

Loculi ſunt concamerationes ſ. caua difflato polline in corpore Antherae conſpicua.

Diſtinctae, vt vna alteri nulla ſui parte cohaereat; ſicuti *Floribus plerisque.* *Connatae*, vbi plures in vnum corpus concreta ſunt. *Claſſis* SYNGENESIA. *Linn.* *Laterales*, lateribus filamentorum adfixae. *Paris.* *Verſatiles*, quae parte laterali media apici filamenti incumbunt, caeterum contra liberae ſunt et mobiles. *Saluia*; *Tulipa*; *Gramina.* *Seſſiles*, quae filamentis carent.	b) Cohaeſionis.
Erectae. *Pendulae.*	c) Directionis.
Integrae. *Bifidae.*	d) Diuiſionis.
Didymae, duobus globulis diſtinctis, latere connatis conſtantes. *Mercurialis.* *Globoſae. Subulatae. Sagittatae.* *Bicornes*, apice bifido porrecto cornuum ad inſtar. *Ariſtatae*, quae ariſta terminantur. *Spirales*, cohleae in modum factae.	e) Figurae.

f) Explosionis.
- *Dehiſcentes*, vbi Antherarum valuulas rumpunt atque ſeſe reflectunt ſuumque Pollen veſiculare ſupra *Stigma* ſpargunt. Quod negotium partium ad fructificationem pertinentium aliis audit *Antheſis*.
- *Operculatae* contra ſunt Antherae *Muſcis* propriae, quae epiſtomio clauſae ſunt et tempore fructificationis contra hoc abiiciunt.

OPERCVLVM autem eſt Membrana, quae *Antherae* Orificium ſupra ciliis claudit et calyptram totam vel ex parte tegit. Varias autem adſumit figuras. Nempe reperitur:

Obtuſum, *Conicum*, *Subulatum*,
Arcuatum, *Rectum*, *Obliquum etc.*

Pollen eſt Puluis FLORIS, globulos plurimos minimosque referens, anthera incluſus, humore aethereo ſ. valde tenui rumpendus, atomosque elaſticos eiaculans. Ob figuras ſuas varie ludit:

Globus echinatus; ad inſtar echini ſ. erinacei mucronatus. *Helianthus*
perforatus: *Geranium.*
didymus, figura Scroti animalis, leui ſulco ſubbipartiti. *Symphytum.*
rotatus: *dentatus. Malua.*
angulatus. Viola.
reniformis. Narciſſus.
conuolutus. Borrago.

2) GERMEN, eſt Rudimentum Fructus immaturi in flore, atque eſt vel:

1) *Superum*, Corolla incluſum, vel cuius piſtillum abit in fructum ex mente TOVRNEF. *Paris. Prunus Ceraſus*, *Berberis etc.* vel

2) *Inferum*, quod infra Corollam poſitum eſt, vel cuius calyx abit in fructum ex mente TOVRNEF. vel denique

3) *Seſ-*

3) *Seſſile*, diſco eleuatum.

Omne autem GERMEN inſtructum eſt Stigmate.

Stigma eſt eſſentialis illa pars Germinis, quae Auram ſeminalem maſculam excipit, attenuat et germini communicat, vt vitam inchoet.

Stigmata autem ſunt numero, figura et ſuperficie diuerſa, et quidem

Simplex. Paris.
Diuiſum, vel 2—4—5— partitum etc.
Perforatum in medio cauitate conſtructum.

a) Numero.

Capillare. Rumex Acetoſa.
Capitatum globis terminatur. *Vinca.*
Globoſum (idem ac prius). *Primula.*
Ouatum. Gentiana.
Orbiculatum. Berberis, Lythrum.
Peltatum ſ. *clypeatum*, globis, quaſi malleo ſuperne intus complanatum. *Nymphaea. Papauer.*
Coronulatum. Erica.
Cruciforme. Populus.
Truncatum. Lathraea.
Emarginatum. Circaea. Cynogloſſum.
Oblique depreſſum. Actaea.
Bilamellatum, globus compreſſus et longitudinaliter bifidus.

b) Figura.

Concauum. Viola.
Canaliculatum. Colchicum.
Angulatum triangulare. Lilium.
tetragonum. Erica, etc.
Striatum. Papauer.
Pubeſcens. Cucubalus.
Barbatum. Vicia, Lathyrus.

c) Superficie

Re-

d) Directione:
- *Reuolutum. Dianthus, Taraxacum.*
- *Flexum ſiniſtrorſum, Silene.*
- *dextrorſum. Cucubalus.*
- *Obliquum.*
- *Terminale.*
- *Laterale.*

Denique autem aut Stylo caret, aut contra illo elevatur: dehinc vel *Seſſile*, aut *Pedunculatum.*

II. *Partes* FLORIS *acceſſoriae*, quae non in omni Planta deprehenduntur, et quibus natura eſſentiales ornauit et muniuit, ſunt *Inuolucra*, *Nectarium*, *Filamentum*, *Stylus*, *Diſcus.*

INVOLVCRA autem Florum ſunt *Calyx* et *Corolla.*

CALYX eſt cortex Plantae in fructificatione praeſens, qui X Species conſtituit, ſcilicet *I Perianthium. II Inuolucrum. III Glumam. IV Ariſtam. V Amentum. VI Spatham. VII Calyptram. VIII Scutellam. IX Scyphum* et *X Vouluam.*

I. PERIANTHIVM, calyx fructificationis contiguus, et quidem triplex:

α) *Fructificationis*, ſtamina germenque includens.
β) *Floris*, ſtamina absque germine continens.
γ) *Fructus*, germen absque ſtaminibus fouens.

1) *Proprium* autem dicitur, quod vnice α, aut β, aut γ, ſuſtinet, atque conſtituit ſequentes ſpecies:

a) *monophyllum*, conſtans foliolo vnico, baſi integro, vel limbo ſaepius diuiſo etc.
polyphyllum contra, foliolis ſ. ſegmentis pluribus conſtans.

b) *fiſ-*

b) *fiſſum* eſt monophyllum, plus minusue ad mediam partem verſus baſin diuiſum, ſinubus linearibus totidemque marginibus crectis.

2—3—4—5— etc. *multifidum*, eiusdem ſpecies ſunt.

Partitum eſt quoque monophyllum diuiſum, vt *fiſſum*, ſed vltra medium, ſaepe fere vsque ad baſin, laciniis tamen in baſi manifeſte etiamnum cohaerentibus.

bi-tri- et *multipartitum.*

integrum eſt 1— phyllum indiuiſum, ſinu omni deſtitutum, prioribus contrarium.

c) *tubuloſum*, quod cauum ad cylindri ſeu fiſtulae figuram accedit.

patens, cuius laciniae diuergunt, aut limbus late eſt expanſus.

reflexum laciniis aut limbo.

inflatum, cauum inſtar veſicae inflatae tumeſcens.

d) *abbreuiatum*, longitudinem tubi (*Corollae*) non attingens.

longum, longitudine tubi (*Corollae*); *mediocre.*

obtuſum, *acutum.*

ſpinoſum, ſpinis } armatum.
aculeatum, aculeis }

aequale, *inaequale*, *labiatum.*

2) *Commune*, dicitur, quod plures floſculos continet includitque. Sicuti ADGREGATAE, vt *Scabioſa*, *Taraxacum.*

imbricatum, ſquamis ſ. foliolis calycinis variis imbricatim ſuper impoſitis conſtans. *Hieracium*, *Lactuca*,

ſquarroſum, eſt *Imbricatum*, quod contra ſquamis vndique diuaricatis patentiſſimis conſtat. *Onopordon*, *Conyza.*

ſcario-

ſcarioſum, imbricatum ſquamis apice ſ. margine membrana acutis, arida ſonora. *Chryſanthemum.*

ſquamoſum, ex ſquamis vndique diuaricatis, patentiſſimis conſtructum. *Carduus*, *Helianthus.*

calyculatum, vbi feries foliolorum (Squamarum) breuiorum diſtincta exterius baſin calycis cingit. *Dianthus*, *Crepis.*

turbinatum, obuerſe conicum ſ. teres, et verſus apicem attenuatum.

II. INVOLVCRVM, Calyx *Vmbellae* a flore ſeparatus. Eſt quidem

vniuerſale	ſubiectum	*vniuerſali*	vmbellae.
partiale		*partiali*	
proprium		*cuilibet flori.*	

monophyllum etc. polyphyllum.
dimidiatum, ab altero latere deficiens.

III. GLVMA, Calyx Graminum conſtans *valuis* amplexantibus.

Valuae ſunt laminae ſ. ſquamae omnino ſiccae, aquam pluuiamque eludentes prorſus; caeterum papyraceae firmitatis, oblongae plerumque.

a) *vniflora*, vnicum includens floſculum. *Panicum*, *Phalaris.*

biflora, ſi duos floſculos continet.

multiflora, ſi plures, quam duos, includit. *Triticum.*

b) *vniualuis*, ſi flos tegitur valua vnica praeter valvas corollaceas.

bi-multiualuis, ſi valuae duae pluresue flori eidem adſtent. Sicuti 6— valuis in *Hordeo.*

c) *colorata*, coloris alterius, quam viridis herbacei. *glabra*, *hiſpida.*

IV.

IV. ARISTA, eſt Mucro ſubulatus, qui Glumae inſidet, atque eſt

a) *mutica*, ſi mucrone ſubulato caret:

terminalis, cum ariſta ex valuae apice prodit.

dorſalis, quae parti externae conuexae, ſeu dorſo valuae adſidet. *Auena.*

b) *tecta*, quae fibrarum ducto recto extenditur. *Agroſtis Spica Venti.*

tortilis ad inſtar contorti funis. *Auena.*

geniculata, articulatione inſtructa. *Agroſt. canina.*

articulata, internodiis geniculata. *Stipa.*

recuruata, extrorſum arcuatim flexa.

V. AMENTVM, eſt Calyx a Receptaculo communi filiformi, ſquamis paleaceo-gemmaceis diſtinctus. *Iuglans-*

ſquamoſum, ſi floſculi ſquamis ſuffulti. *Carpinus.*

nudum, ſquamis deſtitutum.

VI. SPATHA, Calyx membranaceus, ſpadicem referens, longitudinaliter ruptus; vel eſt vagina longitudinalis fiſſa, membranacea, rugoſa, fere ſemper arida.

vniualuis, conſtans folio vnico, latere longitudinaliter fiſſo. *Arum, Narciſſus, Leucoium.*

biualuis, conſtans vagina profundius in duas lacinias fiſſa.

dimidiata, quae exhibet valuam vnicam a baſi ad apicem longitudinaliter hiantem, inſtar oui longitudinaliter dimidiati.

imbricata, membranulis variis imbricatim ſuperimpoſitis conſtans.

1—6— *multiflora.*

VII. CALYPTRA, Calyx *Muſcorum* cuculatus, antherae ſuperimpoſitus.

recta,

recta, perpendiculariter ⎫
horizontalis, horizontaliter ⎬ incumbens.
obliqua, oblique ⎭

VIII. SCVTELLA Calyx *Lichenibus* quibusdam proprius, orbiculatus, concauus margine vndique elevato.

ſeſſilis, nullo pedunculo inſtructa. *Scutellaria carpinea.*
concaua. *Scutell. caeruleſcens.*
crenulata.

IX. SCYPHVS, Calyx *Lichenum coralloideorum*, conſtans ſtipite baſi attenuato, ſuperne dilatato excauato.

X. VOLVA, Calyx *Fungi* membranaceus, vndique lacerus.

approximiata, ad pileum proxime accedens.
remotiſſima, a pileo ſpatio recedens.

COROLLA eſt Inuolucrum FLORIS internum ſ. liber plantae in FLORE praeſens, eſtque MONOPETALA, *Tubo* et *Limbo*, vel POLYPETALA, *Vngue* et *Lamina* conſtans.

Petalum, Pars *Corollae* in plures diuiſae eſt tegmen *Floris* corollaceum. Partes huius *Petali* ſunt:

1) *Tubus*, Corollae 1—petalae pars inferior tubuloſa. *Lonicera*, *Primula Veris.*

2) *Vnguis*, Corollae polypetalae pars inferior adfixa. *Saponaria.*

Limbus, Corollae 1—petalae pars ſuperior dilatata.

4) *Laciniae*, ſunt partes Corollae, in quas limbus finditur.

Lamina, Corollae polypetalae pars ſuperior patula, lata.

A. *Mo-*

A. *Monopetala*, dum Corolla baſi ita adhaeret, vt lacinia altera abſque alterius dilaceratione vix auferri queat: aut nexus ſaltem ſub diruptione laciniae vnius ab altero ſatis conſpiciatur. *Veronica.*

fiſſa, 2—5—*fida.*

partita, 2—*multi-partita.*

a) *Regularis*, limbo in ſegmenta aequalia diuiſo. Haec autem iterum

α) *Hypocrateriformis*, cuius limbus planus tubo elongato impoſitus.

β) *Infundibuliformis*, cuius limbus adſcendens conicus tubo elongato impoſitus

γ) *Rotata*, cuius limbus planus, partibus patens, nullo ſ. breuiſſimo tubo impoſitus.

δ) *Campanulata*, tubo nullo, ventricoſa, limbo campanae formam referente.

ε) *Globoſa*, quae figura prope globum refert. *Vaccinium. Myrtillus.*

b) *Irregularis*, limbo in ſegmenta inaequalia diuiſo; quae denuo

α) *Subaequalis*, ſegmento vno alioue alterius figurae aut magnitudinis, qualis occurrit in *Veronica etc.*

β) *Ringens* ſ. *Labiata*, limbo irregulari in 2 ſegmenta inaequalia, *Labia* dicta, partito.

Labium ſuperius / *Labium* inferius) audit (*Galea.* / *Barba.*

Rictus, eſt hiatus inter duo Labia Corollae ringentis.

Faux, eſt hiatus inter lacinias Corollae vbi tubus terminatur.

Palatum, apophyſis labii inferioris ſuperiora verſus, quo rictus occluditur.

γ) *Perſonata*, eſt Corolla ringens ſegmentis inaequalibus binis inſtructa, quorum ſuperius galeae effigiem minime repraeſentat. *Antirrhinum Linaria*, *Euphraſia*.

B. *Polypetala*, quae e 2—4—6— et pluribus petalis conſtat et quidem eſt 2—3—4—5—6— et polypetala a numero petalorum deriuanda.

a) *Regularis*, quae petalis aequalibus conſtat. Sicuti

α) *cruciata* ſ. *cruciformis*, quae petalis 4 aequalibus gaudet. Claſſis *Tetradynamia Linn.*

β) *patentiſſima* limbo horizontali. *Anthericum.*

b) *Irregularis*, cuius petala inaequalia ſunt. Haec denuo eſt triplex, nimirum,

α) *Papilionacea* (a Papilione volitante ſic dicto *Tournefortio)*, eſt irregularis, 4 — petala, conſtans:

1) *Vexillo*, petalo ſuperiore adſcendente.

2) *Carina*, petalo inferiore cymbiformi, quae includit ſtamina et piſtillum, et ad vnguem ſaepe bifida.

3) *Alis*, petalis lateralibus ſolitariis.

β) *Anomala*, petalis inaequalibus innominatis conſtans: in *Aconito* tamen petalum ſuperius dicitur *Galea*: at in *Delphinio*, *Antirrhinis* nonnullis etc. pars poſtica tubuloſa appellatur *Calcar*, quod *Nectarium* LINN.

γ) *Inaequalis*, vbi partes non magnitudine, ſed proportione reſpondent, vt regularis flos euadat. *Butomus*

C. *Compoſita*, cum floſculi ſeſſiles plures receptaculo communi integro et perianthio communi continentur, ſimulque antheris in cylindrum connatis inſtructi ſunt.

a) *Li-*

a) *Ligulata* (*ſemifloſculoſa* TOVRNEF.), dum corollulae floſculorum omnes planae, verſus ambitum contra expanſae ſunt.

b) *Tubuloſa* (*floſculoſa* TOVRNEF.), cum corollulae ſingulae tubuloſae, ſubaequales ſunt.

c) *Radiata*, corollulis diſci tubuloſis, ambitus vero ligulatis difformibus compoſita.

D. *Apetala*, vbi Corolla nulla in nonnullis floribus deprehenditur, et tunc *Flos* dicitur *apetalus*.

II. NECTARIVM, eſt Organum acceſſorium a calyce et corolla diſtinctum, ſuccum melliferum floris proprium continens et ſecernens, in vniuerſum autem mire ſtructura eorum variat, et quidem:

a) *Campanulatum. Narciſſus.*

b) *Cornutum. Aconitum.*

Nectarium autem eſt vel,

proprium, quod calyci, receptaculo communi, aut germini adnatum, ſed ab his diſtinctum eſt. *Delphinium Conſolida.*

calcaratum, cornu inſtar poſtice prominens; in *Orchidibus.*

petalinum, quod in quadam ipſius petali parte reſidet: *Lamium Ranunculus* et *Fritillaria.*

III. FILAMENTVM, pars *Floris* eleuans adnectensque *Antheram*, organum genitale maſculum. Filamenta autem ſecundum numerum, figuram, inſertionem et proportionem diuidi ſolent ſequente modo:

a) *Diſtincta*, quae inter ſe non cohaerent:

1) *Monoſtemonis* eſt fructificatio, ſi vnicum filamentum in ſingulo receptaculo fructificationis, aut floris tantum obſeruatur, vt Claſſis *Monandria* LINN., aliis *Monoſtemonis*. } a) Numero.

a) Numero.
2) *Diſtemonis*, ſi ſtamina duo adſunt; ſicut *Diandria* L., aliis *Diſtemonis*.

b) Inſertione.
1) *Iſoſtemonis* (ſ. Icoſandria LINN.), vbi ſtamina 20 vel plura non receptaculo, ſed calycis lateri interno adnectuntur.
2) *Polyſtemonis* (Polyandria LINN.), vbi ſtamina receptaculo inſeruntur a 20 ad plurima in eodem flore.

c) Proportione.
1) *aequalia* magnitudine.
2) *inaequalia* aliquot maioribus vel minoribus, et quidem
α) vbi enim 2 longiora, et 2 breuiora obſeruantur, tunc Claſſis *Didynamia* LINN.
β) ſunt autem ſex ſtamina in ſingulo flore, et quorum 4 longiora, 2 autem oppoſita breuiora Claſſis *Tetradynamia* L.
3) *irregularia*, magnitudine, directione, figura diverſa. *Lonicera Periclymenum.*
4) *longiſſima* / *breuiſſima* reſpectu Corollae ſ. Calycis in apetalis.

b) *Connata*, vbi plura ſtamina filamentis in vnum, vel plura corpora ſunt coalita. Si enim

d) Cohaeſione.
α) *Stamina* filamentis in vnum corpus modo cannata ſunt, tunc Claſſ. *Monadelphia* L.
β) Stamina autem filamentis fere omnia, excepto vnico libero, in vnum corpus coalita, tunc Claſſ. *Diadelphia* L.
γ) Sunt ſtamina filamentis in 3 vel plura corpora faſciculatim connexa, tunc exiſtit Claſſ. *Polyadelphia* LINN. Et denique
δ) Stamina antheris in cylindrum coalita, contra filamenta ſunt libera, Claſſ. *Syngeneſia* LINN. exſurgit.

c) *Se-*

c) *Separata*, vbi mares cum feminis in eadem domo, ſed a menſa et toro ſeiuncta ſunt, ſeu ſtamina et piſtilla in ſingulo flore ſeparatim in eadem planta reperiuntur. *Monoecia*.

Remota, vbi mares a feminis plane ſeparata ſunt ſ. ſtamina in planta diuerſa a piſtilis prognaſcuntur. *Dioecia*.

Intermixta, vbi in eadem ſtirpe ſtamina cum piſtillis, vel ſtamina, vel piſtilla ſeparatim habitant. *Polygamia*. e) Situ.

Capillaria, inſtar capilli tenuia, ſecundum longitudinem totam aequaliter craſſa. *Plantago. Phyteuma*.

Plana, quae compreſſa membranae inſtar tenuia et lata ſunt. *Ornithogalum, Allium Porrum*.

Foliacea, foliis interſtincta.

Cuneiformia, ſenſim verſus baſin angulata. *Thalictrum*. f) Figura.

ſpiralia, quae ſpirae ductum ſequuntur.
ſubulata: *emarginata*.
tricuſpidata, latiora, ſed apice trifida.
hirſuta, lanam rigidiuſculam induta. *Verbaſcum Thapſus*.

STYLVS eſt pedunculus ſtigmatis, germini impoſitus, et quoad numerum, figuram, proportionem, diviſionem et directionem quoque diuerſus.

Ex numero ſtylorum, aut, ſi deſunt, ex numero ſtigmatum LINNAEVS Ordines Claſſium ſ. ſubdiuiſiones, in Monog. Dig. etc. Polygyniam petiit, qui patet ex Syſtemate Sexuali. a) Numero.

b) Figura.
- *cylindricus*, inſtar ſcipionis, *teres.*
- *angulatus*; *ſubulatus. Geranium.*
- *clauatus ſuperne. Leucoium vernum.*
- *capillaris*, *filiformis.*

c) Proportione.
- *longiſſimus. Campanula.*
- *breuiſſimus.*
- *longitudine ſtaminum*: Plerique.
- *tenuior*, *craſſior* ſtaminibus.
- *nullus. Papauer*, *Tulipa.*
- *aequalis*, craſſitie. *Lamium.*

d) Diuiſione
- *Vnus. Plures.*
- *Simplex. Diuiſus.*
- *bifidus*, angulo acutiſſimo. *Polygonum Perſicaria.*
- *dichotomus*, angulo patento recto bifariam diuiſus.
- *trifidus. Campanula.* —4—5— *fidus etc. Geranium.*

e) Directione
- *Rectus. Curuus.*
- *Obliquus. Inclinatus.*

FRVCTVS eſt illa pars plantae, cuius partes in *Pericarpio*, *Semine* et *Receptaculo* conſiſtunt.

I. PERICARPIVM.

Viſcus Plantae, grauidum ſeminibus, quae matura dimittit. Oritur autem hoc ex germine ampliato, et in variis plantis diuerſiſſima gaudet figura et conſiſtentia; dehinc *Fructus* diuerſis quoque nominibus Capſulae, Siliquae, Leguminis, Arilli, Strobili, Nucis, Drupae, Baccae, Cyſtae, Pomi, inſignitur.

1) *Capſula* eſt pericarpium inuolucro vnico cauo conſtans, apice, latere, baſi dehiſcens, fouens ſemina non ſuturis, ſed alio loco, adfixa.

Cap-

Capſulae autem partes ſunt *Valuae*, *Locula*, *Septum*, *Columnula*.

α) *Valuae* ſunt ſegmenta illa, in quae Capſula diuiditur, dum ſemina matura dimittit, et iuxta horum numerum appellatur *Capſula* 2—3—5— etc. *multi-valuis*.

β) *Locula* ſ. *Loculamenta* ſunt camerae ſemina recondentes, in quas capſula interne a ſepto diuiditur. Iuxta horum numerum dicitur *Capſ.* 2—3—4— et *multilocularis*.

γ) *Septum*, aliis *diſſepimentum*, eſt paries, quo fructus interne diſtinguitur in concamerationes plures, et quidem eſt

vel *parallelum*, vel *contrarium*.

δ) *Columnula* ſ. *Columella*, eſt pars Capſulae, quae a receptaculo adſcendit et in centro parietes internos cum ſeminibus connectit.

circumſciſſa audit Capſula, quae transuerſim media fere parte in hemiſpaeria 2 deſilit. *Hyoſcyamus*, *Plantago*.

elaſtica, valuulas cum impetu ſubito diſiicit.

didyma, *inflata*.

dicocca ſ. 3— *cocca*, ſi capſula 2 vel 3 nodis protuberat intusque in 2—3 loculamenta diuiditur.

mono —2—3 et *polyſperma* dicitur, quae vnicum ſeu plura ſemina fouentia continet.

2) *Siliqua*, eſt pericarpium 2— value affigens ſemina ſecundum vtramque ſuturam: conſtat valuis et diſſepimentis.

Diſſepimentum eſt vel,

parallelum latitudine et diametro transuerſali ad valvulas accedens; *Draba*; vel,

transuerſum anguſtius vbi valvulae coarctatae euadunt concauae.

Siliqua ſtricte dicitur, cum longitudo notabiliter ſuperat latitudinem.

Silicula, ſi vix ſuperat.

Siliqua autem diuerſa eſt: quoad figuram

compreſſa, lateribus oppoſitis proxime ad ſe inuicem accedentibus. *Thlaſpi.*

cordata: *Lepidium. Obcordata*: *Thlaſpi burſa Paſtoris.*

lanceolata: *Iſatis. - triquetra.*

tetraëdra 4 lateribus longitudinaliter planis: *Eryſimum.*

toruloſa, eminentiis hinc inde gibba. *Raphanus. Cochlearia.*

articulata, ſi toruli aequaliter ſiliquam ambiunt, vt interualla anguſtiora aequalia relinquant: *Raphanus.*

3) *Legumen.* Eſt Pericarpium biualue, in quo Semina ſecundum ſuturam alteram tantum adfixa, vt in *Piſo.* Et quidem eſt:

1) *Ouatum*, cuius diameter longitudinalis ſuperat transuerſalem, a figura baſi ſegmento circuli circumſcripta, apice vero eadem anguſtiore.

2) *Rotundatum*, quod angulis caret. *Aſtragalus.*

3) *Teres*, quod maxima ex parte cylindricum eſt: *Lotus.*

4) *Rhombeum*, cuius 4 latera parallela aequalia. *Ononis.*

5) *Turgidum*, inſtar veſicae cauum repletum ſeminibus. *Geniſta; Cicer.*

6) *Inflatum*, inſtar veſicae cauum, nec repletum. *Colutea.*

7) *Spirale*, quum Legumina deorſum ſpiraliter inuoluuntur. *Medicago.*

8) *Contortum*, cum ſpiraliter contorquetur. *Medicago ſatiua*; *Spiraea Vlmaria.*

9) *Arti-*

9) *Articulatum*, per interualla anguſtatum. *Coronilla*; *Hedyſarum.*

Vniloculare. Pleraeque Plantae e *Diadelphia.* LINN. } Numero Loculamentorum.
Biloculare. Aſtragalus.

4) *Arillus.* Eſt Pericarpium inuolucro proprio vnico Semina extrorſum circumdante conſtans, isque:

1) *Simplex* Capſularis.
Succulentus. Euonymus.
Carnoſus.
Subcarnoſus. Roſae.
Cartilagineus. Cynogloſſum.
2) *Compoſitus*, *Hedyſara* pleraque.

5) *Strobilus.* Pericarpium imbricatum, ex Amento coarctato factum, ſquamis induratis. Eſt
Conoideus, vel
Globoſus.

6) *Nux.* Inuolucrum duplex: neutrum dehiſcens; *externum* demum ſiccum; *internum* oſſeum. *Amygdalus*, *Iuglans.*

7) *Drupa.* Inuolucrum triplex; *externum* membranaceum; *internum* ſucculentum in plerisque; *intimum* coriaceum, nec dehiſcens. *Prunus*, *Ceraſus etc.*

8) *Bacca.* Inuolucrum duplex, neutrum dehiſcens: *externum* membranaceum aut ſubligneum: *internum* ſucculentum aut carnoſum. *Cucurbitaceae* et *Bacciferae.* Eſt autem:
a) Seminum numero.
mono-di-tri-etc. polyſperma.
b) Loculamentis
1—2—3— et *multilocularis.*

recutita, ad inſtar glandis ferme praeputio tectae. *Taxus.*

9) *Cyſta.* Inuolucrum triplex: *externum* membranaceum: *internum* carnoſum ſucculentumque: *intimum* coriaceum non dehiſcens.

a) Figura. { *Turbinatum*, obuerſe conicum. *Pyrus communis.*
Globoſum. *Pyrus Malus.*

b) Numero Loculamentorum. { *Vniloculare.*
bi - tri —4—5— loculare.

II. SEMEN.

Eſt pars vegetabilis, decidua, polline foecundante viuificata, plantam nouam et parenti ſimilem proferens: ac locum aptum ſemina nacta, tunc figurae variae quoad numerum, figuram, ſuperficiem, loculos et conſiſtentiam exiſtunt.

Semen autem conſtat *Tunicis*, *Corculo*, *Cotyledone* et Hylo.

a) *Tunicae* ſunt inuolucra cotyledones obducentia, numero et ſtructura diuerſa.

b) *Corculum* eſt nouae Primordium plantae intra Semen, *hilo* proximum, et conſtat:

Plumula, parte *Corculi* ſquamoſa adſcendente.
Roſtello, parte *Corculi* ſimplici deſcendente.

c) *Cotyledones* ſunt foliola ſeminalia corculum inuolventia, quae abſorpto humore eum lactant, donec propriae vitae viribus aliqueat: et ſunt

Acotyledones, vbi nulli omnino extant Cotyledones ſub ſeminis Germinatione; *Filicibus*, *Fungis.*
Monocotyledones, vnico Cotyledone germinantes: *Graminibus*, *Orichideis*, *Liliis.*

Dico-

Dicotylenodes, foliis ſeminalibus duobus ſub Seminis germinatione. Plerisque plantis: *Piſo*, *Phaſeolo etc.*

Polycotyledones, Plantis pauciſſimis. *Sicuti Pinu*, *Lino.*

d) *Hilum* ſ. cicatrix externa ſeminis ab eiusdem adhaeſione in fructu relicta, quo cotyledones hauriunt nutrimentum.

Semen ipſum eſt vel *tectum*, pericarpio incluſum: vnde planta *Angioſperma* (ἄγγος l. ἀγγεῖον, *Vas* et σπέρμα, *Semen*); vel

nudum, ſi ſemen ſponte ſua illico viſui pateat: vnde planta euadit *Gymnoſperma*. Eſt autem duplex; nempe aut

1) *Muticum*, nullo alio corpore terminatum; in *Graminibus*, *Plantis compoſitis* nonnullis etc., aut

2) *Coronatum* calyce in *Vmbelliferis*.

a) *Corona*, eſt calyculus adhaerens, quo volitat, ex perianthio floris. *Scabioſa.*

b) *Pappus*, Corona pennacea piloſaue, quo volitat Semen et quidem eſt:

α) *Simplex*, radiis pluribus indiuiſis in orbem poſitis. *Hieracium.*

Seſſilis, Semine absque ſtipite adhaerens.

Stipitatus, ſi adeſt filum, eleuans connectensque pappum et Semen. *Lactuca.*

Capillaris, radiis ſ. filis ſimplicibus inſtructus. *Sonchus.*

β) *Compoſitus*, radiis ſ. pilis ramoſis inſtructus.

Paleaceus, conſtans lamellis linearibus apice ſeminum adfixis. *Bidens.*

Plumoſus, villoſus pennis compoſitus. *Tragopogon.*

Ari-

Ariſtatus, ariſtae forma apparens. *Tagetes*, *Helianthus*.

Nullus, *Artemiſia*; *Bellis*; *Cichoreum*.

c) *Cauda*, ſemen filo terminatum.

Ariſta geniculata, articulatione inſtructa. *Agroſt. canina.*

Ariſta piloſa; *Clematis Vitalba.*

Ariſta plumoſa: pilis pennatis Semen terminans. *Geum riuale.*

d) *Hamus*, appendiculus ſeminis, quo animalibus praetereuntibus adhaeret.

triglochis: ſetis tricuſpidatis ſemen coronatus. *Myoſotis Lappula.*

incuruus, ariſta vncinata inſtructus. *Geum vrbanum.*

e) *Nucleus*, ipſum ſemen in oſſea capſula ſ. nuce reconditum. In *Drupis.*

Semen autem eſt

a) Numero.
- *mono-di etc. polyſpermum.*
- *gymnodyſpermum*, ſemen nudum geminum.

b) Figura.
- *Cordiforme*, *Reniforme* — a figura cuiuscunque ſimilis.
- *Echinatum*, a ſimilitudine animalis aculeis ſ. ſpinis rectis vndique horridi.
- *Ouatum.*
- *Orbiculatum.*

c) Superficie
- *Scabrum. Laeue.*
- *Glabrum. Rugoſum etc.*

d) Conſiſtentia.
- *Oſſeum. Lithoſpermum.*
- *Calloſum. Cartilagineum.*

III. RECEPTACVLVM.

Eſt baſis, cui fructificationis partes ſunt adfixae; et quidem eſt:

a) *Proprium*, quod partes vnius tantum fructificationis colligit.

α) *Fructificationis*, flori et fructui commune.

β) *Floris*, baſis, vbi floris partes absque germine affiguntur.

γ) *Fructus*, baſis Fructus remota a floris Receptaculo.

δ) *Seminum*, baſis, qua ſemina intra pericarpium affiguntur.

b) *Commune*, quando flosculos plures ita connectit, vt quibusdam exemtis irregularitas exiſtat; et ſuperficiei figuraeque ratione differat.

a) Superficie:

Nudum, pilis, ſetis, paleis deſtitutum. *Taraxacum.*

Punctatum, punctis adſperſum, caeterum nudum.

Villoſum, villis veſtitum. *Artemiſia; Abſinthium; Carduus.*

Piloſum, pilis obſeſſum.

Setoſum, obuallatum ſetis. *Arctium Lappa. Centaurea. Cyanus.*

Paleaceum, inſtructum paleis: *Cichoreum*, *Anthemis*, *Achillea Millefolium.*

Palea, eſt lamella innata linearis, flosculos diſtingens.

b) Figura.

Planum ſuperficie. *Achillaea Millefolium.*

Conuexum, ſuperficie ad ſegmentum Sphaerae accedente eleuatum. *Matricaria Chamomilla.*

Subulatum.

Ouatum. Globoſum.

Conicum ſuperficie in conum elata. *Bellis.*

Sim-

ε) Directione { *Simplex.* / *Compoſitum.*

α) *Vmbella* eſt Receptaculum ex eodem centro elongatum in pedunculos filiformes proportionatos.

β) *Cyma*, Receptaculum ex centro eodem vniuerſali, particularibus vero vagis, elongatum in pedunculos faſtigiatos.

γ) *Spadix*, Receptaculum palmae, enatum intra Spatham, in ramulos fructificantes diuiſum.

a) *vniflorus*, *multiflorus.*

b) *Simplex*, non *diuiſus.*

ramoſus.

δ) *Rachis*, Receptaculum filiforme floſculis longitudinaliter adnectens in Spicam.

VII. HYBERNACVLVM.

Pars plantae includens herbam embryonem ab externis iniuriis. Eſtque vel

a) *Bulbus*, Hybernaculum plantae e rudimento foliorum praeteritorum.

α) *Tunicatus*, bulbus tunicis numeroſis veſtitus. *Cepa.*

β) *Squamatus*, lamellis ſ. ſquamis imbricatus. *Lilium.*

γ) *Solidus*, carnoſus, intus diuiſus. *Tulipa.*

δ) *Articulatus. Adoxa, Lathraea.*

b) *Gemma*, eſt Hybernaculum plantae ex rudimentis foliorum futurorum.

a) Origine. {
petiolaris, e petiolorum rudimentis.
ſtipularis, e ſtipulis confecta.
corticalis, e corticis ramentis. *Arboribus.*
radicalis, e baſi radicis. *Herbis.*
caulina, in caulis quadam parte ſitu: *Suffruticibus, Fruticibus* et *Arboribus.*

folia-

foliaris, folia, nec flores *floralis*, flores, non folia *communis*, et folia et flores.	continens.	b) Contento

VIII. STATIO.

1) *Clima* comprehendit regionem terrae ratione longitudinis, latitudinis et altitudinis geographicae.
boreale comprehendit Europam Septentrionalem a Lapponia ad Lutetias Pariſiorum.

2) *Solum*, fundus, cui innaſcuntur plantae.

a) AQVOSVM.

Lacuſtre, Lacuum Aqua dulcis pura, adeo profunda, vt Gelu fundum non tangat.

Paluſtre, Aqua minus profunda, Luto laxo refertum gelu obnoxia et aeſtate ſicceſcens.

Inundatum, hieme repletum aqua, aeſtate putridum, exſiccatum, imbribus interdum ſuffuſum.

Vliginoſum, ſpongioſum, aqua putrida laborans, colonis inuiſum, nec ſegetis, nec foeni prouentui aptum.

Fluuiale, quod aquam puram, ſubfrigidam, motu agitatam alueo detinet.

Fontanum, ex quo aqua gelida, puriſſima ſcaturit.

Caeſpitoſum, refertum humo mixta Sphagno, tectum tuberibus, aqua limoſa cinctum.

b) VMBROSVM.

Nemoroſum ad radices montium, inter lucos, humo ſpongioſa tectum, vmbroſum ſemper, exhalans continuo aërem humidum, ventis minus expoſitum, plantas vernales, frigoris et caloris impatientes alens.

Syluaticum, vmbroſum terra ſabuloſa ſterili refertum.

Aruenſe,

c) CAMPESTRE.

Aruenſe, conſtat aquis requietis.

Pratenſe, herbis luxuriat, campis depreſſis, conuallibusque conſtat, et quidem eſt

a) fertile

b) exſuccum

c) humidiuſculum.

Cultum in hortis, terra ſubacta, mixta, fertiliſſima, promouens plantas Hortulanis inuiſas, inter Olera luxuriantes.

Ruderale, iuxta domos, habitacula, vias et plateas.

Agreſte, quod terra ſubacta laeta gaudet.

Verſurarum, quae ſunt margines agrorum, tanquam prata ſtercorata conſideranda.

Fimetorum, ex ſtercore animalium congeſto.

d) MONTANVM.

Glabretum, eleuatum ſicciſſima arida planiuscula a ſole arefacta.

Collinum, Montium latera decliuia ſicca.

Rupeſtre, Petrarum fiſſuris, murisque praeruptis, ariſſimisque conſtans.

3) *Loca* natalia ſunt aut *communia* (quae ſunt notiſſima), aut *ſingularia*, quae ſunt ſequentia:

1) *Lacus*, Collectio Aquarum ex fluuiis minoribus, riuis, fontibus.

2) *Flumen*, Aqua mobilis ex pluribus riuis in vnum alueum confluentibus.

3) *Riuus*, Aqua mobilis ex pluribus fontibus ſimul vnitis.

4) *Fons*, Aqua mobilis ex vario aqueo coadunato.

5) *Piſcina*, Aqua minus mobilis, pura.

6) *Foſſa*, Aqua ſtagnans impura.

7) *Stagnum*, fundo limoſum et aqua quieta repletum.

8) *Palus*, humo lutoſa laxa, aqua impura, ſtagnanteque ſicceſcit.

9) *Lit-*

9) *Littus*, ſolum lacui, aut flumini proximum.
10) *Collis*, Telluris ſuperficies modice eleuata.
11) *Mons*, ſabuloſus, aridus, ſterilis, telluris ſuperficie magis eleuata.
12) *Sylua*, Arboribus denſe conſita tellus, terra ſabuloſa ſtirili referta.
13) *Nemus*, vid. *Solum nemoroſum.*
14) *Fruticetum*, Fruticibus } conſita tellus.
15) *Arboretum*, Arboribus } conſita tellus.
16) *Quercetum*, humo ſterili nec ſpongioſa refertum et *Quercubus* maxime conſitum.
17) *Alnetum*, ſolo ſpongioſo tectum, vmbroſum, *Alnis* plerumque inſtructum.
18) *Saltus*, Syluorum locus eleuatus, vmbroſus, ſqualidus.
19) *Campus*, Locus apricus ventibus expoſitus, ſiccus, aſper.
20) *Aruum*, conſtat agris requietis.
21) *Ager*, terra ſubacta, fertili, frugifera gaudet.
22) *Verſura*, agrorum margo.
23) *Pratum*, herbis luxurians, campis depreſſis conuallibusque conſtat.
24) *Paſcuum*, differt a pratis, quod ſterilius, ſiccius et magis ſabuloſum eſt.
25) *Hortus* ſolo culto, fertiliſſimo, delicioſo gaudet.
26) *Fimetum*, ex ſtercore animalium congeſtum.
27) *Ruderatum*, locus incultus iuxta domos et vias.

4) *Terra* plantis fauens, ſunt *Humus*, *Arena*, *Argilla* et *Creta*.

1) *Humus* tenuiſſima, atra, ſpongioſa, phlogiſtica, et plantis alimentum praebet primarium.

2) *Arena*, ſicca, friabilis, ſiticuloſa; eſt a) *mobilis*, b) *farinacea*, c) *vulgaris*, d) *ſabuloſa*.

3) *Argilla*, tenax, tempeſtate humida vnctuoſa, ſicca et igne contra indurata.

4) *Creta* in collibus ſicciſſimis aridiſſimis.

5) *Compoſita* ex his enumeratis intermixta, multiplex.

CLAS-

CLASSES GENERVM.

Claſſis I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

Cal. 1 — phyllus. *Cor.* o. *Stig.* bifidum. 1. *Salicornia.*
Cal. ſuperus, breuiſſimus, minimus. *Cor.* o. *Stam.* ſtigmate inſertum. *Stigm.* ſimplex. *Sem.* vnicum, ſubrotundum. 2. *Hippuris.*

B. FLORE MONOCLINO.

♀ *Cal.* o. *Cor.* 2— petala. *Petala* incurua lunulata. *Filam.* incuruum, longum. *Styl.* 2. *Capſ.* 2 — locularis, 4— ſperma, ſulcis exarata. 3. *Callitriche.*
♂ *Cal.* et *Cor.* o. *Anthera* ſphaerica, germini inſerta. *Filam.* o. 4. *Chara.*
♀ *Cal.* 3 — 4 — phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* 5 — fidum. *Sem.* 1.

II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

A FLORE HERMAPHRODITO.

a) *Flores* 1— *petali, inferi, regulares.*

5. *Liguſtrum.* *Cor.* infundibuliformis, 4— fida. *Anth.* longitudine fere corollae. *Bacc.* pulpoſa, 3 vel 4— ſperma.

6. *Syringa.* *Cor.* 4— fida, rotata: laciniis ouatis. *Stigm.* 2—fidum. *Capſ.* 2— locularis.

b) *Flores* 1— *petali, inferi, irregulares.*

α. *Seminibus capſula tectis.*

7. *Veronica* *Cal.* 4 — partitus. *Cor.* rotata; limbo 4 — partito; lacinia infima anguſtiore. *Capſ.* 2 — locularis, obcordata.

8. *Pinguicula.* *Cal.* 2— labitatus, 5 — fidus. *Cor.* ringens, calcarata. *Capſ.* 1— locularis.

9. *Vtricularia.* *Cal.* 2 — phyllus aequalis. *Cor.* ringens, calcarata. *Capſ.* 1— locularis, plura ſemina includens.

β. *Seminibus* 4 *nudis.*

10. *Verbena.* *Cal.* 5—7— gonus ac ſtriatus denticulis 5—7— breuibus, excepto denticulo ſuperiore intermedio truncato. *Cor.* ſubaequalis curua: limbo ſemi 5— fido. *Stam.* in exoticis 2, in noſtrate paſſim 4. *Stigm.* capitatum. *Capſ.* 2— locularis. *Sem.* 4 calyce immutato continentur.

11. *Lycopus.* *Cor.* 1— petala, 4— fida, ſubregularis: lacinia vnica, emarginata. *Stam.* diſtantia. *Stigm.* ſubulatum. *Sem.* 4 retuſa in calyce aperto nidulantia.

Cor.

Cor. ringens, inaequalis. *Filam.* tranſuerſe pedicello affixa. *Sem.* 4. *Nectar.* 4. ſubrotunda carneo-flaua. 12. *Saluia.*

γ) *Flores ſuperi.*

Cal. 2 — phyllus, ſuperus. *Cor.* 2 — petala, obcordata. *Capſ.* piloſa, 2 — locularis, biualuis, 2 — ſperma. 13. *Circaea*

D I G Y N I A.

Cal. Glum. 2 — valuis, 1 — flora, oblonga. *Cor.* 2 — valuis, ariſtata. *Sem.* 1. nudum. *Nectar.* 2, obtuſa, concaua. 14. *Anthoxanthum.*

B. FLORE STYLOSTEMONOIDE.

Cal. o. *Cor.* 5 — petala irregularis: Petala ſuperiora in galeam vergentia, 6-tum inferius vario modo dividitur in calcar ſatis longum cornuforme terminatur. *Stam. Filam.* 2, breuiſſima, albida. *Antherae* ouatae virideſcentes, vel purpureae. *Piſt.* — *Styl.* breuiſſimus. *Stigm.* ſimpl. obtuſum. *Nectarium* pone florem in cornu pendulum, labio plano. 15. *Orchis.*

Cal. o. *Nectar.* breuiſſimum ſcrotiforme, labio plano. *Sem.* plurim. ſcobiformia. 16. *Satyrium.*

Cal. o. *Nectar.* Labium ſubtus carinatum. *Stam. Fil.* o. *Antherae* 2. 17. *Ophrys*

Cal. o. *Nectar.* Labium ouatum, ſubtus gibbum, trifidum. 18. *Serapias.*

C. FLORE MONOCLINO.

♂ *Cal.* 1 — phyllus cuculatus. *Cor.* o. 19. *Lemna.*

♀ *Cal.* et *Cor.* Maris. *Styl.* 1. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma. *Sem.* ſtriata.

D. FLORE DICLINO.

20. *Salix.* ♂ *Cal.* Squamae Amenti 1 — florae. *Cor.* o. *Nectar.* glandula in centro flosculi. *Stam.* 2 — 5.
♀ *Ament. Cal* et *Cor.* Maris. *Styl.* 2 — fidus. *Capſ.* 2-valuis, 1 — locularis. *Sem.* pappoſa.

E. FLORE POLYGAMOIDE.

21. *Fraxinus.* ♂ *Cal.* et *Cor.* o. *Stam.* 2. *Piſt.* 1. *Sem.* 1. lanceolatum alatum.
♀ *Cal. Cor. Piſt. Sem.* vt in hermaphrodito.

III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

SECTIO I.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

α. Flores ſuperi completi.

22. *Valeriana.* *Cal.* o. *Cor.* 1 — petala, 5 — fida, infundibuliformis; tubus calcaratus, aequalis, ſ. ringens. *Stam.* 1 — 4. *Sem.* 1. coronatum. *Flores* hermaphroditi, dioici.

β. Flores inferi completi.

23. *Polycnemum.* *Cal.* perſiſtens, 5 — phyllus: foliolis 2 alternis minoribus. *Cor.* o. *Sem.* 1, membrana tenuiſſima veſtitum.

γ. Flores ſuperi incompleti.

24. *Gladiolus.* *Cor.* 6 — partita, ringens; *petalis tribus ſuperioribus* conuergentibus. *Stam.* adſcendentia. *Stigm.* 4 — fidum, concauum.

Cal.

Cal. ſpathaceus. *Cor.* 1 — petala, 6 — partita; laciniis alternis reflexis, quarum 3 maiores reflexae, e baſi piloſae aut glabrae, ouato-obtuſae; 3 minores et anguſtiores. *Stigm.* 3, petaliformia, reflexiuſcula, apice laciniata ac criſpa, ſubtus connata. *Capſ.* 3 — locularis. 25. *Iris.*

TRIGYNIA.

Flores ſimplices inferi.

a) *completi.*

Cal. 5 — phyllus. *Cor.* 5 — petala, calyce longior. *Capſ.* 1 — locularis, apice dehiſcens 3 — valuis, polyſperma. 26. *Holoſteum.*

b) *incompleti.*

Cal. 2 — phyllus. *Foliola* ouata, obtuſa. *Cor.* 1 — petala, irregularis. *Capſ.* 1 — locularis, 3 — valuis. 27. *Montia*

SECTIO II.

A. GRAMINEAE. S. CALAMARIAE.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

MONOGYNIA.

a) *Floribus glumoſis, inferis; Glumis tantum calycinis.*

Cal. 1 — glumis: glumis paleaceis, faſciculatis. *Cor.* 0. *Sem.* 1, ſubrotundum, inter infimas glumas. 28. *Schoenus.*

Cal. 1 — glumis: glumis paleaceis, diſtiche imbricatis. *Cor.* 0. *Sem.* 1, nudum, triquetrum, vel ſubrotundum, planiuſculum. 29. *Cyperus.*

30. *Scirpus* *Cal.* 1 — glumis: glumis paleaceis, vndique imbricatis. *Cor.* o. *Sem.* 1, imberbe, triquetrum, villis calyce breuioribus inſtructum.

31. *Eriophorum.* *Cal.* 1 — glumis: glumis paleaceis vndique imbricatis. *Cor.* 6. *Sem.* 1, triquetrum, lana longiſſima cinctum.

B. SPICATA.

q) *Floribus glumoſis, inferis; Glumis tantum corollaceis.*

32. *Nardus* *Cal.* o. *Cor.* 2 — valuis: Valua *exteriore* lanceolata, carinata, ariſtata; *inferiore* acuminata. *Sem.* 1. lanceolatum, corolla adnata tectum.

DIGYNIA.

1. *Paniculata.*

a) *Gramina calycibus 2 — valuibus, vnifloris, vagis.*

33. *Phalaris.* *Cal.* 2 — glumis, aequalis, glumis carinatis, corollam includentibus.

34. *Alopecurus.* *Cal.* 2 — glumis, aequalis, carinatus, lanceolatus. *Cor.* 1 — valuis, apice ariſta longa terminante.

35. *Milium* *Cal.* 2 — glumis; glumis ſubaequalibus, ventricoſis. *Cor.* 2 — valuis, ouata, breuiſſima: valuula altera minore. *Stigm.* penicilliformia. *Sem.* vnicum ſplendore praeditum.

36. *Agroſtis.* *Cal.* 2 — glumis, aequalis: glumae lanceolatae acutae, corolla longiores. *Cor.* 2 — valuis. Valuula *exterior* modo mutica, modo ariſtata. *Stigm.* longitudinaliter hiſpida. *Sem.* 1, glabrum.

37. *Stipa.* *Cal.* 2 — glumis, acuminatus, vniflorus. *Cor.* 2 — valvis: Valuula *exteriore* ariſta terminali longiſſima, baſi articulata.

b) *Gra-*

b) *Gramina calycibus 2 — valuibus, biſloris, vagis.*

Cal. 2 — glumis, aequalis, acutus. *Cor.* 2 — valuis: altera valuula ſaepe ad baſin ariſtata. *Floſculi* 2, rariſſime rudimento tertii floris. 38. *Aira.*

Cal. 2 — glumis, aequalis, obtuſus. *Cor.* 2 — valuis, mutica. *Sem.* 1, ouatum, acutiuſculum. *Rudimentum* tertii floris inter floſculos. 39. *Melica.*

Cal. 2 — glumis compreſſus: *Glumae* lanceolatae, mucronatae: altera Gluma maiori carinata. *Floſculi* 2 vel 3, absque interiecto rudimento. *Cor.* 2 — valuis; altera valuula apice ariſtata. 40. *Dactylis.*

c) *Gramina calycibus triualuibus, vnifloris, vagis.*

Cal. 3 — glumis: duae maiores muticae aut ariſtatae, tertia dorſalis, minima. *Cor.* 2 — valuis. Valuula *exteriore* ouata, obtuſiuſcula conuexa; *interiore* plana et eodem gaudet figura. *Sem.* 1, ſubrotundum. 41 *Panicum*

d) *Gramina calycibus biualuibus; Spiculis multifloris, vagis.*

Cal. 2 — glumis, muticus, ouatus, acuminatus, multiflorus. *Cor.* 2 — valuis: Valuulis acutiuſculis margine ſcarioſis. *Spicula* ouato-oblonga. 42. *Poa.*

Cal. 2 — glumis, cordatus, concauus, obtuſus. *Cor.* 2 — valuis, mutica, inaequalis. *Spiculae* cordatae, diſtichae. 43. *Briza.*

Cal. 2 — glumis, ſubulatus, acuminatus. *Cor.* oblonga, valuulis mucronatis: altera ſaepe ariſtata ex apice. *Spicul.* oblongae, teretiuſculae. 44. *Feſtuca*

Cal. 2 — glumis, oblongus, acuminatus. *Cor.* 2 — valvis, inaequalis, maiore bifida, ariſtam infra apicem emittente. *Spic.* oblongae, multiflorae, tereres, diſtichae. *Sem.* 1, ouatum. 45. *Bromus*

Cal. 2 — glumis, lanceolatus, acutus. *Cor.* oblonga, altera, valuula dorſo vel baſi ariſtata, ariſta tortili in medio geniculato. *Spiculae* diffuſae, multiflorae. 46. *Auena.*

47. *Arundo* *Cal.* 2 — glumis, oblongus, acuminatus. *Cor.* baſi lanuginoſa. *Sem.* lana cinctum. *Flosculi* congeſti, lana cincti.

48. *Cynoſurus.* *Cal.* 2 — glumis, linearis, acuminatus. multiflorus. *Rec.* commune vnilaterale, ſpiculas oblongas colligens, multiflorum.

49. *Phleum* *Cal.* 2 — glumis. linearis, truncatus, apice bicuſpidato, ſeſſilis. *Cor.* 2 — valuis perianthio minor, mutica, incluſa. *Sem.* 1.

2. *Spicata.*

e) *Spica diſtincta, receptaculo ſubulato, dentato.*

50. *Elymus* *Cal.* 2— glumis, aggregatus, multiflorus. *Spiculae* geminae.

51. *Lolium.* *Cal.* 2— glumis, linearis, fixus, rachi oppoſitus, multiflorus. *Cor.* inaequalis. *Spiculae* diſtichae, muticae vel ariſtatae- *Sem.* 1, oblongum

52. *Secale.* *Cal.* 2— glumis, biflorus. *Cor.* gluma ariſtata.

53. *Triticum.* *Cal.* 2— glumis, ouatus, ſubtriflorus, ſeſſilis. *Cor.* 2— glumis, valuulis ſubaequalibus. *Flos* obtuſiuſculus, acutus. *Receptaculi* baſis calloſa.

54. *Hordeum.* *Cal.* 6— phyllus, 3— florus. Flosculi laterales ſaepe maſculi.

B. FLORE MONOCLINO.

Calamariae.

55. *Carex.* ♂ *Amentum* 1— florum, ſpicatum glumis. *Cor.* o.
♀ *Cal.* et *Cor.* vt in mare. *Stigm.* 3. *Sem.* 1, triquetrum, intra nectarium. *Nectar.* inflatum, tridentatum.

56. *Sparganium.* ♂ *Ament.* ſubſphaericum. *Cal.* 3— phyllus. *Cor.* o.
♀ *Ament.* *Cal.* *Cor.* maris. *Stigm.* 2 — fidum. *Drupa* exſicca, 1 — ſeu 2 — ſperma.

57. *Typha.* ♂ *Ament.* cylindricum. *Cal.* 3— phyllus, minimus, ſetaceus. *Cor.* o.

♀ *Ament.*

♀ *Ament.* cylindricum infra maſculos. *Cal.* capillaris, pappoſus. *Cor.* o. *Styl.* I. *Sem.* I. inſidens pappo capillari.

C. FLORE POLYGAMOIDE.

α. Calyce I—*floro.*

♂ *Cal.* biglumis, I— florus, oblongus, muticus ſeu ariſtatus. *Cor.* baſi ariſtata: ariſta tortili, recurua perſiſtente. *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Sem.* I. 58. *Andropogon.*
♀ *Cal.* 2— valuis, pedunculatus. *Cor.* mutica, ſecundum LINNAEVM O. *Stam.* 3.

β. Calyce I—3 *floro.*

Cal. Communis 2 — glumis, 2—3— florus. 59. *Holcus.*
♀ *Cor.* biualuis, mutica. *Stam.* 3. *Styl.* 2. *Sem.* I.
♂ *Cor.* biualuis, altera valuata infra apicem ariſta rigida. *Stam*, 3.

IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

a) *Flores* I — *petali*, *monoſpermi*, *ſuperi.*

Aggregatae.

Cal. communis polyphyllus; *proprius* duplex; *externus* membranaceus, *internus* 5 — partitus. *Cor.* 4 — ſ. 5 — fidae. *Rec.* paleaceum, eleuatum, ouatum. *Sem.* oblonga, coronata, inuoluta. 60. *Scabioſa.*

Cal. communis polyphyllus, folioſus; *proprius* vix manifeſtus *Cor.* 4— fidae. *Rec.* conicum, paleaceum. *Sem.* columnaria. 61. *Dipſacus.*

b) *Flo-*

b) *Flores* 1— *petali, monocarpi, inferi.*

62. *Centunculus.* *Cal.* 4— partitus, corolla longior. *Cor.* 4— fida, rotata, patens. *Filam.* breuia. *Capſ.* 2— locularis, circumſciſſa, polyſperma.

63. *Plantago.* *Cal.* 4— partitus, corolla breuior. *Cor.* 4— fida, rotata, limbo reflexo. *Filam.* longiſſima. *Capſ.* 2— locularis, polyſperma, ouata, transuerſaliter dehiſcens.

c) *Flores* 1— *petali, monocarpi, ſuperi.*

64. *Sanguiſorba.* *Cal.* 2— vel 3— phyllus, hypocarpius. *Cor.* plana, 4— partita, epicarpia. *Capſ.* 4— gona, bilocularis, polyſperma.

d) *Flores* 1— *petali, fructibus geminis, connatis, ſuperi.* *Stellatae.*

65. *Galium* *Cor.* rotata, plana, profunde 4— partita, tubo breuiſſimo. *Recept.* 3— dentatum. *Fructus* ſubgloboſi, glabri aut hiſpidi.

66. *Aſperula.* *Cor.* infundibuliformis, limbo obtuſo; tubo longiore. *Fruct.* baccati, ſubgloboſi.

67. *Sherardia.* *Cor.* tubuloſa infundibuliformis, limbo acuto. *Cal.* 6— dentatus. *Fruct.* oblongi, coronati. *Sem.* 3— dentata.

e) *Flores tetrapetali, ſuperi.*

68. *Trapa.* *Cal.* 4— partitus. *Nectar.* coronae ſimile. *Nux* armata ſpinis 4 validis conicis, oppoſitis.

69. *Cornus.* *Cal.* minimus, 4— dentatus, deciduus. *Cor.* 4— petala, regularis. *Pet.* oblongo-lanceolata, cruciatim poſita. *Drup.* nucleo 2— loculari.

f) *Flores apetali, inferi.*

70. *Alchemilla.* *Cal.* ſemi —8— fidus, cuius 4 laciniae maiores, ouato-acuminatae. *Cor.* o. *Styl.* baſi germinis inſeritur. *Sem.* 1, cordatum, calyce incluſum.

Cal.

Cal. 1— phyllus, 8— fidus. *Cor.* o. *Styl.* 1 baſi germi- nis inſeritur. *Sem.* vnicum nudum calyce incluſum. 71. *Aphanes.*

DIGYNIA.

Cal. 5— gonus, 4 — 5 — fidus. *Cor.* 1 — petala, ouata, 4 — 5 — fida regularis. *Petala* ouata, acuta. *Stigm.* ſimplicia. *Capſ.* 2— locularis, 2—3—4— ſperma, et carnoſa. 72. *Cuſcuta*

TETRAGYNIA.

Cal. o. *Cor.* Pet. 4, ſubrotunda, integra. *Anth.* fere ſeſ- ſiles. *Stigmata* obtuſa. *Styl.* o. *Sem.* 4, nuda, angula- ta, mucronata. 73. *Potamogeton.*

Cal. 4— phyllus. *Cor.* 4— petala. *Petala* calyce mi- nora, ouata, obtuſa, integra. *Capſ.* 4— locularis, 2 — valuis, bis — vel polyſperma. 74. *Sagina.*

B. FLORE MONOCLINO.

♂ *Cal.* 4— phyllus. *Cor* o. *Nectar.* centrale, vrceola- tum. 75. *Vrtica.*

♀ *Cal.* 4— phyllus; foliol. 2, oppoſitis, exiguis. *Cor.* o. *Stigm.* villoſum. *Sem.* 1, ouatum, nitidum.

♂ *Ament.* cylindraceum, ſquamis 3— fidis, 3— floris. *Cor.* 3— vel 4— partitae, patentes, 4— ſtemones. 76. *Betula.*

♀ *Ament.* imbricatum. Squamis ſubtrifidis, 2— floris. *Cor.* o. *Styl.* 2. *Sem.* 2, 3, vtrinque membrana alata.

C. FLORE DICLINO.

♂ *Cal.* 4— partitus. *Cor.* o. Filamenta o. Antherae ca- lyci adnatae. 77. *Viſcum.*

♀ *Cal.* 4— phyllus, ſuperus. *Cor.* o. *Styl.* o. *Stigm.* obtuſum. *Bacc.* 1— ſperma. *Sem* compreſſa, cordata.

♂ *Cal.* 2— partitus. *Cor.* o. 78. *Hippophae.*

♀ *Cal.* 2— fidus, deciduus. *Cor.* o. *Piſtill.* 1. *Bacc.* 1-- ſperma: arillo truncato.

D. FLO-

D. FLORE POLYGAMOIDE.

79. *Parie-taria.* ♂ *Cal.* 4— phyllus 4— fidus. *Cor.* o. *Stam*, 4. *Styl.* 1. *Sem.* 1 ſuperum ouatum.
♀ *Cal. Cor. Styl. Sem.* vt in hermaphrodito.

V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

a) *Flores* 1— *petali*, *inferi. Germinibus* 4— *ternis*, *nudis. Aſperifoliae.*

80. *Echium* *Cal.* 5— partitus. *Cor.* campanulata, irregularis, fauce nuda: laciniis ſuperioribus longioribus. *Sem.* 4 nuda, ſcabra.

81. *Pulmonaria.* *Cal.* 5— dentatus, prismatico-quinquangularis. *Cor.* infundibuliformis, fauce nuda. *Sem.* 4, nuda, ſubrotunda, ſplendentia.

82. *Lithoſpermum.* *Cal.* profunde 5— partitus. *Cor.* infundibul. 5— fidus. Laciniis ouatis, obtuſis, aequalibus, fauce plicata, perforata, nuda. *Sem.* 4, nuda, dura, glabra, aut ſcabra.

83. *Symphytum.* *Cal.* 5— partitus. *Cor.* limbo tubuloſo-ventricoſo: fauce clauſa radiis ſubulatis, conniuentibus. *Sem.* 4, acuta, conniuentia.

84. *Borago.* *Cal.* 5— partitus. *Cor.* rotata: fauce clauſa radiis obtuſis emarginatis. *Sem.* rugoſa.

85. *Lycopſis.* *Cal.* 5— partitus laciniis lanceolatis. *Cor.* infundibul. tubo curuato; fauce clauſa ſquamis 5 conuexis. *Sem.* 4.

86. *Aſperugo.* *Sal.* 5— fidus, fructiferus, compreſſus; lamellis ſinuatis, plano-parallelis. *Cor.* infundibul. tubo erecto, fauce clauſa, ſquamis 5, conuexis.

Cal.

Cal. 5— partitus. *Cor.* infundibul. fauce clauſa ſquamulis 5 conuexis. *Caps.* 4 depreſſae, interiori latere ſtylo affixae, 1 — ſpermae. *Sem.* 4. aculeata. 87. *Cynogloſſum.*

Cal. 5 — fidus. *Cor.* infundibul. tubo baſi prismatico; fauce clauſa ſquamulis 5 conuexis, oblongis. *Sem.* 4 oblonga obtuſa. 88. *Anchuſa.*

Cal. ad baſin profundo 5 — fidus. *Cor.* hypocrateriformis, 5— fida, emarginata: fauce clauſa 5 ſquamulis coloratis. *Sem.* 4 ouata, acuminata, glabra aut piloſa. 89. *Myoſotis.*

b) *Flores* 1— *petali, inferi. Germinibus capſuliferis.*

Cor. regularis rotata. *Filam.* inferne hirſuta, baſi connata. *Stigm.* capillatum. *Capſ.* globoſa 1 — locularis, polyſpermis, circumſciſſa. 90. *Anagallis.*

Cor. rotata. *Stam.* 5 — paſſim 7 vt in *thyrſiflora* obſeruaui. *Stigm.* obtuſum. *Capſ.* globoſa, mucronata, 1-- locularis, 10 valuis. 91. *Lyſimachia.*

Cal. 5— gonus ſubcampanulatus, ore 5— dentato. *Cor.* hypocrateriformis, tubo cylindrico, fauce peruia; ore patulo. *Stigm.* globoſum. *Capſ.* 1 — locularis, apice dehiſcens polyſperma. 92 *Primula.*

Cal. 5 — gonus. *Cor.* hypocraterif. fauce coarctata, glanduloſa: laciniis integris. *Stigm.* globoſum. *Capſ.* 1— locularis, globoſa, polyſperma. 93. *Androſace.*

Cal. profunde 5— partitus. *Cor.* hypocrateriformis. *Filam.* laciniis corollae oppoſita, tubo corollae impoſita. *Stigm.* globoſum. *Capſ.* 1 — locularis, orbicularis, polyſperma. 94. *Hottonia.*

Cal. profunde 5— fidus. *Cor.* 1 — petala infundibulif., interne piloſa. *Stigm.* 2— fidum. *Capſ.* 1— locularis polyſperma. 95. *Menyanthes.*

Cor. campanulata, 5— plicata; limbo integro vel paulum crenulato. *Stigm.* 2. *Capſ.* 2 - et plerumque 3 — locularis. *Sem.* 4, anguloſa. 96. *Conuoluulus.*

Cal. tubuloſus pentagonus, deciduus. *Cor.* infundibulif. pentagona, limbo plicato acuminato. *Stigm.* bilamellatum. *Capſ.* 2 — locularis, 4 — valuis, polyſperma, plus minusue ſpinoſa. 97. *Datura*

Cal.

98. *Hyoſcyamus.* *Cal.* 1— phyllus 5 — fidus, perſiſtens *Cor.* infundibulif. 1 – petala, inaequalis. *Stam.* inclinata. *Stigm.* capitatum. *Capſ.* 2— locularis, operculata.

99. *Nicotiana.* *Cor.* infundib. limbo plicato. *Stam.* ad latus corollae flexa. *Stigm.* emarginatum. *Capſ.* 2 — locularis, apice dehiſcens.

100. *Verbaſcum.* *Cor.* rotata, inaequaliter 5 — fida. *Stam.* inclinata ſaepius plumoſa. *Stigm.* obtuſum. *Capſ.* 2 — locularis, 2— valuis, polyſperma.

101. *Vinca.* *Cor.* hypocraterif. laciniis 5 extrorſum latioribus. *Stigm.* duplex, vnum alteri ſuperimpoſitum. *Folliculi* 2, erecti. *Sem.* plura oblonga, ſulcata, remota, nuda. *Nectar-* ſubrotunda, carnoſa Germinis longitudine.

c) *Flores* 1 — *petali*, *inferi*. *Germinibus bacciferis.*

102. *Solanum.* *Cor.* rotata. *Antherae* ſubcoalitae, apice poro gemino perforatae. *Stigm.* obtuſum. *Bacc.* orbiculares, 2 — loculares, polyſpermae.

103. *Atropa.* *Cor.* 5 — fida, regularis campanulata. *Stam.* extrorſum arcuata et filamenta verſus apicem cum antheris nutantur. *Stigm.* diſtans, incuruatum. *Bacc.* globoſa, 2— locularis, polyſperma.

d) *Flores* 1— *petali*, *ſuperi*. *Germinibus capſuliferis.*

104. *Samolus.* *Cal.* 5 — fidus: laciniis latiuſculis acutis. *Cor.* rotata: laciniis 5, ſubrotundis, obtuſis, aequalibus; tubo breui; fauce ſquamulis, 5, breuiſſimis, ſetaceis. *Antherae* 5: filamentis breuibus. *Stigm.* capitatum. *Capſ.* globoſa, 1 — locularis, 5 - valuis, polyſperma.

105. *Phyteuma.* *Cor.* corniculata, ad baſin fere 5 — partita. *Stigm.* 3 — fidum. *Capſ.* 3 — locularis, polyſperma.

106. *Campanula.* *Cor.* campanulata, fundo corollae valuulis 5 ſtaminiferis. *Stigm.* 3 — partitum. *Capſ.* 3 — ſ. 5 — locularis, poris lateralibus dehiſcens.

e) *Flo-*

e) *Flores* 1— *petali, ſuperi. Germinibus bacciferis.*

Cal. 5— dentatus, minimus. *Cor.* 1— petala, inaequalis, bilabiata: labium inferius ſimplex, obtuſum; ſuperius in lacinias 4 obtuſas diuiditur. *Stigm.* capitatum. *Bacc.* 2— locularis, polyſperma, ſubrotunda. 107. *Lonicera.*

f) *Flores* 5— *petali, inferi. Germin. bacciferis.*

Cal. o. *Cor.* campanulata, tubuloſa, externe rudis, interne colorata, 4—5— fida. Squamae oris conniventes Stamina munientis. *Stigm.* diuiſum. *Bacc.* ſubrotunda, 1— locularis, 3—4— vel polyſperma. *Flores* hermaphroditi, aut dioici. 108. *Rhamnus.*

Cal. 4— vel 5— partitus. *Cor.* 5— plerumque 4— petala, patens. *Stam.* ſaepius 4, paſſim 5. *Bacc.* capſularis, 5— gona, 5— locularis, colorata. *Sem.* arillata. 109. *Euonymus.*

Cal. 5— dentatus. *Cor.* Petala apice cohaerentia, ſaepe emarcida. *Bacc.* 5— ſperma. *Sem.* ſemibilocularia. 110. *Vitis.*

g) *Flores* 5— *petali, ſuperi. Germ. bacciferis.*

Cal. 5— fidus, ventricoſus: laciniis ſubrotundis, obtuſis, apice reflexis, coloratis. *Petala* et *Stam.* calyci inſerta. *Stylus* bifidus. *Bacc.* 1— locularis, polyſperma. 111. *Ribes.*

Cal. Inuolucr. vmbella minima. *Cor.* Petalis 5— vel 6, oblongis, craſſis, coriaceis. *Stigm.* ſimplex. *Bacc.* calyce cincta, globoſa, 3— vel 5— ſperma. 112. *Hedera.*

h) *Flores apetali, inferi.*

Cal. 1— phyllus, 5— partitus: laciniis ouato-obtuſis, reuolutis. *Cor.* o. *Capſ.* ſubrotunda 1— locularis, 5— ſ. 6— valuis, 5— ſperma. 113. *Glaux*

i) *Flores apetali, ſuperi.*

Cal. 1— phyllus, ſtaminifer. *Cor.* o. *Nectaria* filiformia calyci inſerta, erecta. *Sem.* 1, intra calycem, ſubrotundum, coronatum. 114. *Theſium.*

DIGYNIA.

a) *Flores 1 — petali, inferi.*

115. *Aſcle-pias.* *Cor.* rotata, regularis, 5 — fida, reflexa. Nectariis 5, ouatis, concauis, corniculum exſerentibus. *Filamenta* breuiſſima, corpuſculo-conico-obtuſo coaleſcentia. *Folliculi* 2, oblongi. *Sem.* pappoſa, receptaculo membrana affixa.

116. *Gentiana.* *Cor.* 1 — petala, inferne tubuloſa, 4—5— fida, varie figurata. *Styl.* 0. *Stigm.* ouata. *Capſ.* 1 — locularis, 2— valuis, polyſperma. *Receptacula* 2, longitudinalia.

b) *Flores apetali.*

117. *Chenopodium.* *Cal.* 5 — phyllus, 5 gonus, foliolis concauis. *Cor.* 0. *Styl.* 2 — partitus. *Sem.* 1, lenticulare, intra calycem.

118. *Beta.* *Cal.* 5 — phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* 1, reniforme, intra ſubſtantiam baſeos calycis.

119. *Herniaria.* *Cal.* 1 — phyllus 5 — partitus; laciniis aequalibus, ouatis, acutis. *Stam.* 10; 5 ſterilia. *Capſ.* 1 — ſperma. *Sem.* tectum, ouatum, glaberrimum.

120. *Vlmus* *Cal.* 1 — phyllus 5 — fidus, compreſſus, coloratus. *Cor.* 0. *Filamenta* 4 vel 5 vltra florem. *Stigm.* villoſa. *Capſ.* compreſſa, rotunda, 1 — ſperma, alata.

c) *Flores vmbelliferi; 5 — petali, ſuperi, diſpermi.*

α. *Vmbellis ſimplicibus. Habitu imperfecto deliqueſcente.*

121. *Eryngium.* *Inuolucr. vniuerſale* polyphyllum longum; *partiale* paleaceum. *Flores* capitati. *Sem.* 2, perianthio coronata. *Receptaculum* commune conicum.

122. *Hydrocotyle.* *Vmbella* parua prolifera. *Inuolucro* 4 — phyllo. *Petala* 5, integra, ouata, acuminata. *Styl.* 2. *Sem.* 2, orbiculato - compreſſa, glabra.

β) Vm-

β. Vmbellis compoſitis. Habitu perfecto.

A. *Fructu tecto plicis, ſetis aut lanugine.*

Vmb. conferta, ſubcapitata. *Inuolucr. vniuerſale* 3 — phyllum aut polyphyllum; *partiale* polyphyllum: foliolis ſubulatis. *Petala* aequalia, obtuſa, inflexa, bifida. *Flores* ſubumbellati diſci abortantes. *Sem.* muricata. 123. *Sanicula.*

Inuolucr. polyphylla longitudine fere radiorum. *Petala* inflexo-cordata, fere aequalia, emarginata. *Sem.* ouato-oblonga, introrſum conuexa, ſtriata, lanugineſa. 124. *Athamanta.*

Inuolucr. polyphylla, pinnatifida. *Vmbell.* fructifera, aetate concaua euadit. *Flor.* radiati, irregulares, fertiles. *Sem.* ſubouata, 4— gona, pilis hiſpida aut nuda. 125. *Daucus.*

Inuolucr. integra. *Petala* inflexo emarginata. *Fructus* ſetis vndique hiſpidis. *Flores* Mares et Hermaphroditi. 126. *Caucalis.*

B. *Fructu nudo, ſulcato, coſtato, aut ſtriato.*

Inuolucr. vniuerſ. 1 — phyllum, rarius 0; *partiale* conſtanter polyphyllum. *Flor.* radiati, diſco ſterili. *Petala* inaequalia bifida. *Sem.* ſubouata, perianthio ſulcata et piſtillis coronata. 127. *Oenanthe.*

Inuolucr. vniuerſal. vel 0, vel polyphyllum; *partiale* ſimplex, breuiſſimum. *Petala* aequalia integra. *Flor.* floſculoſi; diſco nunquam abortiuo. *Sem.* ouata, vtrinque in medio ſtriata, margine alata. 128. *Peucedanum.*

Inuolucr. partial. dimidiata ſubtriphylla. *Flor.* ſubuniformes, fertiles. *Pet.* cordata, emarginata. *Sem.* ſubgloboſa, gibba, 5— ſtriata, ſecundum longitudinem latitudinemque crenulata. 129. *Conium.*

Inuolucr. polyphyll. *Flor.* floſculoſi, hermaphroditi. *Pet.* inuoluta. *Sem.* ſubrotunda, compreſſa, ſtriata. 130. *Bupleurum.*

Inuolucr. vtraque polyphylla; *vniuerſale* reflexum. *Flor.* vniformes, hermaphroditi. *Pet.* cordata, leuiter inciſa. *Sem.* ſubouata, ſtriata (absque alis et coſtis). 131. *Sium.*

C. *Fructu alato: ala marginali.*

132. *Hera-cleum.* *Inuolucr. partiale* polyphyllum caducum. *Flor.* radiati; diſco nunquam abortante. *Petalis* difformibus inflexo emarginatis. *Sem.* elliptica, marginata, compreſſa, leuiter in dorſo ſtriata.

133. *Tor-dylium.* *Inuolucr.* ſimplicia, longa. *Flor.* radiati, fertiles. *Sem.* orbiculata, craſſa, ala marginali crenata.

134. *Seli-num.* *Inuolucr. vniuerſale* polyphyllum, reflexum; *partiale* polphyll. patens. *Petala* cordata, aequalia, emarginata. *Flor.* vniformes, fertiles. *Sem.* ſubouata, compreſſa, in medio 3—5 ſtriis eleuata, margine alata.

135. *Laſer-pitium.* *Inuolucr.* vtraque polyphylla, parua. *Petala* inflexo-cordata emarginata. *Flor.* floſculoſi, fertiles. *Sem.* oblonga, dorſo-conuexa, alis membranaceis alata.

136. *Ange-lica.* *Vmbella vniuerſ.* multiplex rotunda; *partial.* globoſa. *Inuolucr. vniuerſ.* 2—5—phyllum, paruum; *partiale* 8— vel polyphyllum. *Flor.* floſculoſi, fertiles. *Corollae* aequales: *petalis* incuruis apice emarginatis. *Sem.* ouata, angulata, marginata, in dorſo ſulcis 3 longitudinalibus exaſperata, alata.

γ. *Inuolucris partialibus: nullo vniuerſali.*

137. *Cori-andrum.* *Inuolucrum vniuerſale* vix 1—phyllum, plerumque 0; *partiale* 3—phyllum, dimidiatum, lineare. *Vmbella vniuerſal.* radiis paucis: *partial.* pluribus. *Floſculi* diſci abortiui, *ſtyli* diſtantes. *Stigm* radii capitata. *Sem.* ſubgloboſa, laeuia absque ſtriis et ſulcis.

138. *Aethu-ſa.* *Inuolucell* dimidiata, 3— vel 4— phylla, pendula. *Flor.* floſculoſi, fertiles. *Sem.* orbicularia, 4 ſulcis diſtinctis exarata, inde *Fructus* 8—gonus.

139. *Scan-dix.* *Inuoluc. partiale* 5—phyllum *Flor.* radiati; diſco ſaepe maſculo. *Cor.* Petala cordata, inaequalia integra aut marginata. *Styli* erecti. *Sem.* elongata, glabra, ſtriata, roſtrata.

140. *Chae-rophyllum.* *Inuolucell.* 5—10—phylla et plura, reflexa, concaua. *Flor.* floſculoſi, diſco ſaepe abortiuo. *Per.* inflexa, cordata. *Styli* reflexi. *Sem.* oblonga, ſuperne attenuata, extrorſum concaua, leuiter ſtriata, nitentia.

Inuo-

Inuolucr. vniuerſale o; partiale polyphyllum, foliol. acuminata cordato-inflexa. *Styli* recurui, perſiſtentes. *Sem.* ouata laeuiter 10— ſtriata, carinata perianthio et piſtilis. 141. *Phellandrium.*

Vmbellae globoſae. *Inuolucell.* polyphylla, linearia. *Flor.* floſculoſi, fertiles. *Sem.* ouata, extrorſum concaua, ſtriata. 142. *Seſili.*

Vmbell. vniuerſalis et *partialis* radiis pluribus, ſubrotundis. *Inuoluc. partialia* polyphylla, ſetoſa. *Petala* ouata inflexa. *Sem.* ſubouata, ventricoſa, ſtriata. 143 *Cicuta*

δ. *Inuolucris nullis.*

Flor. floſculoſi, fertiles. *Cor.* Petal. integra lanceolata, apice inuoluta. *Sem.* elliptica, compreſſo-plana, margine cincta. 144. *Paſtinaca.*

Flor. floſcul. fertiles. *Cor.* petala lanceolata, apice inflexa. *Sem.* ſubouata, compreſſa, marginata, ſtriata. 145. *Anethum.*

Cor. petal. carinata, inflexo-emarginata. *Flor.* floſculoſi, fertiles. *Sem.* ouato-oblonga, gibba, ſulcata. 146 *Carum*

Vmbel. vniuerſ. radiis pluribus; *partial.* adhuc pluribus. *Flor.* ſubradiati, fertiles. *Cor.* petala inflexa, emarginata. *Styli* erecti. *Stigm.* ſubgloboſa. *Sem.* ouato-oblonga, 5 ſtriis eleuata. 147. *Pimpinella.*

Vmbell. vniuerſ. radiis paucioribus; *part.* pluribus. *Flor.* floſculoſi, fertiles. *Cor.* petal. aequalia, inflexo-inciſa. *Sem.* minuta, ouata, ſtriata. 148 *Apium*

Vmbell. vniuerſ. conuexa; *partial.* plana. *Flor.* floſculoſi, fertiles. *Cor.* petala aequalia, ſemibifida in apicem vncatum abeuntia, cordata. *Styl.* corollulae longitudine. *Sem.* ouato-oblonga, gibba, ſtriata. 149. *Aegopodium.*

TRIGYNIA.

a) *Flores ſuperi.*

Cal. 5— partitus, minimus. *Cor.* rotata, 5— fida. *Stigm.* obtuſa. *Bacc.* 1— ſperma. 150. *Viburnum.*

151. *Sambucus.* *Cal.* 5 — partitus breuiſſimus, *Cor.* rotata, concaua, 5 — fida. *Styl.* 0. *Stigm.* obtuſa. *Bacc.* 2 — vel 3 — ſperma plerumque.

b) *Flores inferi.*

152. *Rhus.* *Cal.* 5 — partitus. *Cor.* 5 — petala. *Styl.* 0. *Bacc.* 1 — ſperma.

153. *Staphylea.* *Cal.* 5 — partitus. *Cor.* 5 — petala. *Capſ.* 3 — locularis, 3 — gona, 1 — ſperma, inflata. *Sem.* bina, oſſea, globoſa.

154. *Alſine.* *Cal.* 5 — phyllus. *Cor.* petalis 5 aequalibus. *Styl.* 0. *Capſ.* 1 — locularis, 3 — aut 6 — valuis, polyſperma.

TETRAGYNIA.

155. *Parnaſſia.* *Cal.* 5 — partitus: laciniis oblongis acutis. *Cor.* pet. 5 aequalibus, ſubrotundis, concauis, ſtriatis. *Filam.* 5, breuia. *Styli* fere nulli, *Nectar.* 5, cordata, ciliata, glanduloſa; glandulis pedicellatis. *Capſ.* 4 — gona, 4 — valuis, 1 — locularis.

PENTAGYNIA.

α) *Flores aggregati inferi.*

156. *Statice* *Cal. communis* imbricatus; *proprius* 1 — phyllus. integer, plicatus, rariſſime infundibuliformis. *Cor.* 5 — petala, vnguibus ſtaminiferis. *Sem.* 1, nudum, ouatum, nitens, intra perianthium perſiſtens.

β) *Calyce 5 — phyllo. Flores inferi.*

157. *Linum* *Cal.* 5 — phyllus, paruus, acutus. *Cor.* 5 — petala, infundibuliformis. *Capſ.* globoſa, 5 — valuis, 8 — vel 10 — locularis. *Sem.* ſolitaria, ouata, ſplendentia,

POLY-

POLYGYNIA.

* *Floribus ſimplicibus*, 5 — *petalis.*

Cal. 1 — phyllus, 5 — fidus. *Cor.* pet. 5, ſubrotundis, obtuſis, integerrimis. *Capſ.* 1 — locularis, apice 5 — valuis, polyſperma. 158. *Droſera.*

** *Calyce* 5 — *phyllo.*

Cor. 5 — phyllus, ſupra baſin adnatus. *Nectar.* 5 ligulata, petaliformia. *Recept.* longiſſimum. *Styl.* breuiſſimi aut nulli. *Sem.* numeroſa, oblonga. 159. *Myoſurus.*

B. FLORE MONOCLINO.

♂ *Cal.* 3 — ſ. 5 — phyllus, coloratus. *Cor.* o. *Stam.* 3 — ſ. 5. 160. *Amaranthus.*
♀ *Cal.* et *Cor.* vt in mare. *Styl.* 3. *Capſ.* 1 — locularis, 1 — ſperma, 3 — roſtris, horizontaliter dehiſcens.

C. FLORE DICLINO.

α) *Digynia.*

♂ *Cal.* 5 — partitus. *Cor.* o. *Anth.* 4 — gonae. 161. *Cannabis.*
♀ *Cal.* 1 — phyllus, integer, oblique patens. *Cor.* o. *Styl.* 2. *Nux* 2 — valuis, intra calycem clauſum.
♂ *Cal.* 5 — phyllus. *Cor.* o. *Filamenta* breuiſſima. 162 *Humulus.*
♀ *Cal.* 4 — phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2. *Sem.* 1, intra calycem folioſum, ſubrotundum.

β. *Tetragynia.*

♂ *Cal.* 1 — phyllus, 5 — partitus. *Cor.* o. 163. *Spinacia.*
♀ *Cal.* 4 — fidus, inaequalis, perſiſtens. *Cor.* o. *Styl.* 4. *Sem.* 1, intra calycem induratum.

D. FLORE POLYGAMOIDE.

164. *Atriplex.* ♂ *Cal.* 5 — phyllus, 5 — gonus, perſiſtens. *Cor.* o. *Stam.* 5. *Styl.* 2 — partiti. *Sem.* 1, orbiculatum, depreſſum, intra calycem.
♀ *Cal.* 2 — phyllus. *Cor. Styl. Sem.* hermaphroditi.

VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

a) *Flores calyculati, calyce corollaque inſtructi, bacciferi.*

165. *Berberis.* *Cal.* 6 — phyllus, inferus. *Cor.* Petal. 6, regularia ad baſin glandulis 2 nectariferis notata, ſubrotunda, obtuſa, integra. *Stigm.* capitatum. *Bacca* oblonga, 2 — ſperma.

b) *Flores ſpathacei. Calyce nullo.*

166. *Leucoium.* *Cor.* ſupera, campaniformis, 6 — partita, apicibus incraſſata. *Stam.* aequalia. *Stigm.* ſimplex.

167. *Galanthus.* *Cor.* ſupera 6 — petala; petalis 3 exterioribus oblongis, concauis, interioribus 3 minoribus, emarginatis. *Stigm.* ſimplex.

168. *Narciſſus.* *Spatha* propria. *Cor.* ſupera, 6 — petala, adhaerens. *Nectar.* infundibuliformi-campanulatum, 1 — phyllum, epicarpium. *Stam.* tubo nectarii inſerta. *Stigm.* ſimplex.

169. *Allium* *Cal.* proprius nullus. *Spath.* multiflora. *Cor.* infera, campanulata, 6 — petala. *Capſ.* 3 — gona, 3 — locularis, ſupera. *Sem.* ſubrotunda. *Petalis* ouato-lanceolatis ſeſſilibus. *Vmbella* congeſta. *Stam.* modo ſimpliciter

pliciter ſubulata, modo alternatim 3 — fida, aut in bulbos aut capſulas excreſcens.

Cor. 6 — partita, campanulata, epicarpia. *Stam.* longa, declinata. *Stigm.* 3 — gonum. 170 *Hemerocallis.*

c) *Flores nec perianthio, nec ſpatha inſtructi, nudi, inferi.*

Cor. infera, 6 — vel modo 4 — fida, mox campanulata, mox infundibuliformis vel rotata. *Bacc.* globoſa, 3 — locularis, 3 — vel polyſperma. *Sem.* ſolitaria. 171. *Convallaria.*

Cor. infera, 6 — petala, oblonga, obtuſa, patens. *Stigm.* 3 — gonum. Filamenta glabra aut hirſuta. *Capſ.* ouata, triſulca, 3 — locularis, polyſperma. 172. *Anthericum.*

Cor. infera, 6 — petala, ſtellaeformis, baſi erecta, ſupra medium patens. *Filam.* totidem ſubulata aut emarginata, alterna baſi dilatata. *Stigm.* obtuſum. *Capſ.* anguloſa, 3 — locularis, 3 — valuis. *Sem.* ſubrotunda. 173. *Ornithogalum.*

Cor. infera, 6 — petala, patens, decidua. *Filam.* fila referentia. *Stigm.* ſimplex. 174. *Scilla.*

Cor. 1 — petala, 6 — partita, campaniformis, erecta. *Stam.* filiforma petalis inſerta. *Styl.* breuiſſimus. *Stigm.* punctum prominens. *Bacc.* globoſa, 3 — locularis 6 — ſperma. 175. *Aſparagus*

Cor. infera, 6 — petala, campanulata. *Nectarium* fouea ſupra vngues cuiuslibet petali. *Stigm.* 3 — plex. 176 *Fritillaria.*

Cal. o. *Cor.* 6 — petala campanulata. *Petalis* erectis, ſaepe reflexis, baſi canaliculato-tubuloſis, barbatis aut nudis. *Stigm.* 3 — gonum. *Capſ.* 3 — locularis, 6 ſulcis exarata. *Sem.* plurima, plana. 177 *Lilium*

Cor. infera, 6 — petala, campanulata, decidua. *Styl.* o. *Stigm.* 3 — lobum. 178 *Tulipa*

d) *Flores in ſpadicem ſimplicem, nudum, congeſti.*

Cal. o. *Spad.* ex margine folii cylindricus, floſculis tectus. *Cor.* 6 — petala. *Petal.* obtuſa rhomboidea intus caua. *Styl.* o. *Stigm.* punctum prominens. *Capſ.* 3 — locularis, 3 — ſperma. 179 *Acorus*

e) *Flores apetali.*

180. *Iuncus* *Cal.* 5— phyllus, perſiſtens: foliolis lanceolatis. *Cor.* o. *Stigm.* 3, villoſa, inflexa. *Capſ.* ouata 1 — locularis, 3— valuis, triquetra, 3— aut polyſperma.

181. *Peplis* *Cal.* campanulatus, ore 12 — fido. *Cor.* o. *Styl.* 1, breuis. *Stigm.* capitatum. *Capſ.* ſubrotunda, 2— locularis, polyſperma.

TRIGYNIA.

182. *Colchicum.* *Cal.* ſpathacea, tubo longiſſimo. *Cor.* 1— petala, regularis, tubo radicato, 6 — partita. *Stigm.* canaliculata. *Capſ.* ouata, inflata, 3— locularis, polyſperma.

183. *Triglochin.* *Cal.* 3— phyllus. *Petal.* 3, calyciformia. *Styl.* o. *Stigm.* 3 ſ. 6. *Capſ.* 3 — aut 6 — locularis, baſi dehiſcens. *Sem.* 1 in quolibet loculamento.

184. *Rumex.* *Cal.* 3 — phyllus. *Cor.* 3— petala: petalis conniuentibus. *Styl.* 3 germini inſidentes. *Sem.* 1 triquetrum. *Flores* hermaphroditi aut diclini.

185. *Scheuchzeria.* *Cal.* 6— phyllus foliolis lanceolatis apice flaccidis, obtuſis. *Cor.* o. *Capſ.* 3—6 ſubrotundae, inflatae, 1 — ſpermae, apice dehiſcentes.

POLYGYNIA.

186. *Aliſma* *Cal.* 3 — phyllus perſiſtens. *Cor.* 3 — petala: petalis ſubrotundis, obtuſis, patentiſſimis. *Capſ.* 6, vel plurimae, polyſpermae.

B. FLORE STYLOSTEMONOIDE.

187. *Ariſtolochia.* *Cal.* o. *Cor.* 1— petala, baſi ventricoſa, tubo cylindraceo, 6 — gono, limbo lingulato, integro. *Styl.* o. *Piſt.* 6 — gynum. *Capſ.* 6 — locularis, infera, polyſperma. *Sem.* anguloſa, compreſſa.

VII.

VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

Cal. 7— phyllus. *Cor.* rotata 7— partita, aequalis, ſtellata. *Stigm.* capitatum. *Bacca* 1— locularis, ſicca, dehiſcens, ſtylo perſiſtente. 188. *Trientalis.*

Cal. 1— phyllus, 5— dentatus, ventricoſus. *Cor.* 4— vel 5— petala, inaequalis, calyci inſerta. *Capſ.* 3— locularis, 2 — ſperma. 189. *Aeſculus.*

VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

a) *Flores completi, ſuperi.*

Cor. 5 — petala, inaequalis. *Cal.* 5 — fidus, inferus, calcaratus. *Capſ.* 3— locularis, 1— ſperma. 190. *Tropaeolum.*

Cal. 5— fidus. *Cor.* 5— petala. *Styl.* 2— fidus. *Capſ.* 1—2— 1. 3—: ſpermae, alatae. 191. *Acer.*

Cal. 4— fidus, ſuperus: laciniis erectis corollatis. *Cor.* 4 — petala. *Stamina* cum ſtylo erecta aut declinata. *Capſ.* oblonga, linearis, 4— locularis, 4— valuis, polyſperma. *Sem.* pappoſa. 192. *Epilobium.*

Cal. 4- phyllus: foliolis lanceolatis reflexis, tubuloſus, deciduus. *Cor.* 4 — petala. *Capſ.* infera, 4 — locularis, 4 — valuis, polyſperma. *Sem.* angulata, nuda. 193. *Oenothera.*

Cal. 4— phyllus, ſuperus, breuiſſimus, truncatus. *Cor.* 1 — petala, ſubrotunda, vrceolata 5 — fida. *Filam.* 8—10, receptaculo inſerta. *Antherae* bicornes. *Bacca* globoſa, vmbilicata, quadrilocularis, polyſperma, 194. *Vaccinium.*

Cal.

195. *Schol-lera.* *Cal.* 4— fidus, ſuperus, breuiſſimus. *Cor.* 4— petala, regularis: laciniis reflexis. *Filamenta* 8, purpuraſcentia, conniuentia. *Antherae* flauae, 2— partitae, tubuloſae. *Stylus* cum *Stigmate* obtuſus. *Bacca* polyſperma.

196. *Erica.* *Cal.* 4— phyllus, coloratus. *Cor.* 1— petala, 4— fida, baſi ventricoſa. *Filamenta* capillaria, receptaculo inſerta. *Anth.* bifidae conniuentes. *Stigm.* capitatum, 4— gonum, 4— fidum. *Capſ.* ſubrotunda, 4— locularis, polyſperma.

b) *Flores incompleti, inferi.*

197. *Daph-ne.* *Cor.* 1— petala, 4— fida, regularis, infundibuliformis, limbo aequali. *Cal.* o. *Stam.* breuiſſima, incluſa. *Bacca* 1— locularis, 1— ſperma, carnoſa aut ſicca.

TRIGYNIA.

198. *Poly-gonum.* *Cal.* 5— partitus, coloratus, corollinus. *Cor.* o. *Staminum* numerus variabilis. *Sem.* 1, triquetrum, nudum.

TETRAGYNIA.

199. *Adoxa* *Cal.* 2— fidus, inferus, planus; foliolis ouatis obtuſiusculis. *Cor.* 1— petala, 4— aut 5— fida, laciniis ouatis, acutis, ſuperis. *Staminum* et *Stylorum* numerus variat. *Bacc.* globuloſa, 4—5— locularis inter calycem et corollam. *Sem.* ſolitaria.

200. *Paris.* *Cal.* 4— phyllus. *Cor.* 4— petala, perſiſtens, petalis ſubulatis fere ſetaceis. *Bacc.* 4— gona, 4— locularis, polyſperma.

201 *Elati-ne.* *Cal.* 4— 5— phyllus. *Cor.* 4— petala, ſubulata. *Capſ.* 4— locularis, 4— valuis, depreſſa.

B. FLORE DICLINO.

202. *Popu-lus.* ♂ *Amentum* commune cylindricum, laxe imbricatum ſquamis vnifloris, planis, margine laceris. *Cor.* o. *Nect.* turbinatum, tubulatum, obliquum, integrum. *Stam.* 8—16, breuiſſima. ♀ *Ament.*

♀ *Ament*. *Cal*. et *Cor*. maris. *Styl*. o. *Stigm*. 4—fidum. *Capſ*. ouata 2—locularis, 2—valuis, polyſperma. *Sem*. multa, papposa.

IX.

ENNEANDRIA.

HEXAGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

Cal. o. *Inuol*. 3—phyllum vmbellatum. *Cor*. 6—petala: alternis maioribus. *Capſ*. 6. polyſpermae. 203. *Butomus*.

B. FLORE DICLINO.

♂ *Cal*. 3—phyllus. *Cor*. o. *Stam*. 5—9, 10—15. *Antherae* didymae, globoſae. 204. *Mercurialis*.

♀ *Cal*. et *Cor*. maris. *Nect*. 2. ſubulata. *Styl*. 2, reflexi, hirſuti. *Capſ*. ſubrotunda, didyma, 2—locularis, 1—ſperma.

♂ *Spatha* 2—phylla, triflora. *Cal*. 3—fidus. *Cor*. 3—petala. *Stam*. 9—12. *Filamentis* 3 interioribus ſtyliformibus. 205. *Hydrocharis*.

♀ *Cal*. et *Cor*. vt in mare. *Styl*. 6. *Capſ*. 6—locularis coriacea, polyſperma, infra receptaculum. *Sem*. minutiſſima.

X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

A. ELORE HERMAPHRODITO.

a) *Floribus 5— petalis: Fructu 1— capſulari.*

α) *Calyce 1— phyllo.*

206. *Ruta.* *Cal.* 5— partitus. *Cor.* petala concaua. *Germ.* punctis 10 melliferis cinctum. *Capſ.* 5— fida, 5— locularis, polyſperma.

207 *Pyrola* *Cal.* 5— partitus, perſiſtens. *Cor.* 5— petala. *Filamenta* recta aut incuruata. *Antheris* bicornibus. *Stylus* rectus aut incuruatus. *Capſ.* 5— locularis, angulis dehiſcens, polyſperma.

208 *Ledum* *Cal.* 5— fidus, minimus. *Cor.* 5—partita, plana. *Capſ.* 5— locularis, polyſperma, baſi dehiſcens.

Floribus 5 — petalis: Fructu multicapſulari.

β) *Calyce 5— phyllo.*

209. *Monotropa.* *Cal.* corollinus, 10—phyllus; foliolis erectis, baſi excauatis, melliferis. *Cor.* o. *Capſ.* ouata 5— locularis, 5— valuis, polyſperma. *Semina* minima, ſetacea, inſtar farinae ſerratilis.

210. *Dictamnus.* *Cal.* 5— phyllus, tubuloſus, baſi nudus. *Cor.* 5— petala: Petalis inaequalibus, vnguiculatis. *Filam.* declinata, glandulis ornata. *Capſ.* 5, 1— loculares, 2— values, oblongae. *Sem.* arillata.

DIGYNIA.

a) *Flores apetali.*

211. *Scleranthus.* *Cal.* 1— phyllus, 5— fidus, perſiſtens. *Cor.* o. *Capſ.* ouata, tenuiſſima, in fundo calycis. *Sem.* 2, extrorſum, conuexa.

Cal. 5— fidus, coloratus, patens, laciniis ouatis. Cor. 0. Stam. 8— ſ. 10. Capſ. 1—locularis, bicornis, polyſperma. 212. *Chryſoſplenium.*

b) *Flores 5— petali, fructu vnicapſulari.*

Cal. 5— partitus, laciniis oblongis. Cor. 5— petala. Capſ. 1— locularis, biroſtris, polyſperma. 213. *Saxifraga*

Cal. 1— phyllus, 5— dentatus, campanulatus, ſtriatus. Pet. ouata, fere ſeſſilia. Capſ. ſubgloboſa, 1— locularis, 4— valuis, polyſperma. 214. *Gypſophila.*

Cal. 1— phyllus, 5— fidus, tuboloſus, baſi nudus. Cor. Petala 5, baſi denticulata, aut nuda, vnguibus longioribus. Capſ. longitudine calycis cylindraceo-ventricoſa, 1— locularis, polyſperma. 215. *Saponaria.*

Cal. 1— phyllus, cylindricus, longus, in 5— denticulos acutos diuiſus, ſtriatus, baſi 4 ſquamulis cinctus. Cor. Pet. 5 vnguiculata, obcordata, crenata. Capſ. cylindrica, 1— locularis, polyſperma. 216. *Dianthus.*

TRIGYNIA.

a) *Flores 5— petali, fructu 3— capſulari, calycibus monophyllis.*

Cal. 5—dentatus, inflatus, campaniformis. Cor. Pet. 5, bifida aut ſerrata, vnguiculata, ad faucem nuda vel denticulata. Capſ. 3— locularis, acuminata, polyſperma. Sem. reniformia. 217. *Cucubalus.*

Cal. 5— dentatus, clauatus, plus minnsue ventricoſus. Cor. Petala 5, ſaepe bifida, varia vnguibus inſtructa, denticulis ad faucem coronata. Capſ. cylindrica, 2— locularis. 218. *Silene.*

b) *Flores 5— petali, fructu 1— loculari, calycibus 5— phyllis.*

Cal. 5— phyllus, patens. Cor. 5— petala. Petalis regularibus, integris, obtuſis. Nect. 0. Capſ. ouata, 1— locularis, polyſperma. 219. *Arenaria*

Cal.

220. *Stellaria.* *Cal.* 5 — phyllus, patens. *Cor.* Petala 5, regularia, bifida, bipartita, patentia. *Styli* 3. *Capſ.* ouata, 1 — locularis, 6 — valuis, polyſperma.

PENTAGYNIA.

a) *Flores 5 — petali, fructu 3 — capſulari, calycibus 1 — phyllis.*

221. *Lychnis.* *Cal.* 1 — phyll. 5 — dentatus, ſubrotundus, inflatus. *Cor.* 5 — petala, vngue longitudine calycis, limbo plano, ſubbifido. *Capſ.* ſubouata, 5 — locularis, polyſperma.

b) *Fructu 1 — capſulari.*

222. *Agroſtemma.* *Cal.* 1 — phyll. 5 — dentatus, coriaceus. *Cor.* Petala 5, obuerſe ouata, obtuſa, integra aut emarginata, vnguilata. *Capſ.* oblongo-ouata, 1 — ſocularis, 5 — valvis, polyſperma.

c) *Fructu 1 — loculari, calycibus 5 — phyllis.*

223. *Spergula.* *Cal.* 5 — phyllus. *Cor.* Petala 5, regularia, obtuſa, integra. *Capſ.* ſubrotundo-ouata, 1 — locularis, 5 — valvis, polyſperma.

224. *Ceraſtium.* *Cal.* 5 — phyllus, patens. *Cor.* Petala 5, 2 — partita, regularia, calyce minora aut maiora. *Capſ.* obtuſa 1 — locularis, polyſperma, apice dehiſcens.

d) *Fructu 5 — capſulari, calycibus 1 — phyllis.*

225. *Oxalis* *Cal.* 1 — phyllus, 5 — partitus. *Cor.* 5 — petala, vnguibus cohaerens. *Capſ.* 5 — cuſpidata, 5 — gona, locularis. *Sem.* anguloſa.

e) *Fructu multicapſulari, calycibus 1 — phyllis.*

226. *Sedum* *Cal.* 1 — phyllus profunde 5 — partitus, acutus. *Cor.* Petala 5 lanceolata, aequalia. *Nect.* Squamae 5 ad baſin germinis. *Capſ.* plerumque 5, acuminatae, introrſum dehiſcentes, polyſpermae.

XI.

XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

Cal. 2 — phyllus, inferus. *Cor.* 5 — petala. Petalis obtuſis bifidis. *Stam.* 8 — 15. *Capſ.* 1 — locularis, polyſperma, circumſciſſa. *Stigmata* 6, Stylum longitudine aequantia. 227. ***Portulaca.***

Cal. 1 — phyllus cylindraceus, tubulatus, ſtriatus, 6 — 12 — dentatus: denticulis alternis minoribus. *Cor.* Petala 4 ſeu 6, calyci inſerta. *Capſ.* 2 — locularis, polyſperma. *Filamenta* 6 longiora, 6 breuiora calycem longitudinis aequantur, reliqua eminentia. — In *Lythro Hyſſopifolio* modo 6 Filamenta numerantur. 228. ***Lythrum.***

D I G Y N I A.

Cal. duplex, *internus* 5 — fidus, paruus, *externus* duobus foliolis mucronatis. *Pet.* 5 ſtellatim patentia. *Filamenta* plerumque 12 in noſtrate numeraui. *Styl.* 2. *Sem.* 1 ſ. 2, nuda in fundo calycis. 229. ***Agrimonia.***

T R I G Y N I A.

Cal. 1 — phyll. 4 ſ. 6 — fidus, laciniis anguſtis, perſiſtens. *Petala* inaequalia; alia integra, alia laciniata. *Nect.* glandula ſupremi petali. *Stam.* 11 — 16, ſ. plurima. *Styl.* 3 — 5. *Capſ.* 1 — locularis, apice hians. 230. ***Reſeda.***

Cal. 1 — phyllus ventricoſus rugoſus. *Pet.* 4 — ſ. 5 gibba, truncata. *Filam.* 12 et plura. *Styl.* 3. *Capſ.* ſubrotunda, tricocca, ſtylo elongato pendens. Omnes fere lacteſcunt. 231. ***Euphorbia.***

D O D E C A G Y N I A.

Cal. 12 — partitus, concauus, acutus. *Cor.* 12 — petala; petalis lanceolatis, concauis, acutis. *Capſ.* 12, compreſſae, breues, polyſpermae. 232. ***Semperuiuum.***

XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

a) *Floribus completis, ſuperis.*

233. *Phila- delphus.* *Cal.* 1 — phyllus, profunde 4 — partitus: laciniis ouato-acuminatis paſſim denticulatis. *Cor.* 4 — petala, regularis, rotato-campanulata. Petalis ouatis, integris, concauis. *Stam.* 24, thalamo ſemigloboſo haerentia. *Styl.* 4. *Capſ.* 4 — locularis, polyſperma.

b) *Floribus completis, inferis.*

234. *Pru- nus.* *Cal.* 1 — phyllus, 5 — fidus, inferus, laciniis concauis, obtuſis. *Cor.* 5 — petala. *Drup.* nucleo compreſſo 2-valui, integro.

235 *Amyg- dalus.* *Cal.* inferus, 5 — fidus. *Cor.* 5 — petala. *Drupa* nuce 2 — valui, foraminuloſá.

DIGYNIA.

236. *Cra- taegus.* *Cal.* 5 — fidus, ſuperus, concauus, patens. *Cor.* Pet 5 ſubrotunda, concaua. *Styl.* 2 — 3 — 5. *Bacc.* carnoſa, ſubrotunda, vmbilicata, 2 — ſperma.

TRIGYNIA.

237. *Sor- bus.* *Cal.* 5 — fidus, ſuperus. *Cor.* 5 — petala. *Bacc.* vmbilicata, 3 — ſperma.

PENTAGYNIA.

a) *Floribus completis, calycibus ſuperis.*

238 *Meſpi- lus.* *Cal.* 5 — fidus, ſuperus. *Cor.* 5 — petala. *Bacc.* vmbilicata, 5 ſ. 10 — ſperma.

Cal. 5— fidus, ſuperus. *Cor.* petalis 5 ſubrotundis. *Pomum* vmbilicatum 5— loculare, polyſpermum. 239. *Pyrus*

b) *Floribus completis, calycibus inferis.*

Cal. 1— phyllus, profunde 5— fidus, laciniis acutis. *Cor.* petalis 5 ſubrotundis. *Capſ.* plures oblongo-acuminatae, 2— values, polyſpermae. 240. *Spiraea.*

POLYGYNIA.

Cal. 1— phyllus, 5— fidus, vmbilicatus, carnoſus, collo coarctatus. *Cor.* 5— petala. *Filam.* plura ad nonaginta. *Sem.* plurima, lanugine obſeſſa intra calycem baccatum recondita. 241. *Roſa.*

Cal. 1- phyllus, 5— fidus, laciniis oblonge lanceolatis patentibus. *Cor.* petalis 5 obtuſis regularibus. *Bacca* compoſita ex acinis ſubrotundis, 1— locularibus, in capitulum collectis. 242. *Rubus*

Cal. 8— fidus, laciniis alternis minoribus. *Cor.* 4— petala; petalis obouatis obtuſis. *Sem.* 8 ſubrotunda, mutica, nuda, thalamo paruo exſucco affixa. 243. *Tormentilla.*

Cal. 1— phyllus, 10— fidus, laciniis alternis anguſtioribus. *Cor.* petalis 5. *Sem.* plurima, ouato-acuminata, receptaculo ouato, carnoſo, deciduo affixa. 244. *Fragaria.*

Cal. 1— phyllus, 10— fidus, laciniis alternis minoribus, reflexis. *Cor.* petalis 5 ſubrotundis. *Sem.* plurima, mutica, ſubrotunda, receptaculo exiguo non ſuccoſo immerſa. 245. *Potentilla.*

Cal. 1— phyllus, 10— fidus; laciniis minimis, linearibus. *Cor.* Petala 5 limbo ſubrotundo; vngue ſublongo anguſtato; *Sem.* plurima, hiſpida, caudata, plumoſa. 246. *Geum*

Cal. 10— fidus, coloratus, perſiſtens, laciniis alternis minoribus inferioribus. *Petala* 5 minima, acuminata. *Sem.* numeroſa, acuminata, Thalamum inedulem perſiſtentem tegentia. 247. *Comarum.*

XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

a) *Flores ſimplices, completi, 4— petali.*

248. *Papaver.* *Cal.* 2— phyllus, caducus, foliolis ouatis. *Styl.* o. *Stigm.* peltatum, planum, radiatum. *Capſ.* 1— locularis, rotundo-ouata, hiſpida aut glabra, receptaculis ſeminum diſtincta, ſtigmate coronata, foraminibus plurimis dehiſcens.

249. *Chelidonium.* *Cal.* 2— phyllus, foliolis ouatis, concauis, deciduis. *Styl.* o. *Stigm.* 2— fidum. *Siliq.* 1— locularis, 2— valuis, polyſperma, linearis.

250. *Actaea* *Cal.* 4— phyllus. *Cor.* 4— petala, caduca, germinis baſi inſerta. *Bacc.* 2— locularis, ſeminibus plurimis ſemiorbiculatis, diſticho poſitis, foeta.

b) *Flores 5— petali.*

251. *Ciſtus* *Cal.* 5— phyllus: foliol. 2 minoribus, 3 maioribus. *Capſ.* plerumque multilocularis, in noſtrate 1— locularis, triualuis, polyſperma.

252. *Tilia.* *Cal.* 5— partitus, deciduus. *Capſ.* globoſa, coriacea, 5— locularis, 5— valuis, baſi dehiſcens. *Sem.* 1 adoleſcens, reliqua 4 ſterilia.

c) *Flores polypetali.*

253. *Nymphaea.* *Cal.* 4 ſ. 5— phyllus: foliolis craſſis intus coloratis. *Cor.* polypetala; petalis 5— 20— 30 ornata. *Anth.* laterales. *Stigm.* peltatum, radiatum. *Bacc.* carnoſa, multilocularis: in *lutea* magis conica; in *alba* plus globoſa.

D I G Y N I A.

Cal. 5—phyllus. *Cor.* 5—petala. *Styl.* o. *Germ.* 2—5. 254. *Paco-*
Capſ. poly-ſperma, ſeminibus coloratis. *nia.*

T R I G Y N I A.

Cal. o. *Cor.* 5—petala, inaequalis. *Nectar.* 1—ſ. 2—255. *Del-*
phyllum, bifidum, ſeſſile, poſtice coronatum. *Cap.* *phinium.*
3, ſubulatae, 1—values. *Sem.* plura, angulata.

P E N T A G Y N I A.

Cal. o. *Cor.* 5—petala, aequalis. *Nectar.* 5, corniculata, 256. *Aqui-*
inter petala. *Capſ.* 5 cylindraceae, acuminatae, 1— *legia.*
values.

Cal. o. *Cor.* Petala regularis, obtuſa vel ſubrotun- 257. *Nigel-*
da, patentia, in anguſtum terminantia vnguem, ve- *la.*
noſa. *Nect.* 8 (LVDWIG); 5 (LINNAEVS); bilabiata, in-
tra corollam. *Capſ.* 5 l. 10. corniculatae, connexae,
polyſpermae.

P O L Y G Y N I A.

a) *Flores incompleti, calyce nullo.*

Cal. o. *Cor.* petalis 4 l. 5. *Nect.* o. *Sem.* plurima, cau- 258 *Clema*
data. *tis.*

Cal. o. *Cor.* petalis 4 ſ. 5. *Nect.* o. *Capſ.* 1—ſperma, 259. *Thali-*
ſtriata aut alata, non dehiſcentia, ecaudata, oblon- *ctrum.*
ga. *Sem.* plur. ſubmutica, nuda.

Cal. o. *Petala* 5, decidua. *Nect.* o. *Styl.* o. *Capſ.* plur. 260. *Caltha*
polyſpermae.

Cal. o, excepta *Hepatica*, 1—phyllus: foliolis 3—261. *Ane-*
concauis. *Cor.* 6—9—petala. *Nect.* o. *Sem.* plura, *mone.*
varia.

Cal. o. *Cor.* polypetala, decidua. *Nect.* plura, plana, 262. *Trol-*
baſi perforata. *Capſ.* plur. ouatae, 1—ſpermae. *lius.*

b) *Flores ſimplices, completi, calycibus inſtructi.*

263. *Ranunculus.* *Cal.* 5 — phyllus, caducus. *Pet.* 5 vngue porrecto ad ſinguli petali vnguem, inſtructis. *Styl.* o. *Sem.* plura, irregularia, nuda.

264. *Ficaria.* *Cal.* 3 — phyllus. *Cor.* polypetala. *Petalis* vngue nectarifero inſtructis.

265 *Adonis* *Cal.* 5 — phyllus. *Cor.* 5 — 8 — petala ſ. polypetala. *Nect.* o. *Styl.* o. *Sem.* plurima, angulata corticata.

B. FLORE THALAMOSTEMONOIDE.

266. *Arum.* *Cal.* ſpath. 1 — phylla, cuculata, colorata, perſiſtens. *Spadix* ſupra nudus, inferne piſtilliferus, medi ſtamineus. *Filam.* o. *Styl.* o. *Bacc.* polyſpermae, ſtiligerae, rotundae.

C. FLORE MONOCLINO.

267. *Sagittaria.* ♂ *Cal.* 3 — phyllus. *Cor.* petalis 3 ſubrotundis. *Stam.* 24 et plura.
♀ *Cal.* et *Cor.* Maris. *Styl.* multi, valde breues. *Sem.* plurima, oblonga, marginata.

268. *Ceratophyllum.* ♂ *Cal.* multipartitus. *Cor.* o *Stam.* 16 — 20. *Filamentis* breuiſſimis. *Antheris* in glomerem congeſtis.
♀ *Cal.* et *Cor.* Maris. *Styl.* o. *Sem.* 1, nudum.

26 *Myriophyllum.* ♂ *Cal.* 4 — phyllus, ſemi 4 — fidus. *Cor.* petalis 4 caducis. *Stam.* 8.
♀ *Cal.* 4 — phyllus. *Cor.* o. *Piſt.* 4. *Styl.* o. *Capſ.* 4, connatae, monoſpermae.

270. *Poterium.* ♂ *Cal.* 2 — 3 — 4 — phyllus coloratus. *Cor.* 4 — partita. *Stam.* 20 — 50.
♀ *Cal.* maris. *Cor.* 4 — partita, limbo reflexo notata. *Styl.* 2. *Stigm.* penicilliformia. *Bacc.* labio corollae indurato 2 — ſperma.

♂ *Ament.*

♂ *Ament.* ſubrotundum. *Cal.* 1— phyllus, plumoſus, 4—5— fidus. *Cor.* o. *Stam.* 4—8—12. 271. *Fagus.*

♀ *Ament.* *Cal.* et *Cor.* maris. *Styl.* 3. *Capſ.* muricata, 4— valuis. *Sem.* 2, carnoſa.

♂ *Cal.* 4—6— fidus. *Cor.* 10. *Ament.* laxum. *Stam.* 5—10. 272. *Quercus.*

♀ *Cal.* 1— phyllus, integerrimus, ſcaber. *Cor.* o. *Styl.* 2—5. *Nux* ouata, coriacea.

♂ *Ament.* imbricatum ſquamis 1 — floris. *Cor.* 6 — partita. *Stam.* 18 circiter. 273. *Iuglans.*

♀ Fl. congeſti. *Cal.* 4— fidus, inferus. *Cor.* 4 — partita. *Drupa* oualis, coriacea

♂ *Ament.* cylindricum: *ſquamis* 3 — fidis, 1 — floris, conſtans, imbricatum. *Cor.* o. *Stam.* 6 — 10 pluraque. 274. *Corylus.*

♀ *Cal.* 2 — phyll. margine lacerus. *Cor.* o. *Styl.* 2. *Nux* ouata, acuminata, 1 — ſperma.

♂ *Ament.* globoſum, ſubſquamoſum. *Cor.* vix manifeſta. *Anther.* filamentis circumnatae. 275. *Platanus.*

♀ *Ament.* vt in Mare. *Cor.* polypetala. *Styl.* 1. *Stigm.* recuruum. *Sem.* ſubrotunda, ſtylo mucronata, baſi pappoſa.

♂ *Cal.* Ament. cylindraceum, imbricatum: ſquamis ſuperne latioribus 1— floris, margine ciliatis. *Cor.* o. *Stam.* 8—20. 276. *Carpinus.*

♀ *Cal.* 6— fidus. *Cor.* vt in mare. *Germ.* 2, ouata intra ſingulam ſquamam. *Styl.* 2. *Nux* ouata, anguloſa, 1— ſperma, calyce excepta.

XIV.

DIDYNAMIA.

A. GYMNOSPERMAE.

a) *Flores verticillati. Calyces 5— fidi et multidentati.*

Cal. 5— dentatus, angulatus; aculeis terminatis. *Cor.* ringens: labio ſuperiori villoſo. *Anth.* polline ſeminali nitido adſperſae. 277. *Leonurus.*

278. *Glecoma.* *Cal.* cylindricus 5— fidus, ſtriatus, minimus. *Cor* compreſſa: labio ſuperiori erecto, ſemibifido; inferiori trifido, obtuſo. *Antherae* per paria in formem crucis conniuentes.

279. *Hyſſopus.* *Cal.* 5 – dentatus. *Cor.* ringens: labio ſuper. emarginato. *Stam.* recta, diſtantia.

280. *Mentha.* *Cal.* campanulatus, 5 – fidus. *Cor.* 4— fida, ſubaequalis: lacinia ſuperiore latiore emarginata. *Filam.* erecta, diſtantia.

281. *Lavandula.* *Cal.* 5— dentatus, ouatus, bractea ſuffultus. *Cor. Labium ſuperius* denticulis 2 approximatis. *Stam.* intra tubum corolla longioribus.

282. *Teucrium.* *Cal.* 1— phyllus, 5— fidus, acutus; denticulis 5 ſuperioribus maioribus. *Cor.* tubus breuis, fauce incuruata. *Lab. ſuperius* 0, *inferius* 5— fidum: laciniis ſuperioribus profunde bipartitis, dentatis. *Sem.* ſubrotunda.

283. *Aiuga* *Cal.* ſemi 5— fidus: denticulo ſuperiori minore. *Cor.* lab. ſuperius denticulis 2 approximatis, ſtaminibus breuioribus, *Sem.* 4 calyce conduntur.

284. *Betonica.* *Cal.* 5—dentatus, ariſtatus. *Cor. lab. ſuperiori* planiuſculo, tubo cylindraceo. *Sem.* 4 in fundo calycis.

285. *Lamium.* *Cal.* 1— phyllus, ſuperne patens, ariſtis 5 acutis. *Cor.* ringens: *lab. ſuperius* integrum, fornicatum; *infer.* bilobum; fauce vtrinque dente ſetaceo terminata.

286. *Pollichia.* *Cal.* 5— dentatus. *Cor. labium ſuperius* integrum, fornicatum, fauce dentibus deſtituta.

287. *Galeopſis.* *Cal.* 5— dentatus, denticulis ariſtatis. *Cor.* ringens. *Lab. ſuper.* fornicato, ſerrato: *inferiori* lacinia media crenato, fauce vtrinque denticulo cauo, obtuſiuſculo, emittente. *Sem.* bis 2— anguloſa.

288. *Stachys.* *Cal.* profunde 5— fidus; denticulis acutis in ſpinulas terminantibus. *Cor.* ringens. *Lab. ſuperius* fornicatum; *inferius* 3— fidum, lateribus reflexum. *Stam.* deflorata verſus latera inflexa. *Sem.* 4 ſubrotunda.

289. *Nepeta.* *Cal.* irregulariter 5— dentatus. *Cor.* ringens tubuloſa. *Lab. inferius* laciniis lateralibus reflexis; *media* concaua crenata. *Stam.* approximata. *Sem.* oblonga.

290. *Satureia.* *Per.* 5— dentatum. *Cor.* 5— fida, ſubaequalis. *Stam.* remota.

Cal.

Cal. poculiformis 5 — 10 — dentatus, 10 — ſtriatus. 291. *Ballota.*
Cor. ringens. *Labio ſuperiori* fornicato, integro crenato; *inferiori* 3 — fido,

Cal. tubulatus, 10 — ſtriatus, rigidus. *Cor.* ringens. 292. *Marrubium.*
Labium ſuperius erectum, lineare 2 — fidum. *Sem.* 4 — oblonga.

b) *Calyces bilabiati.*

Cal. breuis, cylindraceus, obtuſus, 2 — fidus, integerrimus, poſt floreſcentiam clauſus, ſquamula incumbente acutus. *Cor.* ringens, emarginata, tubus baſi inflexus. 293. *Scutellaria.*

Cal. 2 — fidus, faux villis clauſa. *Lab. ſuperius* 3 —; *inferius* 2 — dentatum: denticulis infimis rectioribus, ſupremis magis reflexis. 294. *Thymus.*

Cal. 2 — phyllus; ſubaequalis. *Cor.* laciniis ſubaequalibus. *Filamenta* bina baſi proceſſum emittentia. 295. *Ocymum.*

Cal. 1 — phyllus ſtriatus, 2 — labiatus: *labio ſuperiori* plano truncato; *inferiori* anguſtiori, erecto, ſemibifido. *Filam.* apice bifurcata, altero apice antherifera. *Sem.* bis 2 ſubrotunda. 296. *Prunella.*

Cal. 2 — 5 — fidus. *Strobilus* 4 — gonus, ſpicatus, calyces colligens. *Cor.* laciniis ſubaequalibus. 297. *Origanum.*

Cal. 2 — labiatus. *Lab. ſuperius* in denticulos 3; *inferius* in 2 fiſſum. *Inuolucr.* multiſetum aut lineare, calyces colligens et verticillis ſubiectum. 298. *Clinopodium.*

Cal. angulatus, ſcarioſus, 2 — labiatus, labio ſuperiore adſcendente. *Cor.* ringens, inaequalis: labii inferioris lacinia media obcordata. 299. *Meliſſa.*

B. ANGIOSPERMAE.

Flores ſimplices inaequales ſ. Perſonati.

α. *Calyces* 2 — *fidi.*

Capſ. 1 — locularis. *Cor.* ſubaequalis 4 — fida. *Glandula* ſub baſi germinis. 300. *Orobanche.*

β. Calyces 4 — fidi.

301. *La- thraea.* *Cal.* 4— fidus, amplus, villoſus. *Cor.* perſonata. *Gland.* ſub germine. *Capſ.* 1— locularis, elaſtica, polyſperma.

302. *Eu- phraſia.* *Cal.* 4— fidus, cylindricus. *Anth. inferiores* baſi ſemiſpinoſae. *Capſ.* 2— locularis, ouato-oblonga, polyſperma.

303. *Rhi- nanthus.* *Cal.* ventricoſus, compreſſus. *Cor. labium ſuperius* emarginatum vel tenue, proboſcidem elephantinam refeferens; *inferius* tribus laciniis. *Anth.* bifidae, hirſutae. *Capſ.* 2— locularis, obtuſa, compreſſa, polyſperma.

304. *Me- lampyrum.* *Cor.* perſonata. *Labio ſuperiori* compreſſo, margine replicato; *inferiori* 3— dentato; fauce aut aperta, aut tuberculis clauſa. *Capſ.* 2— locularis obliqua. *Sem.* 4 gibba.

γ. Calyces 5 — fidi.

305. *Limo- ſella.* *Cor.* campanulata, 5— fida, aequalis. *Capſ.* 1— locularis, 2— valuis, polyſperma.

306. *Scro- phularia.* *Cor.* ſubgloboſa, reſupinata, 5— fida. *Capſ.* 2— locularis, 2— valuis, ſubrotunda, acuminata, polyſperma.

307. *Digi- talis.* *Cal.* 5— partitus. *Cor.* campanulata, 5— fida, deorſum ventricoſa. *Stam.* declinata. *Capſ.* ouata, bilocularis.

308. *Antir- rhinum.* *Cor.* perſonata: baſi gibba ſ. calcarata, nectarifera. *Capſ.* 2— locularis, irregularis, polyſperma.

309. *Pedi- cularis.* *Cor.* perſonata: *Lab. ſuperiori* fornicato integro, obtuſo, inciſo, paſſim acuto, in roſtrum terminante; *inferiori* 2— partito; *medio* anguſtiore lacinia. *Capſ.* 2— locularis, obliqua, mucronata. *Sem.* tunicata, anguloſa.

XV.

XV.

TETRADYNAMIA.

A. SILICVLOSAE.

a) *Silicula apice integra.*

Cal. 4— phyllus. *Cor.* 4— petala, cruciata: *petalis* bifidis, integris aut emarginatis. *Silic.* ouali oblonga, polyſperma: valuulis planiuſculis, diſſepimento parallelis. *Styl.* o. *Sem.* ſubrotunda, plura. 310. *Draba.*

Silic. turbinata, ouata, valuulis concauis, ſtylo conico terminato, loculo vel polyſpermo. *Styl.* perſiſtens. *Sem.* ſubrotunda. *Cal.* 4— phyllus, fugax. *Cor.* paſſim patens. 311. *Myagrum.*

b) *Silicula apice emarginata.*

Sil. orbiculata, emarginata, polyſperma: valuulis nauicularibus carinatis. *Cor.* irregularis: *petal.* 2 *exterioribus* maioribus, 2 *interioribus* minoribus. 312. *Iberis*

In paſcuis ſiccis, ſabuloſis et collibus *am Gickerlingsberge*, ad viam *nach dem Geſundbrunnen zu*, ad *Templum St. Theclae*; ad viam verſus *Schönfeld* et in aliis elatioribus gramine veſtitis abunde. Fl. Iunio in Septembrem vsque. Perennis.

b) *Flores 5 — petali, inferi.*

157. LINVM. L. G. 419. Flachs. *Germ.* Flax. *Angl.* Lin. *Gall.*

* *Foliis alternis.*

445. *Linum* calycibus capſulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario. LINN. Syſt. p. 302. BOEHM. n. 361. BLACKW. t. 160. vſitatiſſimum.

Pharm. *Lini Satiui* Semina.

Gewöhnlicher-jähriger-wilder Flachs ſ. *Lein.* Germ. *Common cultivated Flax or Manured Flax.* Angl. *Lin d'uſage à filer.* Gall.

Ad verſuras et *in der Allee bei dem Weinnäpfchen*, paſſim porro in agris inter ſegetes; praeprimis autem a ruricolis colitur. Fl. Iun. Iul.

Vſus Oeconomicus notiſſimus. Ex oleo Lini incolae tractus Sibiriae circa *Newjanſk* parant *Vernicem*, quam variis vtenſilibus cupreis, ferreis ligneisque, vt vaſculis pro Thea, pateris etc. imponunt. Compoſitionem et methodum applicandi docuit Cel. *Pallas* *) Oleum Lini in praxi vſitatiſſimum.

** *Foliis oppoſitis.*

446. *Linum* foliis oppoſitis, ouato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. LINN. Syſt. p. 303. n. 19. BOEHM. catharticum

*) Vid. *Reiſe durch verſchiedene Provinzen des ruſſiſchen Reichs.* T. II. p. 187.

BOEHM. n. 362. BLACKW. tab. 368. *Fl. Dan.* tab. 851. SCKVHR. t. 87.

Pharm. *Lini Cathartici* Herba.

Purgirflachs; *Berglein*; *kleiner wilder Lein*; *kleiner Wieſenflachs*; *Leinkraut*. Germ. *Purging or Mountain Flax*. Angl. *Lin purgatif*. Gall.

In pratis montoſis pinguibusque *bei dem Bieniz*; in pratis *Schoenfeldicis*; *bei Schadebach*, *Kriphäne* et fere vbique. Fl. Iunio in Septembrem vsque. Sem. Sept. et Octobr. matura.

Infuſum herbae recentis cum vitriolo martis nigro inficit colore. Eſt planta valde amara aluum absque incommodo laxat.

Radiola. 447. *Linum* foliis oppoſitis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. LINN. Syſt. pag. 303. n. 20. SCHREB. Spicil. p. 28. n. 942. *Fl. Dan.* t. 178.

Viertheiliger ſ. *ſehr kleiner Flachs*; *kleinſtes Tauſendkorn*. Germ *Leaſt-Rupture-Wort, or All-Seed*. Angl. *Lin multiflore*. Gall.

In aruis et pratis ſabuloſis frequens, e. g. *auf dem Bieniz*, ad *Templum St. Theclae*; in agris arenoſis verſus *Schönfeld*. Fl. Iul. Aug Annua.

Obſ. Cal. 4— phyllus. Petala 4, erecta, exigua, obtuſa. *Stam.* 4. Antherae exiguae, ſubrotundae, flauae. Caulis erectus, vncialis altior, teres, filiformis. Folia oppoſita, ſeſſilia, ouata, acuminata, integerrima.

POLYGYNIA.

Floribus ſimplicibus 5— petalis.

α) Calyce 1 — phyllo.

158. Droſera. L. G. 421. Sonnenthau. *Germ.* Sundew. *Angl.*

rotundifolia 448. Droſera ſcapis radicatis, foliis orbiculatis. LINN. Syſt. p. 304. n. 3. BOEHM. n. 359. BLACKW. tab. 432. SCKVHR. t. 87.

Pharm.

Pharm. *Roris Solis* Herba.

Rundbl ttrichter Sonnenthau; *Sindau; Iungfernblüthe*; *unſers Herrgottslöffel*; *Bauernlöffelkraut*; *edler Wiederton.* Germ. *Common Roſa Solis, or Sun-Dew.* Angl. *Roſſolis à feuilles rondes.* Gall.

In pratis montoſis, vliginoſis inter *Muſcos*, e. g. *bei Schadebach* valde frequens: porro *um die Funkenburger Teiche* olim Cel. BOEHMERVS detexit. Fl. Iul. Aug. Perennis.

Obſ. Cal 1— phyllus 5— fidus, glaber. *Stam.* 5. Styli 6 — paſſim 7 — 8. Stigmata ſubrotunda, alba. Germen ouatum. Capſulae 6—8— locularis. *Sem.* plurima, cylindrica, glabra, membranula retiformi incluſa. Caulis erectus, ſimplex, teres, nudus, ex rufo-rubellus, ſplendens, ſpicam ramoſam gerens. Spica ſecunda, apice incurua 16 —20 floribus inſtructa. Folia radicalia in ceſpitem congeruntur, inferne glabra, ſuperne et margine pilis rubicundis quaſi rore adſperſis obſeſſa.

Vſ. Herba ouibus obnoxia. Planta valde acris, veſicans, ſuccum exſudans, verrucas tollere dicitur.

449. *Droſera* foliis oblongo-ouatis, ſcapis radicatis. LINN. Syſt. pag. 304. n. 4. BOEHM. n. 360. SCKVHR. tab. 87. longifolia.

Langblättrichter Sonnenthau; kleiner Sonnenthau; *Herrnlöffelkraut.* Germ. *Long-leaved Roſa Solis.* Angl. *Roſſolis à feuilles longées.* Gall.

In iisdem locis cum priori paſſim reperitur. Fl. Iul. Aug. Perennis.

Obſ. A priori differt: Caule breuiori, foliis obverſe lanceolatis, obtuſis, multo longioribus; pericarpio breuiori et craſſiori; germine angulato, ſtigmate 2—3— dentato. Reliqua cum priori conuenientia.

Vſ. Folia vtriusque ſemper humiditate madentia homines ſuperſtitioſi collignnt ad varias artes magicas.

β) *Ca-*

β) Calyce 5—phyllo.

159. MYOSVRVS. L. G. 426. Mäuſeſchwanz. *Germ.* Mouſe-Tail. *Angl.*

minimus. 450. *Myoſurus* foliis integerrimis, linearibus. LINN. Syſt. pag. 308. BOEHM. n. 420. *Fl. Dan.* tab. 406. SCKVHR. t. 88.

Kleinſter Mäuſeſchwanz; Mäuſeſchwänzchen; Mäuſegras; Herrnzippel; Kümmelzellen. Germ. *Small Mouſe-Tail,* Angl. *Queue de Souris.* Gall.

In agris arenoſis *bei Stötteritz; Probſtheide; Meisdorf etc.* porro *auf dem Streitdamme* et in muris vbique. Fl. Maio Iun. Annua.

B. FLORE MONOCLINO.

160. AMARANTHVS. L. G. 1157. Tauſendſchön. *Germ.* Amaranth, or Flower-Gentle. *Angl.* Amarante. *Gall.*

Blitum. 451. *Amaranthus* glomerulis lateralibus, floribus trifidis, foliis ouatis, retuſis, caule diffuſo. LINN. Syſt. p. 854. n. 11. BOEHM. n. 684.

Mayerartiges Tauſendſchön; kleiner Mayer; Mayeramaranth; Mayerkahnenkamm; wilde Melde. Germ. *Leaſt, or Small white Blight; Strawberry-Spinach.* Angl. *Blette commune; Blette d'Europe.* Gall.

Ad ſepes *vor dem Peterstkore, bei Lindenau etc.* et inter olera in hortis cultisque frequens. Fl. Iul. Aug. Perennis.

Obſ. Radix valde repens ruricolis inuiſa. Folia olerum ad inſtar edunt pauperes. Semina more milii coquuntur.

C. FLORE

C. FLORE DICLINO.

161. CANNABIS. L. G. 1220. Hanf. *Germ.* Hemp-Plant. *Angl.* Chanvre. *Gall.*

452. *Cannabis* foliis digitatis. LINN. Syſt. pag. 886. BOEHM. n. 704. BLACKW. tab. 322. a. *Fem.* et 322. b. *Maſc.* ſatiua.

Cannabis erratica. ⎫
Cannabis ſatiua. ⎭ C. B. P. p. 320.

Pharm. *Cannabis* Semina.

Gemeiner ſ. *wilder Hanf*; *mein Fimmel; tauber Hanf*; *grüner* ſ. *ſp. ter Hanf; Büſtling.* Germ. *Male or Femal Hemp.* Angl. *Chanvre mâle et femelle; Chenevis cultivée.* Gall.

In agris inter ſegetes paſſim; maxime autem in agris hortisque culta. Fl. Iul. Annua.

Obſ. Seminibus pleraeque auicolae veſcuntur, pingueſcunt et bene ſe habent; qua de re nullam qualitatem narcoticam retinere poſſunt. Poloni ex ſeminum farina praeparare ſolent pultes, quas lubenter commedunt. KAEMPF. Perſae olim putarunt, haec ſemina, fricta et commeſta, venerem valde ſtimulare ſimulque ſterilitatem inducere. OLEARIVS. Folia et pollen in Perſia totaque India vi narcotica gaudent et laetitiam inducunt. Noſtra autem Cannabis odorem ſpargit mitiorem narcoticum.

Vſ. Oeconomicus, vt *Lini*, et ad funes, vela aliaque lintea vtilis.

162. HVMVLVS. L. G. 1221. Hopfen. *Germ.* Hop-Plant. *Angl.* Houblon. *Gall.*

453. *Humulus.* LINN. Syſt. pag. 886. BOEHM. n. 703. Lupulus.
Cannabis Lupulus Scop. Carn. II. p. 263. n. 1219.

Lupulus mas. ⎫
Lupulus femina. ⎭ C. B. P. p. 298.

Pharm. *Lupuli* Radix, Turiones, Coni ſ. Strobuli.

Ge-

Gemeiner Hopfen; wilder Hopfen; Strauch-Buſch-Waldhopfen. Germ. *Wild Hops; Hop Male and Female.* Angl. *Houblon mâle et femelle; Houblon vulgaire.* Gall.

In ſepibus et dumetis *ſeitwärts Lindenau* ad piſcinam verſus *Leutſch*, ad ſepes *hinter dem Thonberge*; et circa plurimos pagos; in nemoribus quoque, e. g. *im Roſenthale* et alibi copioſiſſime. Fl. Iul. Aug. Pl. paraſitica.

Obſ. Cal. maris 5—fidus. *Flores* maris alares, racemoſi, albidi. Cor. 0. Antherae 5. Stipulae 2 – 4, cordatae, bifidae. Caules longi, ſcandentes et ſe conuoluentes, anguloſi, aculeis ornati, minutiſſimi. Folia oppoſita, petiolata, 3—5— loba, cordata, ſcabra, ſerrata.

Vſ. Topiariis ad ambulacra viua. *Turiones* primo vere prorumpentes Aſparagi loco, quos ad lautitiam magnates edere ſolent adhibentur, ſapidi grata amaritie. Coni exſiccati omni cereuiſiae imponuntur, quibus hae ab acore praeſeruantur. Caules aqua macerati, in filamenta, ſicuti *Cannabis*, a ſe inuicem ſeparari poſſunt.

163. SPINACIA. L. G. 1217. Spinat. *Germ.* Spinach. *Angl.* Epinard. *Gall.*

oleracea. 454. *Spinacia* fructibus ſeſſilibus. LINN. Syſt. pag. 886. BOEHM. n. 705. SCHOLL. Barb. p. 304. n. 150.

Pharm. *Spinaciae* Herba recens.

Kohlartiger Spinat; Spinat; Gartenſpinat; Grünkraut. Germ. *Prikly, or Seeded Spinach.* Angl. *Epinard commun, cultivé ou mâle.* Gall.

In hortis oleraceis et agris inter ſegetes *bei Sellerhauſen, Stötteritz*, et alibi paſſim mihi occurrit. Fl. aeſtate. Annua.

Obſ. Patria vero huius nondum nota eſt. Caeterum herba olus vernale vſitatiſſimum et ſaluberrimum. Nonnulli oeconomi folia huius viridia, coelo ſereno colligentes in furno tepido, ſeu in aëre ſicco, lente torrefaciunt atque in vſum hyemalem ſic conſeruare ſolent.

D. FLORE

D. FLORE POLYGAMOIDE.

164. ATRIPLEX. L. G. 1260. Melde. *Germ.* Orach. *Angl.* Arroche. *Gall.*

455. * *Atriplex* caule herbaceo, foliis incanis, ſerratis, fructibus quadrangularibus, dentatis. LINN. Syſt. p. 909. n. 3. roſea.

Atriplex ſylueſtris, fructu roſeo compreſſo. C. B. p. 119.

Roſenrothe Melde. Germ.

In ruderatis ad pagum *Ketſchau* et alibi frequens. Fl. Iul. Aug.

456. *Atriplex* caule erecto herbaceo, foliis triangularibus. LINN. Syſt. p. 909. n. 7. BOEHM. n. 556. BLACKW. tab. 99. hortenſis.

Var. β) A. tota ſanguinea.

Pharm. *Atriplicis Satiuae* Herba.

Gartenmelde; weiſſe Gartenmelde; Zuckermelde; zahme Melde. β) *blutrothe Gartenmelde.* Germ. *Gardin Orach; white Drache;* β) *Red Garden Orach.* Angl. *Arroche cultivée, ou des jardins;* Bonne *Dame; Follete des jardins;* β) *Arroche rouge.* Gall.

In ruderatis prope hortos oleraceos et ad pagos, maxime autem cum var. β) in hortis ipſis oleraceis frequenter occurrit. Fl. Iul. Aug. Annua.

Vſ. In culinis coquuntur folia tempore aeſtiuo cum Cerefolio, Allio fiſtuloſo, carnibus, in iuſculum oleraceum ſpiſſum.

457. *Atriplex* caule herbaceo, foliis deltoidibus dentatis, ſubtus argenteis. LINN. Syſt. p. 909. n. 8. BOEHM. n. 555. laciniata.

Getheilte ſ. *geſchlitzte Melde.* Germ. *Jagged Orach.* Angl.

In locis ſterilioribus, *in der Allee*, *in der Sangrube* paſſim; in hortis oleraceis et ad Salinas *Ketſchauienſes etc.* Fl. Iul. Aug. Annua.

458. *Atriplex* caule herbaceo, calycinis valuulis femineis magnis deltoidibus, ſinuatis. LINN. Syſt. p. 909. n. 9. BOEHM. n. 554. haſtata.

Spieß-

Spießblättrige ſ. ſpontonartige Melde. Germ. *Wild Orach.* Angl. *Arroche haſtée.* Gall.

In ruderatis, cultis et circa pagos ad ſepes frequens. Fl. Iul. Aug.

patula. 459.* *Atriplex* caule herbaceo patulo; foliis ſubdeltoideo-lanceolatis; calycibus ſeminum diſco dentatis. LINN. Syſt. p. 900. n. 10.

Atriplex anguſto oblongo folio. C. B. P. p. 219.

Weit ausgebreitete Melde. Germ. *Narrow-leaved Orach.* Angl. *Arroche étalée.* Gall.

In ruderatis, fimetis et hortis inter Olera et ad vias ſepesque haud infrequens. Fl. Iul. Aug. Annua.

CLAS-

Claſſis VI.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

a) *Flores calyculati, calyce corollaque inſtructi, bacciferi.*

165. BERBERIS. L. G. 476. Sauerdorn; Sauerrach. *Germ.* Barberry. *Angl.* Epine Vinette. *Gall.*

460. B*erberis* pedunculis racemoſis, ſpinis triplicibus, foliis ciliatis. LINN. Syſt. pag. 343. SERT. Lipſ. n. 10. BLACKW. tab. 165. MILL. t. 63. KERN. p. 100. t. 169. vulgaris.

Berberis dumetorum. MILL. Fig. tab. 63. DVHAM. Arb. I. p. 97. t. 38.

Pharm. *Berberidis* Cortex, Baccae, Semen.

Gemeiner Sauerrach ſ. *Sauerdorn*; *Berberizendorn*; *Berbisbeeren; Eſſigdorn.* Germ. *Common Barberry, or Stipe redgebuſch.* Angl. *l'Epine-Vinette* Gall.

In ſepibus et dumetis vulgaris, paſſim etiam *in der Allee vor dem grimmiſchen Thore* nunc plantata, et in multis hortis. Fl. Mai. Iun. Frutex.

Vſ. Baccae pro acetariis colliguntur. Cortex radicis inficit coria flauo colore apud Polonos: et lixivio maceratus luteo tingit colore. Succus baccarum citri loco ad potum ſic dictum *Puntſch.* inſeruit. Ligno duro tornatores vtuntur. In culinis ſuccus *Berberidis* vſualis.

M b) *Flo-*

b) *Flores ſpathacei. Calyce nullo.*

166. LEVCOIVM. L. G. 434. Knotenblume. *Germ.* Great Snowdrop. *Angl.* Perce-neige. *Gall.*

vernum. 461. *Leucoium* ſpatha vniflora, ſtylo clauato. LINN. Syſt. p. 316. BOEHM. n. 528. JACQ. Flor. Auſtr. V. 4. t. 312. SCKVHR. t. 89.

Frühlingsknotenblume; weiſſe Märzblume; Schneeglöckchen. Germ. *Vernal Great Snow-Drop.* Angl. *Perce-neige.* Gall.

In ſyluis copioſe *im Roſenthale etc.* Fl. Febr. Mart. Perennis.

Vſ. Rad. interne aſſumta vomitum excitat.

167. * GALANTHVS. L. G. 433. Schneeblume ſ. Schneetropf. *Germ.* Daffodill. *Angl.*

niualis. 462. * *Galanthus* vniflorus, petalis alternis, cordatis, breuioribus. HALL. Helvet. n. 1251. LINN. Syſt. pag. 316. JACQ. Flor. Auſtr. 330. V. 4. tab. 313. SCKVHR. 89.

Schneeblume; Schneetröpfchen. Germ. *Snow-Drop.* Angl.

In hortis ad ſepes vbique ſponte creſcit. Fl. Febr. Mart. Perennis.

168. * NARCISSVS. L. G. 435. Narciſſe. *Germ.* Daffodil. *Angl.* Narciſſe. *Gall.*

poëticus. 463. * *Narciſſus* ſpatha vniflora, nectario rotato breviſſimo ſcarioſo crenulato. LINN. Syſt. p. 316. n. 1.

Narciſſus albus, circulo purpureo. C. B. P. pag. 48.

β) Narciſſus medio purpureo multiplex. Id. pag. 54.

Dichter Narciſſe; gemeine ſ. *weiſſe Narciſſe.* Germ. *Poetic Daffodil.* Angl. *Narciſſe des Poëtes.* Gall.

Habitat in Gallia Narbonenſi, Italia et Germania: In hortis noſtratibus maxime colitur. Fl. Mai. Iun. Perennis.

464.

464. * *Narciſſus* ſpatha vniflora, nectario campanulato, erecto, criſpo aequante petala ouata. LINN. Syſt. p. 31-. n. 2. pſeudo-Narciſſus.

Narciſſus luteus ſylueſtris, duplici ſ. triplici tubo aureo. C. B. P. p. 54.

β. Narciſſus flore pleno. *Cluſ.* Hiſt. 1. p. 50.

Unächte ſ. gemeine gelbe ſ. wilde gelbe Narciſſe. Germ. *Common Yellow Daffodil.* Angl. *Narciſſe ſauvage.* Gall.

Habitat in Galliae, Angliae, Italiae, Hiſpaniae et Germaniae nemoribus maritimisque: Apud nos valde vulgaris in hortis ruſticanis et fere omnibus ſuburbanis. Fl. Aprili et Maio. Rad. bulboſa perennis.

169. ALLIVM. L. G. 442. Lauch; Knoblauch. *Germ.* Garlick. *Angl.* Ail. *Gall.*

* *Folia caulina plana. Vmbella capſulifera.*

465. *Allium* caule planifolio vmbellifero, ſtaminibus tricuſpidatis, radice tunicata. LINN. Syſt. p. 321. n. 2. Eiusd. Hort. Vpſ. p. 77. n. 4. Porrum.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis gramineis, floribus ſphaerice congeſtis, radice tunicata, caule acuminato. HALL. Opuſc. p. 348. n. 7.

Pharm. *Porri* Semina.

Lauch ſ. Porrey. Germ. *Common Leek.* Angl. *Porreau, ou Poireau.* Gall.

In ſyluis ſicciorihus et arenoſis rariſſime *im Bieniz* anno 1788. vidi; in hortis autem oleraceis cultum frequentius. Fl. Iun. Iul.

Vſ. Decoctum Porri olim laudatur in calculis. Vſus praeprimis culinaris.

** *Folia caulina plana. Vmbella bulbifera.*

466. *Allium* caule planifolio bulbifero, bulbo compoſito, ſtaminibus tricuſpidatis. LINN. Syſt. pag. 322. n. 12. ſatiuum.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis gramineis, capite bulbifero, radicibus in vnum bulbum congruenti-

 bus,

bus. HALL. Opuſc. p. 331. n. X. Ei. Helv. II. p. 4. t. 15. f. 9.

Pharm. *Allii* Radix.

Gemeiner ſ. *zahmer Knoblauch.* Germ. *Common Garlic*. Angl. *Ail vulgaire* Gall.

In hortis et agris oleraceis Lipſiae confinibus copioſe. Fl. Iun. Iul.

Vſ. Nautis maxime prodeſt hoc allium. *Bergius* quoque vidit plures eodem curatos, quos Quartana vexauerat. Galinis ſaluberrimum eſt et a Pauonibus maxime expetitum. *Bergius.*

Scorodopraſum. 467. *Allium* caule planifolio, bulbifero, foliis crenulatis, vaginis ancipitibus, ſtaminibus tricuſpidatis. LINN. Syſt. p. 322. n. 13. SCHREB. Spicil. pag. 38. n. 958.

Allium ſtaminibus alterne trifidis, capite bulbifero, ſcapo ante maturitatem contorto. HALL. — 2.

Graslauch; *Rockenbollen*; *Schlangenlauch*; *Feldknoblauch.* Germ. *Rocambole.* Angl. *Ail Rocambole.* Gall.

In ſyluis, *im Roſenthale*; *Kanitſch*; in pratis *an der alten Pleiſe*, etiam *in der Scheibe.* Flor. Iun. Iul.

Obſ. Corollae purpureae. Stamina pallida. Spatha enſiformis. Odor et ſapor paulo mitior Allio ſatiuo, ſed quoad vires cum priori conuenit; in condimenta ciborum ingreditur bulbus. Lac autem et butyrum inficit. In *Gothlandia* et *Oelandia* inter olera coquenda vſurpatur.

carinatum. 468. *Allium* caule planifolio, bulbifero, ſtaminibus ſubulatis. LINN. Syſt. p. 322. n. 15. SCHREB. Spicil. p. p. 37. n. 957.

Allium inodorum, vmbella bulbifera, vagina bicorni, foliis carinatis. HALL. Opuſcul. p. 391. n. 27. f. 2.

Berg-Waldknoblauch; *wilder Knoblauch*; *Wald-Bergzwiebel*; *Bergſchnittlauch*; *wilder Schnittlauch*; *geſchmackloſer Lauch.* Germ. *Carinated-leaved Garlick.* Angl.

In

In ſylvaticis montoſis, in colle ad *Markleberg* inter virgulta ad viam cauam, in horto *Boſiano* paſſim. Fl. Iul. Aug.

Obſ. Odor plantae tritae, omnibus ſpeciebus mitior et quaſi rapaceus; in foliis omnino nullus odor.

*** *Folia caulina teretia. Vmbella capſulifera.*

469. *Allium* caule teretifolio, bulbifero, ſtaminibus tricuſpidatis. LINN. Syſt. p. 322. n. 23. HALL. Helvet. n. 1221. Eiusd. Opuſc. p. 338. n. 4. BOEHM. n. 530. vineale.

Weinlauch; Hundslauch; Hunds ſ. rother Knoblauch; Ackerknoblauch. Germ. *Crow Garlick.* Angl. *Ail des vignes.* Gall.

In ſyluis humidioribus, e. g. *im Zſchocherſchen-Scheuditzer - Gonnewitzer - Gautzſcher - Holze, in dem Holze hinter Nötzſch an der Prellheide etc.* porro in dumetis inter prata *der Funkenburg und der Ziegelſcheune* copioſe; *bei Lindenau* et in agris, pratis paſſim; in vineto *bei Plauſig* et in vineis dictis poſt *Taucham* verſus montem *Minneberg* dictum etc. Fl. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. Pabulum vaccis et cibus alaudarum Lipſienſium. Lac et butyrum ingrato alliaceo colore inficit.

470. *Allium* caule teretifolio, bulbifero, foliis ſcabris, ſemiteretibus, ſubtus ſulcatis, ſtaminibus ſimplicibus. LINN. Syſt. p. 323. n. 24. SCHREB. Spicil. p. 37. n. 530. HALL. Opuſc. p. 387. n. 26. Tab. I. oleraceum.

Kohlartiger Knoblauch; Kohlknoblauch; Gemüslauch. Germ. *Wild Garlick.* Angl. *Ail Sauvage ou verdâtre.* Gall.

In pratis *an der alten Pleiſe* inter virgulta etc. Flor. Iul. Aug.

Obſ. Caulis 2—3— pedalis, laeuis. Spatha biphylla, oblonga ſubulata. Folia caua.

Vſ. Tempore vernali pro olere in regionibus nonnullis colligitur.

471. * *Allium* ſcapo nudo tereti, foliis ſubulatis, vmbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis. LINN. Syſt. p. 323. n. 27. aſcalonicum

Cepa ſterilis. C. B. P. p. 72.

Aſcaloniſche Zwiebel; Schalotten; Eſchlauch; Eſchläuchel, Schalottenknoblauch ſ. *Zwiebel.* Germ. *Scallion or Eſcallion; Eſchalot.* Angl. *Ail de Paleſtine; Eſchalottes.* Gall.

Colitur vbique in hortis. Sponte creſcit in Palaeſtina. Fl. Aeſtate. Radix in culinis frequenter vſurpatur ad carnem ſapidiorem reddendam.

**** *Folia radicalia. Scapus nudus.*

Cepa. 472. *Allium* ſcapo nudo inferne ventricoſo longiore, foliis teretibus. LINN. Syſt. p. 323. n. 35. BOEHM. n. 532. HALL. Opuſc. p. 361. XXIV.

Var. α) Cepa vulgaris, floribus et tunicis purpuraſcentibus. } C. B. P. p. 71.

β) Cepa floribus et tunicis candidis. } C. B. P. p. 71.

Pharm. *Cepae* Radix.

Gemeine Zwiebel, gelbe, rothe ſ. *weiſſe Sommerzwiebel; Bollen; Zipollen.* Var. α) *gemeine rothe Zwiebel.* β) *Spazzwiebel; Steckzwiebel; weiſſe egyptiſche Zwiebel.* Germ. *Common Onion;* α) *Red Spaniſh Onion.* β) *White Egyptian Onion.* Angl. *Oignon rouge; Ciboulle.* Gall.

In hortis oleraceis aliisque maxime colitur. Flor. Iun. Iul.

Cepae vſus notiſſimus et valde frequens in culinis. Certe condimentum ſatis praeſtans. Conſervatur bene Cepa, ſi in ſalſugine maceratur et deinde in aceto vini coquitur.

fiſtuloſum. 473. *Allium* ſcapo nudo adaequante folia teretia ventricoſa. LINN. Syſt. p. 323. n. 38. HALL. Opuſc. p. 367. XXVII. BOEHM. n. 533.

Winterzwiebel; Scleiß ſ. *Spaltzwiebel; Schnittzwiebel; Walliſerzwiebel.* Germ. *Long or Welch Onion; Ciboule; St Omer Onion.* Angl. *Ail fiſtuleux; Ciboule année: Ciboule commune des jardins; Ciboule de St. Jacques; Oignette.* Gall.

In

In hortis vbique colitur. Flor. Aeſtate. Perennis.

Vſ. Bulbi huius tempore verno et aeſtiuo ſubſtituuntur ſaepe Cepae ſectili. Folia iuſculis oleraceis incoquuntur.

474. *Allium* ſcapo nudo, ancipiti; foliis linearibus, canaliculis, ſubtus ſubangulatis: vmbella faſtigiata. LINN. Syſt. p. 323. n. 30. HALL. Enum. p. 297. n. 1. Eiusd. Opuſc. p. 370. n. XXIX. BOEHM. n. 535. JACQ. Flor. Auſtr. V. 5. t. 423. angulóſum.

Wieſenlauch; eckichrer Lauch; kleiner Berglauch; kleines Narziſſenlauch. Germ. *Narciſſus-leaved-Garlick.* Angl. *Ail anguleux.* Gall.

In pratis humidis paſſim et in ſyluis, e. g. *im Zſchocherſchen Holze etc.* Fl. Iul. — Septembr. Perennis.

475. *Allium* ſcapo nudo, triquetro, foliis lanceolatis, petiolatis, vmbella faſtigiata. LINN. Syſt. p. 323. n. 33. BOEHM. n. 536. HALL. Helvet. n. 1228. Eiusd. Opuſc. p. 379. n. XXXII. *Fl. Dan.* t. 757. KERN. p. 111. t. 197. vrſinum.

Bärenlauch; Zigeuner ſ. *Waldknoblauch; Ramiſch; Ramſer; Ramſel; Ramper; Lachenknoblauch; Raniſch; Rinſen.* Germ. *Ramſon.* Angl. *Ail petiolé, ou d'ours; Ail des bois.* Gall.

In ſyluis copioſiſſime *im Roſenthale* et alibi. Flor. Mai. Iun. Perennis.

Sapor in lacte et butyro percipitur. Lithuanis pro panacea et theriaca eſſe fertur. Incolae Kamtſchatkae contra ſcorbutum adhibent herbam. Talpis muribusque hoc eſſe aduerſum fertur. Lac quidem vitiatur, ſi a vaccis paſcitur.

476. *Allium* ſcapo nudo adaequante, folia teretia, ſubulata, filiformia. LINN. Syſt. p. 324. n. 39. BOEHM. n. 534. SCKVHR. t. 91. Schoenopraſum.

Graslauch; Schnittlauch; Iohannislauch; Iacobslauch; Schnittzwiebel; Brislauch Germ. *Scallion; Eſcallion; Eſhalion; Cives.* Angl. *Ail Ciboulette vivace; Cive d'Angleterre.* Gall.

In pratis ſiccioribus et ad ſepes hortorum paſſim: in hortis vero frequentius. Flor. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. Embammatibus incoquitur ad varias piſcium ſpecies. Nonnulli crudum in particulis minimis conſciſſum edunt vna cum pernis ſuillis anſeribusque ſalitis.

170. * HEMEROCALLIS L. G. 467. Tagblume; Lilienaſſodil. *Germ.* Day-Lily. *Angl.* Hémerocalle. *Gall.*

flaua. 477. * *Hemerocallis* foliis lineari-ſubulatis carinatis, corollis flauis. LINN. Syſt. p. 339. n. 1. JACQ. Hort. V. 2. t. 139.

Lilium luteum, aſphodeli radice. C. B. P. pag. 80.

Var. β) Lilio-Aſphodelus luteus minor. *Tourn.* Inſt. 334.

Gelbe Aſſodillilie, Tagſchöne. Germ. *Day-Lily.* Angl. *Hémerocalle jaune.* Gall.

In hortis haud infrequens. Fl. Mai. Iun. Rad. tuberoſa, perennis.

Habitat proprie in pratis vliginoſis Hungariae et campis Sibiriae. Gaudet *Corolla* duplo minore flaua, *petalis* ad latera nec nudatis, nec venoſis, *ſtylo* incurvo, odore florum grato.

fulua. 478. * *Hemerocallis* foliis lineari-ſubulatis, carinatis, corollis fuluis. LINN. Syſt p. 339. n. 2.

Lilium rubrum Aſphodeli radice. C. B. P. p. 80.

Rothgelbe ſ. *feuergelbe Tagblume.* Germ. *Red Day-Lily.* Angl. *Hémerocalle ſafranée.*

In hortis fere vbique copioſe colitur. In China et Heluetia habitat. Fl. Iun. Rad. tuberoſa, perennis.

Obſ. Differt a priori: Corolla duplo maiore, floribus fuluis, petalis magis reflexo vndulatis venoſisque et habitu plantae multo maiore.

Quia flores in hac et priori ſpecie explicantur plerumque noctu et tempore meridiano praeterlapſo exareſcunt, hoc genus *Tagſchöne* germanice appellauit LINNAEVS, ab ἡμέρα, dies, et καλη, pulchra.

c) *Flo-*

c) *Flores nec perianthio nec ſpatha inſtructi, nudi, inferi.*

171. CONVALLARIA. L. G. 459. Zauken; Maiblume. *Germ.* Lily-convally. *Angl.* Muguet. *Gall.*

*) *Lilium Conuallium Tourn, Corollis campanulatis.*

479. *Conuallaria* ſcapo nudo. LINN. Syſt. pag. 334. BOEHM. n. 62 BLACKW. t. 70. *Fl Dan.* t. 854. maialis.

Pharm. *Lilii Conuallium* Flores.

Maiblümchen; *Springauf.* Germ. *Lilly of the Valley.* Angl. *Lis des vallées, ou Muguet des bois.* Gall.

In nemoroſis copioſe et multis hortis, *im Roſenthale*, ſylua Academica etc. Flor. Mai. Iun. Perennis.

Vſ. Capris, ouibus pabulum. Folia cum calce viridi tingunt colore durabili.

** *Polygonata. Tourn. Corollis infundibuliformibus.*

480. *Conuallaria* foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus, ſubunifloris. LINN. Syſt. p. 334. n. 5. BOEHM. n. 61. *Fl. Dan.* tab. 377. BLACKW. t. 251. Polygonatum.

Pharm. *Sigilli Salomonis* Radix.

Weiswurz; *Gelenkwurz*; *Schminkwurz*; *Salomonsſiegel.* Germ. *Common Solomons Seal.* Angl. *Sceau de Salomon.* Gall.

In ſyluis humidis *im Roſenthale*, *im Sommerfelder-Macherſchen Holze*, *in der Kämmerei*, *in dem Nörzſcher Holze etc.* in alneto ad *Schönfeld etc.* Fl. Mai. Iun. Perennis.

Vſ. Rad. annona vrgente pro pane, qui tunc fuſcus fit et ſapore ſubglutinoſo gaudet, inſeruit. Cosmeticis et medicamentis vulnerariis adſociatur.

multiflora. 481. * *Conuallaria* foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti; pedunculis axillaribus, multifloris. LINN. Syſt. p. 334. n. 7. *Fl. Dan.* tab. 192. BOEHM. n. 61. Var.

Polygonatum latifolium maximum. C B. P.

Vielblühende Zauken; Weiswurz. Germ. *Many-Flowered Solomons Seal.* Angl. *Grand Genouillet.* Gall.

In ſyluaticis, *im Roſenthale* et *im Walde* ad *Raſchwitz.* Fl. Iun. Iul. Perennis.

*** *Smilax. Tourn. Corollis rotatis.*

bifolia. 482. *Conuallaria* foliis cordatis, floribus triandris. LINN. Syſt. p. 335. n. 11. BOEHM. n. 256. *Fl. Dan.* t. 291.

Var. *Conuallaria* foliis ternis.

Zweiblättrige Zauken; Einblatt. Germ. *Two-leaved Convallaria or Leaſt Lily of Valley.* Angl. *Mugueret.* Gall.

In ſyluis, *im Univerſitäts- et Gunndorfer Holze; in der Kämmerei, in der Prellheide etc.* Var. etiam *im Univerſitätsholze* praeterito anno paſſim mihi occurrit. Fl. Mai. Iun. Perennis.

172. ANTHERICVM L. G. 435. Zaunblume; Spinnenkraut. *Germ.* Spiderwort. *Angl.*

ramoſum. 483. *Anthericum* foliis planis, ſcapo ramoſo; corollis planis, piſtillo erecto. LINN. Syſt. p. 330. n. 5. BOEHM. n. 526. JACQ. Flor. Auſtr. V. 2. t. 161

Weiſſer Wiederton; äſtiges Spinnenkraut. Germ. *Branching Spiderwort.* Angl. *Phalangère rameuſe; ou du petit Lis à hampe rameuſe.* Gall.

In montoſis ſyluaticis *im Bieniz am Berge.* Flor. Mai. Iun. Perennis.

Liliago. 484. *Anthericum* foliis planis, caule ſimpliciſſimo; corollis plani, piſtillo declinato. LINN. Syſt. p. 330. n. 6. SCHREB. p. 36. n. 526. *Fl. Dan.* t. 616.

Erd-

Erdſpinnenkraut; *Sandlilie.* Germ. *Single-ſtalked Spiderwort.* Angl. *Phalangère à epi, ou du petit Lis à hampe.* Gall.

In locis montoſis, *im Bieniz* copioſe. Flor. Mai. Iun. Perennis.

Obſ. Scapo ſimplici a priori diſtinguitur.

177. ORNITHOGALVM. L. G. Vogelmilch; Milchſtern. *Germ.* Bird's-Foot. *Angl.* Churle. *Gall.*

* *Staminibus omnibus ſubulatis.*

485. *Ornithogalum* ſcapo anguloſo, diphyllo, pedunculis vmbellatis ſimplicibus. LINN. Syſt. p. 327. n. 2. BOEHM. n. 524. *Fl. Dan.* t. 378. luteum.

Gelber Milchſtern; *Sternblume*; *Haferſchmirgel*; *Stern aus Bethlehem*; *Acherzwiebel; Feldzwiebel*; *Ziegenlauch.* Germ. *Dogs-onion, or Yellow Star of Betleheem.* Angl. *Ornitogale-jaune.* Gall.

In aruis humidis et ad ſyluarum margines *nach dem Roſenthale*; in pratis *hinter den Kohlgärten etc.* Fl. Mart. April. Perennis.

Obſ. Corollam Linnaei nihil aliud, quam Calycem eſſe, puto. Nam ſi connexum huius cum pedunculo conſiderare velimus, baſin foliorum cum eiusdem parenchymate arctam coniunctionem habere, obſeruabimus. Sic Perianthium ſexphyllum, perſiſtens et dupliciter coloratum: interna pagina flauo, externa viridi gaudet colore.

Vſ. In annonae caritate pro pane venditur. LINN. Amoenit. I. p. 518.

486. *Ornithogalum* ſcapo angulato, diphyllo; pedunculis vmbellatis, ramoſis. LINN. Syſt. pag. 327. n. 3. SCHREB. Spicileg. pag. 35. n. 527. b. *Fl. Dan.* tab. 612. minimum.

Kleinſter Haferſchmirgel. Germ. *Leaſt Yellow Star of Bethlehem.* Angl. *Ornitogale très-petit.* Gall.

In ſyluis, *im Roſenthale*; porro *auf der Milchinſel* et alibi cum praecedenti mixta creſcit. Flor. Aprili. Perennis.

Obſ.

Obſ. Parum differt a priori.

narbonenſe. 487. * *Ornithogalum* racemo oblongo, filamentis lanceolatis membranaceis, pedunculis floribus patentibus. LINN. Syſt. p. 327. n. 5.

Ornithogalum maius ſpicatum, flore albo. C. B. P. p. 70.

Narboniſcher Vogelſtern. Germ. *Spicked Star of Bethlehem white a white flower.* Angl. *Ornitogale de Narbonne.* Gall.

Habitat in Germaniae, Galliae et Italiae agris: apud nos paſſim in pomariis et hortis quaſi ſpontanea occurrit. Fl. Mai. Iun.

** *Staminibus alternis, emarginatis.*

vmbellatum. 488. *Ornithogalum* floribus corymboſis, pedunculis ſcapo altioribus; filamentis baſi dilatatis. LINN. Syſt. p. 328. n. 12. BOEHM. n. 525. JACQ. Flor. Auſtr. V. 4. t. 343. SCKVHR. t. 94.

Doldenartige Vogelmilch; *weiſſe Feldzwiebeln*; *Sternblümlein*; *Ackerzwiebel.* Germ. *Common Star of Bethlehem.* Angl. *Ornitogale à bouquet, ou Dame d'onze heures.* Gall.

In locis gramine veſtitis, *im Roſenthale auf den Wieſen hinter dem Lazarethe*, in Horto *Boſiano hinten bei der Mauer* et in aliis hortis paſſim. Fl. Mart.—Iun. Perennis.

Obſ. Scapus ſubteres, fiſtuloſus, glaber, viridis, inferiora verſus ex pallido in viridefcentem vergens. Vmbella in corymbum digeſta. Spatha minuta, in ſetam abiens. *Cor.* o. *Cal.* 6— phyllus: foliolis ſquamiformibus ſ. ouato-oblongis, intus albeſcentibus; tribus exterioribus paulo maioribus et dorſo viridibus, margine contra albidis. *Stam.* Filamenta ſubulata, glabra, tria emarginata. Antherae flauae. *Stigm.* 3 —quetrum, obtuſum, albeſcens. *Rad.* bulboſa ſolida, ex minoribus bulbis eminentibus componitur. *Fol.* 5—7 e radice faſculi ad inſtar egredientia baſique communiter in membranam coeuntia, omnia linearia, integerrima, laete viridia, extus conuexa, intus cana-

canaliculata, ſtria pallida ſecundum longitudinem ornata.

174. * SCILLA. L. G. 452. Meerwiebel ſ. Mäuſezwiebel. *Germ.*

489. *Scilla* floribus lateralibus alternis ſubnutantibus, ſcapo angulato. LINN. Syſt. p. 328. n. 5. JACQ. Flor. Auſtr. V. 3. t. 218. SCKVHR. t. 94. amoena.

Sternhyazinth-Meerzwiebel; ſchöne Scille. Germ. *Byzantine or Boraye-flowered Star Hyacinth.* Angl.

In horto *Boſiano* olim culta nunc ſpontanea, et in pomariis paſſim. Fl. Mai. Aprili. Perennis.

175. ASPARAGVS. L. G. 457. Spargel. *Germ.* Sperage. *Angl.* Aſperge. *Gall.*

490. *Aſparagus* caule herbaceo, tereti, erecto, foliis ſetaceis, ſtipulis paribus. LINN. Syſt. p. 332. BOEHM. n. 538. BLACKW. t. 332. *Fl. Dan.* t. 805. officinalis.

Pharm. *Aſparagi* Radix, Semina.

Gewöhnlicher l. *wilder Spargel; Wieſenſpargel; Waldſpargel; Aſpars; Korallenkraut.* Germ. *Wild Sperage.* Angl. *Aſperge ordinaire.* Gall.

In nemoribus paſſim, in pratis ad ſalinas *Ketſchavienſes*, in agris autem oloraceis, e. g. *in den Kohlgärten etc.* maxime colitur. Flor. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. Radix aperiens. Turiones in magna copia comeſi mictum cruentum producere poſſunt.

176. * FRITILLARIA. L. G. 444. Kronblume ſ. Kaiſerblume. *Germ.* Fritillary. *Angl.*

491. *Fritillaria* racemo comoſo inferne nudo, foliis integerrimis. LINN. Syſt. p. 324. n. 1. KNIPH. Cent. III. n. 39. Corona Imperialis.

Gewöhnliche Kaiſerkrone. Germ. *Crown Imperial.* Angl. *Couronne Imperiale.* Gall.

Obſ. Ex Oriente vnde Conſtantinopoli et inde in Europam reliquam tranſportata. Tota planta recens nauſeoſa, acris,

acris. Florum nectare dulci Turcae ad vomitum movendum, foeminae ad foetum excludendum, vtuntur. Apes hoc inebriantur.

177. LILIVM. L. G. 443. Lilien. *Germ.* Lily. *Angl.* Lis. *Gall.*

candidum. 492. * *Lilium* foliis ſparſis, corollis campanulatis: intus glabris. LINN. Syſt. p. 324. n. 1. BLACKW. t. 11.

Lilium album, flore erecto, vulgare. C. B. P. pag. 76.

Pharm. *Lilii Albi* Flores, Antherae.

Lilie; *gemeine ſ. weiſſe Lilie*. Germ. *Common white Lilly*. Angl. *Lis blanc*, *ou commun*. Gall.

In hortis et pomariis valde copioſe reperitur. Fl. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. Planta in Oriente proprie naſcitur, cuius flores odorem exhalant penetrantem, caput grauantem atque temulentiam inducentem. Rad. bulboſo-ſquamoſa.

bulbiferum. 493. * *Lilium* foliis ſparſis, corollis campanulatis erectis; intus ſcabris. LINN. Syſt. p. 324. n. 2. JACQ. Fl. Auſtr. V. 3. t. 226.

Lilium purpureo-croceum maius. C. B. P. p. 76.

Feuerlilie; *Goldlilie*; *goldgelbe Lilie*. Germ. *Orange or Red purple Lilly*. Angl. *Lis bulbifere ou aurangé*. Gall.

In hortis frequenter colitur; habitat autem in Iaponia, Italia, Auſtria, Sibiria et Germania.

Vſ. Radix bulboſo-ſquamoſa in Iaponia, Roſſia, Tataria etc. pro cibo inſeruit et ibidem *Saranna* appellatur.

Martagon. 494. *Lilium* foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis reuolutis. LINN. Syſt. pag. 324. BOEHM. n. 527. JACQ. Fl. Auſtr. V. 4. t. 351. KERN. p. 96. t. 161.

Pharm. *Aſphodeli* Radix.

Feldlilien; *Haidenlilien*; *Berglilien*; *wilde Goldwurz*; *türkiſcher Bund*. Germ. *Old Martagon*, *Turk's law*, *or Martagon Lily*. Angl. *Lis ſauvage*; *Martagon*. Gall.

In

In ſyluis montoſis et vmbroſis, *im Bieniz* paſſim ac in hortis. Fl. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. In Sibiria, teſte GMELINO, radix editur. In vino cocta menſes et vrinam promouet et etiam in dentitione difficiliore radix laudatur.

178. * TVLIPA. L. G. 448. Tulpe; Tulipane. *Germ.* Tulip. *Angl.* Tulipe. *Gall.*

495. * *Tulipa* flore ſubnutante, foliis lanceolatis. LINN. Syſt. p. 325. n. 1. *Fl. Dan.* t. 375. Sylueſtris.

Tulipa minor lutea Italia et Gallica. C. B. P. pag. 63.

Wilde wohlriechende ſ. *europäiſche Tulpe.* Germ. *Wild Tulip; Early Sweet-ſcented European Tulip.* Angl. *Tulipe ſauvage.* Gall.

In Italia, Gallia, Sibiria et nonnullis Germaniae regionibus ſponte creſcit; apud nos in hortis inter ſequentem occurrit et ob gratum odorem ab hortulanis maxime colitur. Fl. Maio et Iunio.

A ſequente differt: Caule altiore; foliis anguſtioribus; floris colore ſubtus vireſcente; petalis acutioribus; ſcapo verſus florem inflexo et ante floreſcentiam nutante; filamentis praeprimis baſi valde attenuatis et ſupra baſin hirſutis floreque magis odorifero LINN. *Calmuccos* bulboſam edere radicem refert PALLAS.

496. * *Tulipa* flore erecto, foliis ouato-lanceolatis. LINN. Syſt. p. 325. n. 2. Gesneriana.

Tulipa Turcarum. *Cord.* Hiſt. 213.

Gemeine ſ. *Gartentulpe; Tulipane.* Germ. *Common or Turkiſh Tulip.* Angl. *Tulipe des Jardiniers.* Gall.

In hortis fere omnibus valde vulgaris. Fl. Maio et Iunio.

E Cappadocia adlata circa annum 1559. In Roſſia quoque ſponte creſcit. Huius varietates innumerabiles et elegantiſſimae ornant Maio Curioſorum hortos.

Vſ. Bulbi cocti cum oleo pipereque adſumti ſapidi et ſalutares ſunt. *Parkinſ.*

d) *Flo-*

d) *Flores in ſpadicem ſimplicem, nudum congeſti.*

179. ACORVS. L. G. 468. Kalmus. *Germ.* Flag, or Ruſh. *Angl.*

Calamus. 497. *Acorus.* LINN. Syſt. p. 339. BOEHM. n. 571. GORZ. 288. c. fig. BLACKW. t. 455.

Pharm. *Calami Vulgaris* Radix.

Gemeiner oder Gewürzkalmus. Germ. *Sweet ſcanted Flag.* Angl. *Calamus aromatique; ou Jonc odorant.* Gall.

In ſtagnis et piſcinis vbique, *im Gerberwaſſer.* Fl. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. Radix reſoluens, ſtomachica. Cachectici abſtinere debent. Aſthmatici pituitoſi ea vti poſſunt. Rad. in puluerem redacta Aromatum indicorum ſuccedaneum eſſe poteſt. Rad. ſpiritui frumenti Sueciae incolae imponunt. LINN.

e) *Flores apetali.*

180. IVNCVS. L. G. 472. Binſen; Simſen. *Germ.* Jonc. *Gall.*

* *Culmis nudis.*

conglomeratus 498. *Iuncus* culmo nudo, ſtricto, capitulo laterali, floribus triandris, ouatis, obtuſis. LINN. Syſt. p. 340. n. 2. BOEHM. n. 578. LEERS n. 261. t. 13. f 1.

Kopfbimſen; glatte Bimſen; rundköpfige Bimſen; Rutſchen. Germ. *Jonc congloméré.* Gall.

In locis vliginoſis et ad ſcrobes, *hinter den Gerberwieſen,* ad piſcinam *bei Lindenau, Leutſch etc.* Flor. Iun. Iul. Perennis.

Obſ. Caul. 1—2 pedales, erecti, ſtricti, teretes, glabri. *Folia* rara. *Stamina* ſaepius 3, rariſſime 6 obſeruaui. *Semina* acutiuſcula, pallida.

Vſ. Corbibus maſſis aptus eiusque medulla ad ellychnia candelarum. Indicat ſolum ſubtus aquoſum.

499.

499. *Iuncus* culmo nudo, ſtricto, panicula laterali, laxa, floribus ouatis, obtuſis. LINN. Syſt. p. 340. n. 3. BOEHM. n. 577. LEERS n. 262. t. 13. f. 2. effuſus.

Flatterbinſen; *Flatter-Senden*; *Buſch-Krötegras*. Germ. *Jonc vulgaire*, *ou epars*. Gall.

In paludibus; iuxta ſepes circa plurimos pagos; ad vias vdas vbique et in iisdem locis cum priori copioſe. Fl. Iun. Iul. Perennis.

Obſ. Floribus paniculatis, non capituliformibus, a priori differt. Folia porro maiora. Stam. 6 paſſim 3. Sem. lutea.

Vſ. Medullam huius et prioris ſpongioſam thecis pro ornatu *Sueci* adglutinant. LINN. Amoen. I. pag. 518. Ad corbes plectendas vtilis.

500.* *Iuncus* culmo nudo, ſtricto, apice membranaceo, incuruo, panicula laterali. LINN. Syſt. p. 340. n. 4. LEYS. n. 353. LEERS n. 263. t. 13. f. 3 inflexus.

Gebogene Binſen. Germ. *Jonc recourbé*. Gall.

In locis vliginoſis ad foſſas *bei Kleinpöſsnau*, *Merkwitz*, *Reidnitz* inueni. Fl. aeſtate.

Obſ. Panicula laterali maiore; pedunculis et pedicellis longioribus, omnibus ſurſum modo deuergentibus; culmo longiore, caneſcente, rigidiore et apice poſt floreſcentiam incuruato; petalis longioribus, ſubulatis interioribus 3 reliquis paulo breuioribus, a priori facile diſtinguitur.

501. *Iuncus* culmo nudo, filiformi, nutante; panicula laterali, pauciflora, ſimplici. LINN. Syſt. p. 340. n. 5. SCHREB. pag. 42. n. 967. LEERS. n. 264. tab. 13. fig. 4. filiformis.

Fadenförmige Binſen. Gall. *Jonc filiforme*. Gall.

In paludoſis turfoſis ad *Schönfeld*, *Meckern*, *bei Schadebach etc.* Fl. Iun. Iul.

Obſ. Culmi plures, ſemipedales, infirmi, filiformes, ſtriati, baſi ſquamati. Panicula ſimplex, pauciflora, breuiter pedicellata, in medio culmi prorumpens.

502. *Iuncus* culmo nudo, rigido, foliis ſetaceis, capitulis glomeratis, aphyllis. LINN. Syſt. pag. 340. n. 7. BOEHM. n. 580. *Fl. Dan.* t. 430. ſquarroſus.

Sparrichte Binſen. Germ. *Jonc rude au toucher.* Gall.

In graminoſis, ad ſepes paſſim et in riuulis humidisque *bei den Ziegelſcheunen und der Vogelwieſe* copioſe. Fl. Iun. Iul. Perennis.

Obſ. Folia patentia, terrae adpreſſa, rigida, falcem eludentia. Inuiſum colonis gramen et ſolum indicat vliginoſum turfoſum valde ſterile.

** *Culmis foliosis.*

articulatus. 503. *Iuncus* foliis nodoſo-articulatis; petalis obtuſis. LINN. Syſt. p. 340. n. 10. BOEHM. n. 581. LEERS. n. 265. t. 13. f. 6.

Gegliederte Binſen; *Gliederſenden.* Germ. *Jonc articule.* Gall.

In pratis paludoſis, *auf den Cerber- et Roſenthaler Wieſen, bei den Geſundbrunnen*, copioſe etc. Fl. Iun. Iul. Perennis.

Obſ. Folia radicalia 1—2 pedalia, compreſſo-teretia, caua, nodoſo-articulata; culmea bifaria; alterna, recta, radicalibus ſimillima. Panicula terminalis. Flores capitati, exigui, axillares et terminales.

bulboſus. 504. * *Iuncus* culmo indiuiſo, ſubcompreſſo; foliis linearibus, canaliculatis: panicula terminali, bractea ſua breuiore, corollis capſulisque obtuſis. ROTH. Fl. Germ. p. 155. LINN. Syſt. pag. 341. n. 11. LEERS. n. 266. t. 13. f. 7. *Fl. Dan.* t. 431.

Zwiebelartige Binſen; *kleine Sommerbinſen; Zwiebelkrötengras.* Germ. *Jonc bulbeux.* Gall.

In pratis humidis, *im Roſenthale, auf der Wieſe vor Schleuſig* paſſim mihi occurrit. Flor. Iun. Iul. Perennis.

Obſ. Radix bulboſa fibrillulis tecta. Panicula erecta, inaequalis, maturo fructu corymboſa. Stigmata petalis longiora. Sem. fulua, pellucida.

bufonius. 505. *Iuncus* culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. LINN. Syſt. pag. 341. n. 12. BOEHM. n. 579. LEERS. n. 267. t. 13. f. 8.

Krö-

Krötenbinſen; kriechendes Krötengras; *Poggengras.* Germ. *Jonc des crapauds.* Gall.

In ſyluis et agris humidis inter ſegetes copioſe *vor et hinter Leutſch* in agris poſt pagum *Kriphäne*; ad *Zſchepline*; *Nauendorf; Gothe etc.* atque in agris oleraceis, ad *Schönfeld.* Fl. Iun. Iul.

*** *Capſulis triſpermis.*

506. *Iuncus* foliis planis, piloſis: corymbo ramoſo. pilosus.
LINN. Syſt. pag 341. n. 17. BOEHM. n. 583. *Fl. Dan.* t. 771. LEERS. n. 268. t. 13. f. 10.

Var. α) Gramen hirſutum anguſtifolium maius. C. B. Prodr. 16. BOEHM. n. 584.

β) Gramen hirſutum latifolium minus. C. B. Theatr. 102. BOEHM. n. 585.

Haarige Binſen ſ. *Krötengras; Buſchgras.* Germ. *Jonc velu.* Gall.

In locis ſiccioribus, ſyluaticis et elatioribus, *im Bieniz, Univerſitätsholze.* Var. α) *im Roſenthale, hinter Leutſch.* β) in locis arenoſis accliuioribusque *auf dem Wege nach Schönfeld, im Bieniz* et alibi. Fl. April. Mai. Iun.

Obſ. Culmi 1—2 pedales, erecti, teretes, foliis obſeſſi. Folia vaginantia, lineari-lanceolata, plana. Corymbus vmbellatus: pedunculis 5—9-11, ſimplicibus, vni-ſeu 3 floris, integris, paſſim bifidis. *Capſ* ſubhaemiſpherica 1— locularis, 3— valuis. *Semina* tria flaueſcentia.

507. *Iuncus* foliis planis, ſubpiloſis, corymbis folio breuioribus, floribus faſciculatis. LINN. Syſt. p. 341. n. 18. BOEHM. n. 586. LEERS. n. 269. tab. 13. fig. 9. niueus.

Weiſſe ſ. *Schneebinſen* ſ. *Krötenkraut.* Germ. *Jonc argenté.* Gall.

In ſyluis paſſim *im Roſenthale*, et nemoribus *bei Plagwitz* et *Leutſch; im Lindeler Holze*; *im Bieniz*; *im Hegegraſe bei Kriphäne etc.* Fl Iun. Iul.

Obſ. Corymbi ſubconuexi, erecti, poſt floreſcentiam nutantes. Flores faſciculati, ſolitarii, purpureo-maculati.

campeſtris. 508. *Iuncus* foliis planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque. LINN. Syſt. p. 341. n. 19. BOEHM. n. 582.

Var. a) *Iuncus* ſpica ſolitaria racemoſa, erecta. GMEL. I. t. 17. f. 1.

Feldbinſen; *haariges Zypergras; Hungerbrodt; Himmelbrodt*; *Haſenbrodt.* Germ. *Jonc des champs.* Gall.

In campis ſiccis fere vbique, *nach Schönfeld*, ad *Templum St. Theclae*, in montoſis locis. Var. verſus *Taucham.* Fl. April. Mai.

Vſ. Pabulum ouibus primarium. Capituli florum et Semina gaudent ſapore dulci et ab infantibus Sileſiacis in deliciis habentur.

181. PEPLIS. L. G. 482. Peplis; Zipfelblume. *Germ.*

Portula. 509. *Peplis* caulibus repentibus, foliis obouatis, coniugatis, integerrimis. ROTH. Fl. Germ. p. 158.

Peplis floribus apetalis. LINN. Syſt. p. 345. BOEHM. n. 523. *Fl. Dan.* t. 64.

Portula' meyrich; *unächter Portulak; Waſſervogelkraut*; *Zipfelkraut.* Germ. *Water Purslane.* Angl. *Pourpiere.* Gall.

In locis ſtagnoſis et foſſiculis *hinter Gunndorf*, *Ehrenberg*, *im Univerſitätsholze.* Flor. Iul. Aug. Annua.

Obſ. Petalis paſſim inſtructa: et quidem conſtanter obſeruaui 4 lanceolata, apice obtuſa, albida.

TRIGYNIA.

182. COLCHICVM. L. G. 492. Zeitloſe; Herbſtblume. *Germ.* Colchique. *Gall.*

autumnale. 510. *Colchicum* foliis planis, lanceolatis, erectis. LINN. Syſt. p. 349. BOEHM. n. 63. BLACKW. t. 566. STOERK. Lib. de Colch. tab.

Pharm. *Colchici* Radix recens.

Herbſt ſ. *Wieſen Zeitloſe*; *Michael* ſ. *Herbſtblume*; *Lichtblume*; *wilder Safran*; *Mottenſafran* ſ. *Kuhdutte*; *nackende Hure* ſ. *Iungfer*; *Hundshoden*; *Spinnblume*; *Bettlersläuſe*. Germ. *Common Meadow-Saffran*. Angl. *Colchique commune* ſ. *Mort-au chien*. Gall.

In pratis humidis copioſiſſime *im Roſenthale*, in iisdem locis *auf dem Behomot bei Kriphäne* valde communis, porro quoque in pratis ad *Wetteritſch*. Cel. TITIVS copioſe reperit. Fl. ſub fine Aug. in Octobrem vsque.

Obſ. Caulis tubuloſus, triangularis, baſi ſquamis veſtitus. Cor. Petala 6 — paſſim 5 — 8. *Stam*. 6, rariſſime 5. Stigmata incuruata. — Planta valde acris ſuſpecta, praecipue radix vomitus efficit maximos et poſtea mortem inducit. STOERKIVS extractum Hydropicis commendat. Infuſum florum inebriat. Folia ſubrubro tingunt colore et pecorum pediculos necant. Oxymel, ex hac radice petitum, in vſu eſt. Ex radice recenti Amylum album, friabile, poſt lotionem ſaepe repetitam, non acre obtinuit Cel. BERGIVS.

183. TRIGLOCHIN. L. G. 488. Dreizack; Krötengras. *Germ*. Troſcart. *Gall*.

511. *Triglochin* floribus trigynis, capſulis ſublinearibus, trigonis, trilocularibus. LINN. Syſt. p. 348. n. 1. BOEHM. n. 251. LEERS. n. 272. tab. 12. f. 5. *Fl. Dan*. t. 490. paluſtre.

Sumpfdreizack, *klein Binſengras*. Germ. *Troſcart des Marais*. Gall.

In paludoſis pratis, *auf den Schönfelder Wieſen*, *bei Schadebach*, frequens. Fl. Iun. Iul.

Obſ. Radix biennis, bulboſa, fibris filiformibus, flaueſcentibus inſtructa. Stam. 1 — 3 — rariſſime 6. Stigmata 3, acuta, perſiſtentia.

Vſ. Gramine hoc boues, equi, capri prae aliis delectantur.

maritimum. 512. *Triglochin* floribus hexagynis, capſulis ouatis, hexagonis, hexalocularibus. LINN. Syſt. p. 348. n. 2. SCHREB. Spicil. p. 926. *Fl. Dan.* t. 306.

Seeſtrandgras. Germ. *Troſcart maritime.* Gall.

In locis ſalſis ad *Ketſchau*, ibidem in riuulis pratisque copioſe quoque reperi. Fl. Iun. — Aug. Perennis.

Vſ. Boum quoque pabulum delicatiſſimum.

184. RVMEX. L. G. 485. Ampfer. *Germ.* Dock. *Angl.* Patience. *Gall.*

* *Flores hermaphroditi: valuulis granulo notatis.*

Patientia. 513.* *Rumex* floribus hermaphroditis; valuulis integerrimis, vnica granifera, foliis ouato-lanceolatis. LINN. Syſt. p. 346. n. 1.

Lapathum ſatiuum antiquorum. *Munting* Aardgew. t. 692.

Lapathum ſatiuum. BLACKW. t. 489.

Pharm. *Patientiae* Radix.

Zahmer ſ. Garten-Ampfer; das Kräutlein Patientia; engliſcher Spinat; Mönchsrhabarber; Geduldkraut. Germ. *Patience cultivée; Parelle des jardins; Surette; Rhabarbe des moins.* Gall.

In Italia proprie ſponte creſcit: Apud nos vbique in hortis colitur. Fl. Iul. Aug. Perennis.

Vſ. Rad. recens vernali tempore vtiliter addi poteſt apozematibus iusculisque medicatis. Folia recentia in culinis per totam aeſtatem vſurpantur et initio veris inter prima oleta obueniunt. Vtilis haec planta perennis, frigoris et ſoli patiens.

ſanguineus. 514.* *Rumex* floribus hermaphroditis: valuulis integerrimis; vnica granifera; foliis cordato-lanceolatis. LINN. Syſt. p. 346. n. 2. LEYS. n. 364.

Pharm. *Lapathi Sanguinei* Radix, Herba.

Bluthrothe Grindwurz; Blutampfer; rothblättrige Mengelwurz. Germ. *Bloody Dock.* Angl. *Patience rouge, ou Sang de Dragon.* Gall.

In

In locis cultis inter olera et ad hortorum ſepes ſponte paſſim. Fl. Iul. Annua.

515. *Rumex* floribus hermaphroditis: valuulis integris, graniferis: foliis lanceolatis, vndulatis, acutis. LINN. Syſt. p. 346. n. 5. BOEHM. n. 574. Var. 1. crispus.

Krauſe Grindwurz; krauſer Ampfer; Butterampfer; Ohmblätter; krausblättrige Mengelwurz. Germ. *Curled Dock.* Angl. *Patience friſée.* Gall.

In pratis et nemoribus humidisque ad pagos et vias copioſe. Fl. Iun. Iul. Perennis.

VJ. Succus recenter expreſſus in ſcabie laudatur. Semina contuſa dyſenteriam tollere feruntur. Semina aëre ſiccata in annonae caritate pani inſeruiunt Sueciae et *Norwegiae.*

516. *Rumex* floribus hermaphroditis; valuulis dentatis, graniferis; foliis linearibus. LINN. Syſt. p. 346. n. 9. SCHREB. p. 41. n. 966. maritimus.

Meerampfer; ſchmalblättrige Grindwurz. Germ. *Patience maritime.* Gall.

In locis humidis et ſtagnis ad *Lindenthal*, *Burghauſen* ad Salinas *Ketſchauienſes* atque *bei dem dürren Berge.* Fl. Iun. Iul.

517. *Rumex* floribus hermaphroditis: valuulis dentatis, graniferis; foliis vndato-oblongis, acuminatis. LINN. Syſt. p. 346. n. 11. BOEHM. n. 575. BLACKW. t. 491 acutus.

Pharm. *Lapathi Acuti* Radix, Herba, Semina.

Spitzblättrichter Ampfer; wilde Rhabarber; Pferdeampfer; halbe Gahle; Streifwurz; Bubenkraut; Hunger-Lendenkraut; Zitterwurz. Germ. *Sharp pointed Dock.* Angl. *Patience ſauvage; Parelle; ou Rénebre.* Gall.

In pratis humidis, foſſis vbique. Fl. Iun. Iul. Perennis.

518. *Rumex* floribus hermaphroditis: valuulis integerrimis, oblongis, graniferis; foliis lanceolatis, ſubundulatis. ROTH. Fl. Germ. p. 160. BOEHM. n. 576. conglomeratus.

Gehäufter Ampfer. Germ. *Patience congloméré.* Gall.

In ſtagnis, *in der Sandgrube.* Fl. Iul. Aug. Perennis.

obtuſifolius. 519. *Rumex* floribus hermaphroditis: valuulis dentatis, graniferis; foliis cordato-oblongis, obtuſiuſculis crenulatis. LINN. Syſt. p. 347. n. 11. SCHREB. Spicil. p. 41. n. 965.

Stumpfblättrige Grindwurz; kleiner Ampfer; Butterampfer. Germ. *Patience vulgaire.* Gall.

In ſyluaticis locis, *im Roſenthale*, in ambulacris. Fl. Iul. Aug. Perennis.

Pecora hunc reſpuunt.

** *Flores hermaphroditi: valuulis granulo deſtitutis.*

aquaticus 520. *Rumex* floribus hermaphroditis: valuulis integerrimis, nudis; foliis cordatis, glabris, erectis. LINN. Syſt p. 347. n 15. BOEHM. n. 574. LBACKW. t. 262. et 490.

Pharm. *Herbae Britannicae* Radix, Herba.

Waſſerampfer; Mönnichs-Rhabarber; Waſſermangold; Grindwurz; Docken ſ. *Pockenblätter.* Germ. *Water Dock.* Angl. *Patience aquatique ou d'eau.* Gall.

In foſſis vbique: *nach Schönfeld, an den Gräben hinter den Gerberwieſen*, et ad ripas fluuiorum, *an der Bahre, Pleiſſe* vbique etc. Flor. Iun. Iul. Perennis.

ſcutatus. 521. *Rumex* floribus hermaphroditis, foliis cordato-haſtatis, caule tereti. LINN. Syſt. pag. 347. n. 20. BLACKW. t. 306.

Acetoſa rotundifolia hortenſis. C. B. P. pag. 114.

Pharm. *Acetoſae rotundifoliae* Herba.

Rundblättrichter Sauerampfer; franzöſiſcher Sauerampfer; Agreſtampfer. Germ. *Round-leaved Sorrel; French Sorrel.* Angl. *Oſeille franche ou ronde Patience à écuſſons.* Gall.

In hortis inter Olera et in reiectamentis hortorum paſſim, maxime autem in hortis colitur. Fl. Mai. Iun. Perennis.

Vſ.

Vſ. Ob gratam aciditatem et ſaporem ab Anglis, Galliſque, reliquis *Acetoſae* ſpeciebus praefertur et valde colitur. In ſcorbuto laudatur herba.

*** *Flores diclini.*

522. *Rumex* floribus dioicis: foliis oblongis, ſagittatis. Acetoſa.
LINN. Syſt. p 348. n. 27. BOEHM. n. 572. BLACKW. t. 230.

Pharm. *Acetoſae Noſtratis* Radix, Herba, Semina.

Groſſer ſ. *wilder Sauerampfer; Sauerlamp; Sauerſenf; Wieſenſauerampfer.* Germ. *Common, or Meadow Sorrel.* Angl. *Patience Oſeille ou Oſeille des près; Oſeille commune. Vinette, ou Saliette.* Gall.

In pratis et hortis vbique. Flor. Mai.—Iul. Perennis.

Obſ. Calyx Maris patens; Foeminae contra reflexus.

In pratis montoſis, *auf dem Gickerlingsberge, auf den Wieſen hinter · unndorf, und bei Rückmarsdorf, auf dem Behomot bei Kriphäne*, poſt *Taucham unten am Minneberge etc.* Fl. Iun. Iul. Perennis.

Obſ. Herbam reſpuunt equi *Mattuſch.* Radices tuberoſae ſiccatae et in farinam contuſae, panem vicarium praebent eſulentum. Radices ſues in deliciis habent; ſed prata deprauant, qua de re eradicandae. Si flores in lacte elixantur, grato ſapore lac imbuunt.

Vlmaria. 674. *Spiraea* foliis interrupte pinnatis: foliolis ouatis, biſerratis, ſubtus canis, floribus cymoſis. LINN. Syſt. pag. 472. n. 15. BOEHM. n. 421. BLACKW. tab. 465. *Fl. Dan.* t. 547.

Pharm. *Caprinae* ſ. *Vlmariae* Radix, Herba.

Iohannis- ſ. *Geiswedel*; *Geisbart*; *Schwulſtkraut*; *Mâdeſüß*; *Mäl* ſ. *Mätkraut*; *Wieſenkönigınn*; *Krampfkraut*; *Wurmkraut* Germ. *Queen of the Meadows; Meadow Sweet.* Angl. *Ormiére, ou Reine des près. Petite barbe de Chevre*; *Vignette.* Gall.

In pratis humidis, *um Eutritſch* et *Schönfeld*, in dumetis fere omnibus *hinter dem Brandvorwerke nach Zſchocher, im Zſchocherſchen Holze, im Roſenthale* ſcilicet *hinter der Funkenburger Wieſe*; in dumetis ibidem inter haec prata et verſus Lateritia et alibi frequens. Fl. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. Sub feriis ruſticorum pauimento inſternitur, vt aërem purificet gratumque excitet odorem. LINN. Herba tinctoria. Capri auide herbam deuorant, equi et pecora contra fugiunt.

POLYGYNIA.

241. ROSA. L. G 687. Roſe. *Germ.* Briar or Roſe-Tree. *Angl.* Roſier. *Gall.*

* *Germinibus ſubgloboſis.*

Eglanteria. 675. * *Roſa* calycibus ſemipinnatis: germinibus globoſis, glabris: pedunculis petiolisque hiſpidis glanduloſis caule aculeis ſparſis curuis: foliolis ſubrotundis ſerraturis glanduloſis. DV ROI Harbk. II. p. 337.

Roſa

Roſa Eglanteria germinibus globoſis pedunculisque glabris, caule aculeis ſparſis, rectis, petiolis ſcabris, foliolis acutis. LINN. Syſt. p. 472. n. 1.

Roſa ſylueſtris foliis odoratis. C. B. P. pag. 483.

Weinroſe; *wohlriechende Roſe.* Germ. *Common Sweet Briar.* Angl. *Roſier Eglantier.* Gall.

In ſepibus hortorum ruſticanorum, et in dumetis, ſed rarius: in hortis autem ſuburbanis intra frutices arboresque exoticas valde frequens; in *Serto* paſſim. Fl. Iun. et Iul. Frut.

Obſ. Folia 5 paſſim quoque 7 foliolis conſtantia, ſuborbiculato-ouata, dentata, glabra, ſubtus lanugine rubella obtecta. *Petioli* pilis et globulis glanduloſis inſtructi. *Pedunculi* hiſpidi. *Calycis* ſegmenta ſecundum petalorum longitudinem ſaepe integra et margine lanugine albida obſeſſa. *Cor.* Petala parua, emarginata, albido-carnoſa (nec flaua), et bene ſuaueolentia. Fructus globoſus, paſſim quoque piloſus, et ſi maturus tunc nigro imbuitur colore. Folia et Petala huius odorem ſpargunt ſuauiſſimum. Saepius vero frutex falſe confuſus eſt cum *Roſa lutea.* MILL.

676 * *Roſa* germinibus ſubgloboſis aculeatisque, aculeis recuruis, foliis ſubtus rubiginoſis. LINN. Syſt. p. 473. n. 2. JACQ. Fl. Auſtr. V. 1. t. 50. rubiginoſa.

Roſa ſpinis aduncis, foliis ſubtus rubiginoſis. HALL. Flor. 1103.

Roſtfarbige Roſe. Germ. *Eglantine, or Sweet Briar.* Angl. *Roſier rouillé.* Gall.

Ad ſepes et in dumetis paſſim: porro in Horto *Boſiano oben bei dem Gewächshauſe* ſub arboribus et in perplurimis hortis ſuburbanis. Fl. Exeunte Maio et Iunio.

Obſ. Rami aculeis longis ſparſis obſeſſi. Folia e 7 foliolis ouatis, acuminatis, ſerratis, compoſita. Petioli aculeis minutiſſimis reflexis obtecti. Flores ex aurantio purpurei odorem cimicum fere ſimilem exhalant, folia contra pergratum.

677.

lutea. 677. * *Roſa* calycibus ſemipinnatis: germinibus globoſis pedunculisque glabris, foliolis ouatis, glabris, ſerratis, ſerraturis petiolisque villoſis glanduloſis: caule aculeato. DV ROI Harbk. II. p. 344.

Roſa lutea ſimplex. C. B. P. p. 483.

Var. β) Roſa lutea multiplex. C. B. P. l. c.

Die gelbe einfache Roſe. β) *Die gelbe gefüllte Roſe.* Germ. *Single yellow Roſe.* β) *Double yellow Roſe.* Angl. *Roſier à fleur jaun ſimple* et var. *double.*

In ſepibus dumetisque ſparſim: in horto *Boſiano* in iisdem locis cum priori et in horto *Lehriano*, *Winkleriano*, *Trieriano etc.* frequens. Fl. Iun.

Obſ. Radix, vt in priori repens. Rami aculeis copioſis rufis obſeſſi. Folia e 5—7 foliolis conſtantia.

cinnamomea 678. * *Roſa* calycibus integris: germinibus globoſis pedunculisque glabris, caule aculeis ſtipularibus, petiolis ſubinermibus. LINN. Syſt. p. 473. n. 3.

Roſa odore cinnamomi. C. B. P. p. 483.

Zimmtroſe. Germ. *Cinnamon Roſe.* Angl. *Roſier à odeur de cannelu.* Gall.

In Europa auſtrali proprie creſcit: apud nos autem in ſepibus paſſim et copioſe in hortis perplurimis. Fl. Maio. Frut.

Obſ. Folia communiter 7 foliolis ſupra glabris, ſubtus tomentoſis, conſtantia. Corolla ſimplex, ſaepius luxurians, purpurea, odore cinnamomeo.

ſpinoſiſſima. 679. *Roſa* calycibus integris: germinibus globoſis glabris: pedunculis hiſpidis: caule petiolis aculeatiſſimis: foliolis lanceolato-ouatis, ſerratis glabris. DV ROI Harbk. II. p. 339.

Roſa ſpinoſiſſima germinibus globoſis, glabris, pedunculis hiſpidis, caule petiolisque aculeatiſſimis. LINN. Syſt. p. 473. n. 6. BOEHM. n. 471. *Fl. Dan.* t. 398.

Erd-Feld-Haber-ſtachlichte Roſe; Marterdorn. Germ. *Dwarf or White Scoth Roſe; Burnet-leaved Roſe.* Angl. *Roſier très-épineux.* Gall.

Ad agrorum terminos, in dumetis ſepibusque, ad *Templum St. Theclae* et in hortis plurimis. Fl. Iun. et Iul. Frut.

Obſ.

Obſ. Frut. erectus humilis, bipedalis altior, ſpinis latis validis armatus, inter quas ſpinulae minores molles flexileſque confertim poſitae ſunt. Rami alterni diuergentes ſpinulis mollibus, flexibilibus, denſiſſimis obſeſſi. Folia pinnata: foliolis 7—9 paruis, fere ſuborbiculatis, ſubſeſſilibus, impari petiolato, ſerratis, laete viridibus, glabris. *Stipulae* foliorum margine pilis capitatis ciliatae. Segmenta *Calycis* 5, lanceolata, acuminata, integerrima. *Cor.* 5— petala: Petalis ſubrotundis obtuſis, integerrimis vel apice leuiſſime emarginatis, albidis, odoratis. *Bacca* ſubgloboſa, glabra, ſemina plurima continet et maturitatis tempore nigra euadit.

680. * *Roſa* calycibus ſemipinnatis: germinibus globoſis pedunculisque hiſpidis, caule petiolisque aculeatis: foliolis ouatis tomentoſis. DV ROI Harbk. II. pag. 341. villoſa.

Roſa villoſa germinibus globoſis, aculeatis, pedunculis hiſpidis, caule aculeis ſpinoſis, petiolis aculeatis, foliis tomentoſis. LINN. Syſt. p. 474. n. 9. JAHN. n. 7.

Roſa ſylueſtris pomifera maior. C. B. P. pag. 484.

Groſse Hagenbuttenroſe: groſse ſ. wilde Haynbuttentragende Roſe; die rauchblättrige Roſe mit der groſsen Frucht. Germ. *Greater wild Apple-bearing Roſe.* Angl. *Roſier velu*; *Elegantier hériſſon*; *Grand Roſier à gros fruit epineux.* Gall.

In locis arenoſis elatioribusque *auf dem Gickerlingsberge* Cel. JAHNIVS reperit et quoque in vinetis dictis poſt *Taucham* paſſim alibique et in plurimis hortis. Flor. Iun. Frutex.

Obſ. Cal. Sigmenta 2 ouata integra, 3 ſemipinnata, ſubtus pilis breuibus eminentibus hiſpida. *Cor.* 5— petala: Petalis ex orbiculato-cordatis, obtuſis apice emarginatis, laete rubris. *Pedunculi* pollicem longi, hiſpidi e ramorum apice ſolitarii, aut duo coniunctim iuxta ſe in vicem prodeuntes, ſinguli vniflori. *Styl.* vix vllus; ſtigm. capitatum, fuſcum. Bacca ouata, punctulis ſparſis eminentibus ſcabriuſculae vel glabrae. *Fol.* alterna pinnata ſeptena, ſumma fioralia ternata;

ternata; pinnis oppoſitis ſeſſilibus, ouatis, acutiusculis, acute dentatis, vtrinque mollibus, pallide viridibus. Frutex et rami ſpinis ſatis validis acutiſſimis obſeſſi. Flores ante euolutionem extus rubelli.

prouincialis. 681. * *Roſa* calycibus ſemipinnatis, germinibus globoſis; pedunculis petiolisque hiſpidis: foliis ouato-acuminatis ſubtus villoſis, ſerraturis glanduloſis. DV ROI Harbk. II. p. 349.

Roſa purpurea. C. B. P. p. 484.

Var. α) Roſa prouincialis maior flore pleno ruberrimo. HORT. Angl. t. 18. BLACKW. t. 78.

β) Roſa baſilica ex albido colore et rubello variegata. DVHAM. Arb. 12. MILL. Pl Tab. 221. 2.

Provinzroſe; *Knopf-* ſ. *Kohlroſe* α) *gefüllte Provinzroſe*; β) *roth und weiſsgeſtreifte Roſe*; *bunte Roſe*; *Tag- und Nachtroſe*. Germ. *Provence Roſe*: *Cabbage Roſe*; α) *Provence double Roſe*; β) *Yerk and Lancaſter Roſe*. Angl. *Roſier de Provence*; β) *Roſier à fleur mi-partie de rouge et de blanc*. Gall.

In ſepibus et dumetis paſſim et frequentius in hortis cum varietatibus. Fl. Iunio.

Frutex 3—4—pedalis, ramis facile propagatur. *Folia* 5—enis foliolis craſſis, acute ouatis, conſtantia, ſupra laete viridibus et glabris, ſubtus vero venis fortioribus et villoſis inſtructa. Petioli pedunculique aculeis minutiſſimis armati. *Cal.* Segmenta modo integerrima, modo laciniis plurimibus exciſa. *Cor.* ſimplex laete viridis et magna: plena magis laete rubra et parua. *Cor.* vero petalis variegata ſemiplena, ſed maior, quam Cor. ſimplex. Inſuper Flores omnes odorem fortem et bene ſuaueolentem ſpargunt.

ſemperuirens. 682. * *Roſa* germinibus globoſis pedunculisque hiſpidis: caule petiolisque aculeatis: foliolis lanceolatis ſubcarnoſis perennantibus. DV ROI Harbk. II. pag. 358.

Roſa ſemperuirens germinibus globoſis pedunculisque hiſpidis, caule petiolisque aculeatis, floribus ſubumbellatis. LINN. Syſt. p. 474. n. 11.

Roſa moſchata ſemperuirens. C. B. P. p. 482. DILL. Elth. Tab. 245. f. 317.

Immer-

Immergrüne Roſe. Germ. *Ever-green Muſk Roſe.* Angl. *Roſier toujour verd, ou à fleur musquée.* Gall.

In hortis plurimis vulgaris et paſſim ad ſepes hortorum. Fl. Iun. et Iulio.

Obſ. Radix valde repens. Rami procumbentes. Folia e 5.—7 foliolis acute oblongis, dentatis, obſcure viridibus, compoſita. Odor florum pergratus.

** *Germinibus ouatis.*

683. * *Roſa* calycibus ſemipinnatis: germinibus ouatis pedunculisque hiſpidis: caule hiſpido aculeato: petiolis glanduloſis, foliolis ouatis ſerratis, ſubtus piloſis. DV ROI Harbk II. p. 367. centifolia.

Roſa centifolia germinibus ouatis pedunculisque hiſpidis, caule hiſpido, aculeato, petiolis inermibus. LINN. Syſt. p. 474. n. 11.

Roſa mutiplex media. C. B. P. p. 482.

Zentifolienroſe; hundertblättrige Roſe; roth gefüllte wohlriechende Roſe. Germ. *Dutch hundred-leaved Roſe.* Angl. *Roſier de Provins, ou à cent feuilles.* Gall.

In hortis fere omnibus et dumetis vulgaris. Flor. Iunio.

Obſ. Frutex 3—4— pedalis. Folia 3—5— nata: foliolis maioribus, quam in antecedentibus, ouatis, duplicato-dentatis; ſupra laete viridibus et venoſo-rugoſis, ſubtus ex viridi pubeſcentibus, venulis et pilis notatis. Denticuli foliorum ex fuſco-virideſcentes. Petioli punctulis eminentibus rubris obſeſſi. Pedunculi hiſpidi et glandulis rubris notati. Flores pallido-ſanguinei.

684. * *Roſa* calycibus ſemipinnatis: germinibus ouatis turgidis pedunculisque hiſpidis: caule petiolisque aculeatis: foliolis ouatis acuminatis, ſubtus ſubuilloſis. DV ROI Harbk. II. p. 370. Damaſcena.

Pharm. *Roſae Damaſcenae* Flores.

Damaſcener Roſe. Germ. *Damaſk Roſe.* Angl. *Roſier de Demaſce.* Gall.

In hortis vbique occurrit. Fl. Iunio.

Obſ. Folia 3 – 5 — nata: foliolis ouato-acuminatis, denticulatis, ſupra obſcure viridibus glabrisque, ſubtus autem pallidioribus et paulum tomentoſis. Fructus craſſe ouatus, aculeis rubris obſeſſus. *Cal* Segmenta pinnatifida, reflexa. Flores pergratum exhalantes odorem.

Vſ. Communiter condiuntur ſale culinari flores recenter ſiccati, vnde odor permanet. Aqua deſtillata Roſarum in adfectibus oculorum frequenter adhibetur.

Gallica. 685. * *Roſa* calycibus ſemipinnatis, germinibus ouatis pedunculisque hiſpidis: caule petiolisque hiſpido-aculeatis: foliolis ouatis, ſubtus villoſis. DV ROI Harbk. II. p. 363.

Roſa gallica germinibus ouatis pedunculisque hiſpidis: caule petiolisque hiſpido-aculeatis. LINN. Syſt. p. 474. n. 13. BLACKW. t. 82.

Roſa rubra multiplex. C. B. P. pag. 481. DVHAM. Arb. T. II. Pl. 55.

Pharm. *Roſae rubrae* Flores.

Eſſigroſe; rothe ſ. *Apotheckerroſe; Zuckerroſe; Sammetroſe.* Germ. *Gallican, or Red Roſe.* Angl. *Roſier de France.* Gall.

In hortis vbique. Fl. Iunio.

Obſ. Folia e 3 — 7 foliolis ouatis, profundius dentatis, ſubtus tomentoſis venoſisque; ſupra contra laete viridibus et glabris. *Calycis* ſegmenta 3 modo pinnatim laciniata; omnia autem expanſa, concaua et margine lanuginoſo ornata. Bacca ouata pilis fuſcis hiſpidis cincta. Flores ex pallido rubri odorem gratum habent.

canina. 686. *Roſa* calycibus ſemipinnatis villoſis: germinibus ouatis pedunculisque glabris: petiolis ſubhiſpidis: foliolis ouatis mucronatis. DV ROI Harbk. II. pag. 359.

Roſa canina germinibus ouatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. LINN. Syſt. p. 474. n. 16. BOEHM. n. 450. BLACKW. t. 8. CRAM. tab. 36. *Fl. Dan.* t. 535.

Pharm.

Pharm. *Roſae ſylueſtris* Flores.
Cynosbati Fructus, Semina.
Bedeguar Fungus.

Hunds-Heckroſe; *gemeine wilde Roſe*; *Feldroſe*; *Horn-Dorn Zaunroſe*; *Hagedornroſe*; *Roſendorn*; *Hagebutten*; *Hanebutten*; *Haynbutten*, *Hanchötgen*; *Hainhocken*; *Wiegenſtrauch*; *Wiepen*, *Hundlöſsgen*; *Arſchkiezeln*; *Arſchkratzeln*; *Schlafkunz*; *Schlafkauz*. Germ. *Common wild Briar*; *Dog's Roſe*; *Hep-tree*, *or Hep-buſh*. Angl. *Roſier canin*; *Eglantier ſauvage*; *Gratecul ou Chinorrodon*. Gall.

In ſepibus et dumetis, *bei dem Pulverthurme*, ad ſepes *bei dem faulen Anger nicht weit von dem Täubchen etc.* ad viam publicam verſus *Eutritſch*; poſt *Taucham* et ibidem in vineis frequens; porro in plurimis hortis ruſticanis etc. Flor. Maio et Iunio.

Obſ. *Frutex* magnus, craſſus, ſpinis validis aduncis obſeſſus. *Fol.* alterne pinnata; pinnis 5—7 oppoſitis ſubſeſſilibus, impari coſtam terminante, omnibus caeterum ouato-acuminatis, acute dentatis, ſuperne laete-inferne pallide viridibus, glabris. *Stipulae* ſagittatae, glabrae, ciliatae. *Calyc.* ſegmenta lanceolata, 2 integra, 3 ſemipinnata, e ramorum apice ſolitarii. Bacca ouata, ſplendens, glabra, maturitate ex ſanguineo-purpurea, 18 pluraque ſemina includit.

Vſ. Baccae bene maturae, ſiccatae et probe exacinatae coquuntur in iuſculis palato gratis. Baccae additis paſſulis maioribus coctae, dein cum carne bubulina in patinis diſpoſitae, ſuauiſſimam exhibent panaceam ruricolis Luſatiae inferioris. Inſuper ex his baccis paratur decoctum aquoſum, ſaturatum, additis paſſulis, pruneolis et ſaccharo, quod, colatione inſtituta, menſis imponitur. Folia coriis parandis apta.

687. * *Roſa* germinibus ouatis glabris, pedunculis cauleque hiſpidis, petiolis inermibus, fructibus pendulis. LINN. Syſt. p. 474. n. 19. DV ROI Harbk. II. pag. 369. DILL. Hort. Elth. t. 245. f. 317. pendulina.

Die Roſe mit hängenden Früchten. Germ. *Long-fruited Roſe*. Angl. *Roſier à fruit pendant*. Gall.

In ſyluis ſuburbanis paſſim; in ſepibus, dumetis et hortis fere omnibus frequens. Fl. Exeunte Maio et Iunio.

Obſ. Frutex 5—7— pedalis, aculeis validioribus armatus. Petioli aculeis deſtituti. Pedunculi cum fructibus verſus terram nutant.

alba. 688. * *Roſa* calycibus ſemipinnatis, germinibus ouatis, glabris. pedunculis hiſpidis: caule petiolisque villoſis aculeatis: foliolis ouatis, ſubtus villoſis. DV ROI Harbk. II. p. 3?? BLACKW. t. 73.

Var. β) Roſa flore pleno.

Pharm. *Roſae Albae* Flores.

Weiſſe Roſe; β) weiſſe Roſe mit gefüllter Blume. Germ. *Common white Roſe; β) white Roſe white a double Flower.* Angl. *Roſier blanc; β) Roſier à fleur blanche double.* Gall.

In ſepibus, dumetis haud infrequens; in hortis autem fere omnibus circuli Lipſienſis valde vulgaris. Fl. Maio Iun.

Obſ. Folia e 5 foliolis minoribus, excepto ſupremo maiore reliquis, compoſita. Foliola ſunt ouata, profundius ſerrata, inferne venis eminentibus notata, lanugine albidiuſcula obducta, ſuperne contra valde obſcure viridia. Stipulae in apicem duplicem partitae, raro dentatae. *Calycis* ſegmenta reflexa, pinnatifida, pilis hiſpidis rubeſcentibus tecta. *Flos* pallidus, ſimplex, ſaepius plenus. *Bacca* ouata, glabra.

242. RVBVS. L. G. 688. Bromm-ſ. Himbeerſtrauch. *Germ.* Raſpberry or Bramble. *Angl.* Framboiſier. *Gall.*

* *Fruteſcentes.*

idaeus. 689. *Rubus* foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. LINN. Syſt. pag. 475. BOEHM. n. 147.

Rubus foliis ternatis quinatisque costa plerumque inermi. fructu rubro, villoſo. CRANZ. Stirp. Auſtr. p. 81. BLACKW. t. 289. *Fl. Dan.* t. 788.

Pharm.

Pharm. *Rubi Idaei* Folia, Fructus.

Himbeerenſtrauch; Himbeere; Hombeere; Hohlbeere; Himmelbremen; Haarbeerſtrauch; rothe Brombeeren. Germ. *Common or Prikly, or Red Raſpberry-Buſh, or Hind berry.* Angl. *Ronce Framboiſiere; Framboiſier du Mont-Ida.* Gall.

In locis elatioribus, arenoſis, *im Univerſitâtsholze;* in dumetis et ad ſepes hortorum etc. frequens. Flor. Mai. Iun. Perennis.

Vſ. Baccae ſapidiſſimae vinum reddunt gratum, et vario modo condiuntur.

690. *Rubus* foliis ternatis ſubnudis: lateralibus bilobis, caule aculeato tereti. LINN. Syſt. p. 475. n. 7. BOEHM. n. 449. caeſius.

Pharm. *Rubi Caeſii* Baccae.

Bocksbeere; Ackerbeere; Fuchs-Tauben-Krazbeere; die kriechende blaue Brombeere; Ackerbrombeere; Ackerbremen. Germ. *Small Bramble, or Dewberry-buſh.* Angl. *Ronce rampante, ou bleuâtre.* Gall.

In agrorum limitibus, *in und hinter der Leimgrube, bei der Tabacksmühle, nach den Schanzen.* Flor. Iun. Perennis.

Obſ. Frutex nimis reptans agris maxime moleſtus et obnoxius.

Vſ. Baccae vinum reddunt ſapidiſſimum: crudae et conditae in deliciis habentur.

691. *Rubus* foliis quinato digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. LINN. Syſt. pag. 475. n. 8. BOEHM. n. 748. BLACKW. t. 45. fruticoſus.

Pharm. *Rubi Fruticoſi* Baccae.

Groſſe ſ. ſchwarze Bromm- ſ. Kratzbeere; Bremenſtrauch. Rahmbeeren Germ. *Common Bramble, or Blackberry-buſh.* Angl. *Ronce commune, ou noire; Mures de Renard; Cathrinette des Bois.* Gall.

In ſyluis, *im Univerſitätsholze, Gonnewitzer, Zſchocherſchen Holze etc.* et in nemoribus *im Roſenthale* et ad agrorum limites. Flor. Maio Iunio. Frut.

Vſ. Sepibus viuis aptus. Succus chartam coeruleo tingit colore. In nonnullis Galliae regionibus hoc ad vinum album rubro tingendum colore adhibetur.

 Car-

Carbones ex hoc ligno pulueri pyrio apti flammam celerem dant.

odoratus. 692.* *Rubus* foliis ſimplicibus (5— lobis inaequaliter ſerratis), caule inermi multifolio, multifloro. LINN. Syſt. p. 475. n. 10. DV ROI Harbk. II. p. 379. SERT. Lipſ. n. 89. MILL. 6. Tab. 223.

Wohlriechender Himmbeerſtrauch. Germ. *Virginian Flowering Raſpberry.* Angl. *Framboiſier à fleurs odorantes.* Gall.

Sponte naſcitur in Canada, Penſiluania et Virginia: apud nos paſſim in dumetis nunc occurrit, e. g. in Inſula prope hortum ad *Groſsweölkau*; in *Serto nicht weit von dem Weinnäpfchen* atque *unten am Graben* verſus Collegium rubrum et Ergaſtulum etc. denique in plurimis hortis. Fl. Iunio in Septembrem vsque.

** *Herbacei.*

ſaxatilis. 693. *Rubus* foliis ternatis, nudis, flagellis reptantibus, herbaceis. LINN. Syſt. p. 476. n. 17. SCHREB. Spicil. p. 33. n. [illegible]3. *Fl. Dan.* t. 134.

Felſen Brombeere; Steinbeere; *kriechende Brombeere; Brunitſchken.* Germ. *Stone Bramble.* Angl. *Ronce des roches.* Gall.

In ſyluis montoſis, ſterilibus, *im Oberholze*, porro *im Univerſitätsholze*, *nicht weit von dem Hauſe*, paſſim. Fl. Mai. Iun. Perennis.

Vſ Baccae a pueris leguntur comeduntur que et Ruſſi, qui has cum melle miſcent, fermentatione perfecta, ſpiritum accipiunt.

243. TORMENTILLA. L. G. 691. Blutwurz. *Germ.* Tormentil. *Angl.* Tormentille. *Gall.*

erecta. 694. *Tormentilla* caule erectiuſculo, foliis ſeſſilibus. LINN. Syſt. p. 479. BOEHM. n. 306. BLACKW. t. 445. *Fl. Dan.* t. 598.

Fragaria foliis quinatis, calyce octofido, flore tetrapetalo. CRANZ. Faſc. I. p. 80.

Pharm.

Pharm *Tormentillae* Radix, Herba.

Aufrechte Tormentill; Blut- ſ. *Ruhrkraut; Tormentillwurz; Rothwurz; Hüner-Birk-Nabelwurz; Heiz.* Germ. *Wild, or upright Tormentil.* Angl. *Tormentille.* Gall.

In pratis ſylvaticis, *im Roſenthale, bei Lindenau, in der Kämmerei, im Hegegraſe bei Kriphäne*, in pratis *bei Schadebach etc. im Bieniz*, in pratis *Schoenfeldicis.* Fl. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. Radix ſues ſaginat, porro coriis parandis apta, et a Lapponibus ad pigmentum rubrum radix maſticata adhibetur. LINN. Flor. Lapp. 113.

244. FRAGARIA. L. G. 689. Erdbeere. *Germ.* Strawberry. *Angl.* Fraiſier. *Gall.*

695. *Fragaria* flagellis reptantibus, foliis ternatis, fructu eduli. LINN. Syſt. pag. 476. BOEHM. n. 423. BLACKW. t. 77. veſca.

Var. α) *Fragaria* fructu albo.

β) *Fragaria* fructu rubro.

Pharm. *Fragariae* Herba, Fructus.

Wald- ſ. *gemeine Erdbeerpflanze; Knackerbeere; Erdbeerkraut; Walderdbeere; rothes Beſingkraut.* Germ. *Common Strawsberry.* Angl. *Fraiſier commun.* Gall.

In pratis, paſcuis nemoribusque, *in der Leimgrube, im Univerſitätsholze, im Bieniz* et alibi. Fl. Mai. Perennis.

Fragaria in hortis culta ſolo pingui baccas grandiores profert, minus vero ſapidas, acidiores. Baccae apud nos vſitatiſſimae in culinis. Eduntur crudae vel vino, aut lacte commixtae.

696. *Fragaria* caule decumbente, ramis floriferis, laxis. ſterilis. LINN. Syſt. p 476. n. 9.

Potentilla foliis ternatis, petalis albis, ſubrotundis. BOEHM. n. 429.

Uneßbare, unfruchtbare Erdbeere. Germ. *Barren Strawberry.* Angl. *Fraiſier ſterile.* Gall.

In iisdem locis cum priori reperitur.

Obſ. Flagellis haec deſtituta.

245. POTENTILLA. L. G. 690. Grünſing ſ. Fünfblatt. *Germ.* Cinquefoil. *Angl.* Quintefeuille. *Gall.*

* *Foliis pinnatis.*

Anſerina. 697. *Potentilla* foliis pinnatis, ſerratis, caule repente, pedunculis vnifloris. LINN. Syſt. p. 477. n. 2. BOEHM. n. 422. BLACKW. tab. 6. *Fl. Dan.* tab. 544. KERN. B. II. p. 95 t. 157.

Pharm. *Anſerinae* Radix, Herba.

Gänſerich; Gänſekraut; Gänſefutter; Gänſegarbe; Grünſing; Silberkraut; wilder Rheinfarrn. Germ. *Wild Tanſy, or Silver-weed Moorgraß.* Angl. *Argentine ſauvage.* Gall.

In paſcuis et ad vias vbique copioſe. Fl. Mai. Iun. Perennis.

Vſ. Haec prata reddit ſterilia. Radix ſaporis dulcis in nonnullis regionibus Paſtinacae ad inſtar comeditur.

ſupina. 698. *Potentilla* foliis pinnatis, caule dichotomo, decumbente. LINN. Syſt. pag. 477. n. 10. BOEHM. n. 431.

Zurückgebogener Grünſig. Germ *Supine Cinquefoil.* Angl.

In agris oleraceis et ad Gohlis. Flor. Iun. Perennis.

** *Foliis digitatis.*

recta. 699. *Potentilla* foliis ſeptenatis, lanceolatis, ferratis, vtrinque ſubpiloſis, caule erecto. LINN. Syſt. p. 477. n. 10. BOEHM. n. 427. JAHN. n. 8. JACQ. Fl. Auſtr. V. 4. t. 383.

Gerader Gänſerich. Germ. *Yellow upright Cinquefoil.* Angl. *Potentille droite.* Gall.

In locis gramine veſtitis, *auf dem Gickerlingsberge.* Fl. Iun. Perennis.

700.

700. *Potentilla* foliis quinatis cuneiformibus et cuneiformiter inciſis, ſubtus tomentoſis: caule firmo, erecto. CRANZ. Faſc. II. pag. 73. n. 5. (ſub *Fragaria*). LINN. Syſt. p. 477. n. 17. BOEHM. n. 430. argentea.

Silberblättriger Grünſing; Silberkraut; aufrecht Fünffingerkraut; falſcher Gänſerich. Germ. *Silverry Cinquefoil.* Angl. *Potentille argentée.* Gall.

In ruderatis, collibus, locis arenoſis vbique frequens, etiam in muris limoſis haud infrequens. Fl. Mai. Iun. Perennis.

*** *Foliis pinnatifidis.*

701.* *Potentilla* foliis radicalibus quinatis acute ſerratis, retuſis, caulinis ternatis, caule declinato. LINN. Syſt. p. 478. n. 17. *Fl. Dan.* t. 114. verna.

Potentilla foliis quinatis, obtuſe in apice ſerratis, petalis cordatis. HALL. Helvet. Hiſt. II. pag. 48. n. 1110.

Fragaria foliis ternatis quinatisque ſubtus canis, caulinis ternatis. CRANZ. Faſc. I. pag. 74. Tab. 1. fig. 1.

Frühlings Potentille; kleines frühjähriges Fünffingerkraut; Bergfünffingerkraut. Germ. *Spring Cinquefoil.* Angl. *Potentille printaniere.* Gall.

In apricis *auf dem Gickerlingsberge, im Bieniz, dichte vor Markranſtädt*; in montoſis locis circa vrbem *Weiſſenfels etc.* Fl. ſub initio veris.

702. *Potentilla* petiolis et foliis quinatis, caule procumbente fere altioribus, flore albo. CRANZ. Faſc. II. p. 75. n. 10. (ſub *Fragaria*). alba.

Potentilla foliis quinatis apice conniuenti-ſerratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirſutis. LINN. Syſt. p. 478. n. 21. BOEHM. n. 428. JACQ. Flor. Auſtr. V. 2. t. 115.

Weiſſer glatter Gänſerich. Germ. *White Cinquefoil.* Angl. *Potentille blanche.* Gall.

In ſyluis montoſis paſſim *im Bieniz.* Flor. Mai. Iun. Perennis.

reptans. 703. *Potentilla* foliis quinatis, caule repente, pedunculis vnifloris. LINN. Syſt. p. 479. n. 26. BOEHM. n. 426. BLACKW. t. 454.

Pharm. *Pentaphylli* ſ. *Quinquefolii* Radix, Herba.

Kriechendes Fünffingerkraut; Fünfblatt; Handblatt. Germ *Creping Cinquefoil, or Fire-leaved Graß.* Angl. *Quintefeuille.* Gall.

In locis arenoſis praeprimis *vor dem Windmühlenthore nach den Straſſenhäuſern zu* et in humidis vbique frequentiſſime, in muris quoque paſſim. Fl. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. Planta vulneraria, adſtringens in Gargarismatibus.

246. GEVM. L. G. 692. Märzwurz ſ. Garaffel. *Germ.* Avens. *Angl.* Bendoîte. *Gall.*

vrbanum. 704. *Geum* floribus erectis, fructibus globoſis villoſis, ariſtis vncinatis, nudis, foliis lyratis. LINN. Syſt. p. 480. n. 2. BOEHM. n. 433. CRANZ. Faſc. II. pag. 69. BLACKW. t. 253. *Fl. Dan.* t. 672.

Pharm. *Caryophyllatae* Radix, Herba.

Nelkenwurzel; Nägleinwurzel; Benediktenkraut; Benediktenwurz; Märzwurz; Garaffel; Haſenauge; Ygelkraut; Sanamundenkraut. Germ. *Common Avens, or Herb-Bennet.* Angl. *Benoite, ou Cariophillée.* Gall.

In locis vmbroſis et humidis, in alneto ad *Schönfeld*, in dumetis *bei dem Geſundbrunnen*; in ſyluis, v. c. *im Roſenthale, Plagwitzer und Zſchocherſchen Holze*, et ad ſepes paſſim. Fl. Mai. Iun. Perennis.

Vſ. Pabulum bobus, capris, ouibus, equis, ſuibus gratum. Radix vino et cereuiſiae addita cariophylli odore ea imbuere et ab aceſcentia praeſeruare dicitur. Radix quoque nuper a Cel. BVCHHAVE laudata eſt in febribus intermittentibus, vt remedium febrifugum praeſtantiſſimum.

nutans. 705. *Geum* floribus nutantibus, fructu oblongo: ariſtis plumoſis tortis CRANZ. Faſc. II. p. 70. n. 5. BOEHM. n. 432. *Fl. Dan.* t. 727.

Geum riuale. LINN. Syſt. p. 480. n. 5.

Pharm.

Pharm. *Gei riualis* ſ. *paluſtris*, vel *Coryophyllatae aquaticae*; *Benedictae ſylueſtris* Herba.

Waſſerbenedictwurz; Bergbenediktenwurz; Waſſerwurzel; Wieſengaraffel. Germ. *Water Avens.* Angl. *Benoite aquatique.* Gall.

In locis paludoſis ſyluaticis, in alneto ad *Schönfeld*; in dumetis *hinter den Kohlgärten*; in ſyluis e. g. *im Meckerſchen, Conneweitzer, Zſchocherſcheu Holze;* et in nemoribus, *im Roſenthale, Sommerfelder Holze etc.* Fl. Mai. Iun. Perennis.

Vſ. Hanc radicem ſaepe quoque curaſſe febres intermittentes, etiam protractas, nonnulli referunt in *Actis Academ. Scient. Stockh.* Vol. XVIII. pag. 118. ſeqq.

247. COMARVM. L. G. 664. Siebenfingerkraut. *Germ.* Comaret. *Gall.*

706. *Comarum* foliis pinnatis, petalis calyce minoribus. LINN. Syſt. p. 487. paluſtre.

Potentilla calyce colorato, petalis maiori. BOEHM. n. 425.

Siebenfingerkraut; purpurrothes Fünffingerkraut; Sumpfgänſekraut; Blutauge. Germ. Red *Marſh Cinquefoil.* Angl *Comaret ou Potentille rouge.* Gall.

In pratis vliginoſis et humidis ad margines alneti *nach Schönfeld;* ibidemque in ipſis pratis paſſim. Fl. Mai. Iun. Perennis.

CLAS-

Claſſis XIII.

POLYANDRIA

MONOGYNIA.

A. FLORE HERMAPHRODITO.

a) *Flores ſimplices, completi, 4— petali.*

248. PAPAVER. L. G. 704. Mohn. *Germ.* Poppy. *Angl.* Pavot. *Gall.*

* *Capſulis hiſpidis.*

hybridum. 707. * *Papauer* capſulis ſubgloboſis, toroſis, hiſpidis, caule folioſo, multifloro. LINN. Syſt. p. 489.

Un chter l. *Baſtard Mohn.* Germ. *Round rough-headed Poppy.* Angl. *Pavot hibride.* Gall.

In agris inter ſegetes paſſim. Flor. Iun. Iul. Annuum.

Obſ Capſulae ouatae, torulis canaliculatae, ſetis incuruis rigidis, ſurſum ſpectantibus denſe armatae. Setae *caulinae* adpreſſae. Folia *caulina* ternato-pinnatifida.

Argemone. 708. *Papauer* capſulis clauatis, hiſpidis, caule folioſo, multifloro LINN. Syſt. p. 489. n. 2. SCHREB. Spicil. p. 23 n 933. *Fl. Dan.* t. 867.

Keelenförmiger Mohn; *kleiner Mohn*; *Argemonröslein Sandmohn.* Germ. *Long rough-hea-ded Poppy.* Angl. *Pavot à maſſue.* Gall.

In

In agris inter ſegetes vulgare. Flor. Iun. Iul. Annuum.

Obſ. Folia hirſuta pinnata; pinnis profundius laciniatis. Caules pede altiores, pilis denſis minutiſſimisque tecti. Capſulae oblongae, pilis hiſpidis ſurſum ſpectantibus obſeſſae. Flores ex ſanguineo purpurei.

** *Capſulis glabris.*

709. *Papauer* capſulis glabris, globoſis, caule piloſo, multifloro, foliis pinnatifidis inciſis. LINN. Syſt. pag. 490. n. 5. BOEHM. n. 303. BLACKW. t. 2. Rhoeas.

Pharm. *Papaueris Erratici* ſ. *Rhoeadis* Herba, Flores.

Klapproſen; *Klatſchroſen*; *falſche Kornroſen*; *Flitſchroſen*; *rother Mohn*; *wilder Mohn*; *Schnallen* Germ. *Wild or Red-Field Poppy*. Angl. *Coquelicot des jardins; Pavot ſauvage, ou rouge*; *Confanons*. Gall.

In agris cultis praecipue arenoſis copioſiſſime. Fl. Iun. Iul. Annuum.

Obſ. Calyx 2—phyllus, hirſutus, mox deciduus. Petala 4, regularia, ſubrotunda, obtuſa, integra, purpurea, verſus baſin ſtriis nigris notata. *Caul.* erectus, teres, ex rubello-viridis, hiſpidus, pilis patentibus obſeſſus. *Fol* alterna, lanceolata, apice in ſpinulam paruam abeuntia, piloſa, pinnatifida, obtuſa, dentata. Pedunculi longi, hiſpidi, 1—flori. *Styl.* 3. *Stigma* radiatum violaceo-purpureum. *Capſ.* obverſe ouata, glabra, maturitate ex albido-flaueſcens. *Sem.* plurima, ſubrotunda, fuſca, glabra.

Vſ. Folia tenella in Irlandia in pulmentis adhibentur eduntur que. Flores in infuſo, puluere aut extracto vtiliſſime dentur in morbis pectoris. Semina ſomnum ciere feruntur.

710. *Papauer* capſulis oblongis, glabris, caule multifloro, ſetis adpreſſis, foliis pinnatifidis inciſis. LINN. Syſt. p. 490. n. 6. SCHREB. Spicil. p. 23. n. 934. JACQ. Flor. Auſtr. t. 25. dubium.

Rothe

Rothe Klatſchroſen; Feldmohn; Ackermohn, Kornroſen. Germ. *Long ſmooth-headed Poppy.* Angl. *Pavot douteux.* Gall.

In agris minus fertilibus inter ſegetes. Flor. Iun. Iul. Annuum.

Obſ. Fol. fere bipinnata, hirſuta, pinnis acute inciſis. *Caulis* firmis et denſis piiis obſeſſus, contra verſus terram magis patentibus. *Capſ.* oblonga, glabra, ſtigmate radiato tecta. *Sem.* numeroſa, ſubrotunda, fuſca.

ſomniferum. 711. *Papauer* calycibus capſulisque glabris, foliis amplexicaulibus inciſis. LINN. Syſt. p. 490. n. 7. BOEHM. n. 304. CRANZ. Faſc. II. p. 138. n. 2. BLACKW. tab. 482.

Var. a) *Papauer* ſeminibus albis.
b) *Papauer* ſeminibus nigris.

Pharm. *Papaueris Albi* Herba, Semina, Capitula. Var. b) *Papaueris Nigri* Semina, Capitula.

Gemeiner Mohn; ſchlafmachender Mohn. Var. a) *weiſſer* l. *Gartenmohn.* b *Schwarzer Mohn; zahmer Feldmohn.* Germ. *Common Garden, or White or black Poppy.* Angl. *Pavot des boutiques, ou des jardins.* Var. a) *Pavot blanc,* b) *Pavot noir.* Gall.

In agris cultis paſſim ſponte, ſed maxime in hortis oleraceis et agris colitur. Flor. Aeſtate. Annuum.

Vſ. E capitibus huius ſpeciei imprimis var. a) ſauciatis lac ſtillat, quod, poſt exſiccationem perfectam, *Opium* audit. Praeſtantiſſimum vero eſt *Opium* album, *Maſlak*, dictum, quod cariſſimum eſt et ab ipſis magnatibus in patria expetitum; dehinc rariſſime ad nos fertur. *Thebaicum* contra Opium, nobis officinale, vulgatiſſimum eſt in Oriente, plebis vſui inprimis inſeruiens. Paratur enim ſola contuſione et expreſſione capitum Papaueris, ſubſequente inſpiſſatione ſpontanea in aëre libero. Seminibus Papaueris omnino ineſſe vim paregoricam, ſaepius obſeruaui in iis, qui in magna copia his vſi ſunt. Attamen vero his ſeminibus Gallinae veſcuntur impune, et ab Italis, Polonis, Sileſiacis et Saxonibus etc. cibis farinaceis

naceis admiſceri ſolent. Semina enim trita, deinde pane albo commixta atque in turundarum formam redacta, quibus denique lac et Syrupus communis infundi ſolet, cibum exhibent iucundiſſimum (*Mohnpillchen*) puellis Luſatiae inferioris ad li a ducenda conuenientibus. Flores apibus pabulum ſuauiſſimum.

249. CHELIDONIVM. L. G. 603. Schöllkraut. *Germ* Celandine. *Angl.* Eclaire. *Gall.*

712. *Chelidonium* pedunculis vmbellatis, lobis ſubrotundis, caule piloſo. LINN. Syſt. p. 489. BOEHM. n. 305. BLACKW. t. 91. *Fl. Dan.* t. 542. maius.

Pharm. *Chelidonii Maioris* Radix, Herba.

Groſſes Schöllkraut; *Gilbkraut*; *Schöllwurz; Blut-May-Schwalbenkraut; Schwalben-Gold-Lichtwurz; Gottesgabe*; *Herrgottsblatt.* Germ. *Common Greater Celandine.* Angl. *Grande Chélidoine, ou éclaire.* Gall.

In ruderatis ad ſepes vbique. Flor. per totam fere aeſtatem.

250.* ACTAEA. L. G. 700. Chriſtophskraut; Schwarzwurz. *Germ.* Bane-berries. *Angl.* Chriſtophoriane. *Gall.*

713. * *Actaea* racemo ouato, fructibus baccatis. LINN. Syſt. p. 488. *Fl. Dan.* t. 498. ſpicata.

Pharm. *Actaeae* Radix.

Aehrenformige Schwarzwurz; *Chriſtophwurz*; *Chriſtophelskraut; heidniſch Wundkraut; ſchwarze Nieſſwurz*; *Wolfswurz; Schwarzkraut.* Germ. *Common black-berried Herb Chriſtopher.* Angl. *Herbe de St. Chriſtophle.* Gall.

In ſyluis vmbroſis, paſſim in *ſylua Academica* nuper mihi occurrit. Fl. Mai. Iun. Perennis.

Vſ. Herba capri et oues veſcuntur. Baccae a nonnullis ſuſpectae et venenatae ſunt habitae.

b) *Flo-*

b) *Flores 5— petali.*

251. CISTVS. L. G. 72?. Ciſtenröslein. *Germ.* Little Sun-Flower. *Angl.* Ciſte. *Gall.*

Helianthemum. 714. *Ciſtus* ſuffruticoſus, procumbens; ſtipulis lanceolatis, foliis oblongis, reuolutis, ſubpiloſis LINN. Syſt. p. 500. BOEHM. n. 398. (ſub *Helianthemo*). *Fl Dan.* t. 101.

Sonnengünzel; Sonnenblümlein; Sonnenröslein; *Heidenyſop* ſ. *Schmuck*; *Eliſabethblümchen*; *Ciſtenröslein.* Germ. *Yellow dwarf Ciſtus, or Little Sunflower.* Angl. *Ciſte, Hélianteme, ou Fleur du ſoleil.* Gall.

In paſcuis et pratis, *am Bieniz unten auf der Wieſe* copioſe. Fl. Mai Iun. Perennis.

252. TILIA. L. G. 717. Linde. *Germ.* Lime-tree. *Angl* Tilleul. *Gall.*

vulgaris. 715. *Tilia* foliis acuminatis, ſerratis, ſubhirſutis, fructibus quadrangularibus ſubpiloſis. MILL. Dict. n. 2. DV ROI Harbk. II. n. 461. SERT. Lipſ. n 10?.

Tilia Europaea, floribus nectario deſtitutis. LINN. Syſt. p. 493. BOEHM. n. 397. BLACKW. t. 469. CRAM. tab. 9.

Var. α) *Tilia* femina foliis maioribus.

Pharm. *Tiliae* Cortex, Flores, Carbo.

Europäiſche Linde; gemeine ſ. *weiche Waſſerlinde; breitblättrige* ſ. *groſſe Linde*; *Sommerlinde*; *frühe Linde.* Germ. *Common Lime, or Linden-tree.* Angl. *Tilleul.* Gall.

In aruis et campeſtribus. Var. α) *in der Allee* et in multis hortis; in nemoribus *im Roſenthale*, *im Sommerfelder Holze etc.* pagisque ante domos paſſim. Fl. Iun. Iul. Arbor.

Vſ. Arbor in ambulacris et ſepibus praeſtantiſſima; foliis floribusque ſuaueolentibus vmbraque grata. Cortex aqua maceratus funibus maſſisque conficiendis aptus. Carbonibus pictores ad praeludia figurarum vtuntur. Lignum leue, glabrum, dehinc ad

ad ſimulacra a ſculptoribus, ad calcearia a ſutoribus. Eſt autem poroſum, qua de re ad vaſa liquores continentia ineptum.

716. *Tilia* foliis cordatis acuminatis inaequaliter ſerratis, fructibus 5 — locularibus, tomentoſis. MILL. Dict. n. 1. SERT. Lipſ. n. 105. cordata

Tilia femina folio minori. C. B. P. pag. 426. LINN. Syſt. Pl. Ed. R. T. II. p. 733. n. 1. var.

Harte Linde; *kleine, Stein, ſpäte Linde*; *Berg-Wald-Winterlinde*; *ſchmalblättrige Linde*. Germ. *Common green-twigged Lime*. Angl. *Tilleau*. Gall.

Creſcit cum priori. Fl. Aug. Septembr.

c) *Flores polypetali.*

253. NYMPHAEA. L. G. 709. Seeblume; Seeroſe. *Germ.* Water Lily. *Angl.* Nénufar. *Gall.*

717. *Nymphaea* foliis cordatis integerrimis, calyce pentaphyllo maiore. LINN. Syſt. p. 491. BOEHM. n. 544. BLACKW. t. 497. a. b. lutea.

Pharm. *Nymphaeae luteae* Radix, Flores.

Gelbe Seeblume ſ. *Roſe*; *Waſſerlilie*; *Waſſertulipane*; *gelbe Waſſerblume*; *Weyherroſe*; *Nixblume*; *Plumpen*; *Kannenplumpen*; *Mummeln*; *gelbe Seekandel*. Germ. *Yellow Water Lily*. Angl. *Nénufar jaune*. Gall.

In aquis ſtagnoſis, foſſis, piſcinis et fluuiis vbique, maxime *im Gerberwaſſer*. Flor. Iunio Iulio. Perennis.

Vſ. E radicibus foliisque ſues pingueſcunt. Fumo tineae et grylli domeſtici pelluntur. Flores coriis parandis apti.

718. *Nymphaea* foliis cordatis, integerrimis, calyce quadrifido. LINN. Syſt. pag. 491. BOEHM. n. 545. BLACKW. tab. 498. a. b. et 499. Radix. *Fl. Dan.* tab. 603. alba.

Pharm. *Nymphaeae albae* Radix, Flores.

Weiſſe Seepuppe ſ. *Seeroſe*; *weiſſe Weyherroſe*; *weiſſe Waſſerblume*; *weiſſe Seekandel*; *Waſſermöhre*; *Herkuleswurz*; *Waſſertulpe*; *Kollerwurz*; *Waſſer-*

 mann-

männchen. Germ. *White Water Lily.* Angl. *Nénufar blanc.* Gall.

In iisdem locis cum priori, maxime in fluuio *Bahre* ſic dicto, *nach Schönfeld*, et in Pliſſa *nach Groß-zſchocher etc.* Fl. Iun. Iul. Perennis.

DIGYNIA.

254. PAEONIA. L. G. 737. Pfingſtroſe; Gichtroſe. *Germ.* Peony. *Angl.* Pivoine. *Gall.*

officinalis. 719. * *Paeonia* foliolis oblongis. LINN. Syſt. pag. 502. SCHOLL. Barb. p. 285. n. 70.

α) femina α) *Paeonia* foliis difformiter lobatis. HALL. Helvet. 311. BLACKW. t. 65.

β) maſcula β) *Paeonia* foliis lobatis ex ouato-lanceolatis. HALL. Helvet. 311. BLACKW. t. 245.

γ) *Paeonia* flore pleno.

Pharm. *Paeoniae* Radix, Flores, Semina.

Pfingſtroſe; gebräuchliche Gichtroſe ſ. *Paeonien; Bingenroſe; Königsblume.* Germ. *Officinal Peony; Male or Female Peony* Angl. *Pivoine Male ou Femelle.* Gall.

In hortis praeprimis colitur; ſed paſſim in Horto *Boſiano* var. γ) nunc quaſi ſpontanea facta eſt. Flor. Maio et Iunio. Perennis.

Vſ. Radices recentes maxime var. α Amylum exhibent album, mite et bene glutinoſum. Radix inſuper laudatur in Epilepſia, eclampſia infantum, tuſſi conuulſiua et menſtruis retentis etc.

TRIGYNIA.

255. DELPHINIVM. L. G. 736. Ritterſporn. *Germ.* Larks-Spur. *Angl.* Delphinette. *Gall.*

Conſolida 720. *Delphinium* nectariis monophyllis, caule ſubdiuiſo. LINN. Syſt. p. 503. BOEHM. n. 54. BLACKW. t. 26. *Fl. Dan.* t. 683. KERN. B. II. p. 94. t. 154.

Pharm.

Pharm. *Conſolidae Regalis* ſ. *Calcatrippae* Flores, Herba.

Feld-Korn-Ritterſporn; *Ritterſpiel*; *Spornblume*; *Lerchenklauen*; *Hornkümmel*. Germ. *Wild Larks-Spur*, *or* Royal *Conſound*. Angl. *Dauphin des bles*; *Delphinette* Royale, *ou Pied d'Alouette*. Gall.

In agris inter ſegetes ſecalinas, maxime *bei der Tobaksmühle* et verſus *Stötteritz*, porro poſt pagum *Kriphne*, alibique etiam frequens. Fl Iun. Iul.

Obſ. Haec quoad colorem valde variat, nam hinc flore albo aut carneo, illinc rubro aut purpureo deprehenditur: et in hortis ſaepius flore pleno varie colorato.

Vſ. Succus recenter expreſſus viridi et cum alumine mixtus caeruleo tingit, colore. Sicci flores Tabaco admiſcentur, vt gratior appareat magis, quam eudat. LINN. Flores apibus pabulum ſalutare.

721. * *Delphinium* nectariis monophyllis, caule ſimplici. LINN. Syſt. p. 505. n. 2. Aiacis.

Conſolida Regalis hortenſis, flore maiori vel minori, ſimplici vel multiplici. C. B. P. p. 142.

Einjähriger Ritterſporn ohne Seitenzweige; königlicher Ritterſporn; *zahmer* ſ. *Gartenritterſporn; groſſe Sporenblume*. Germ. *Royal Larks-ſpur*. Angl. *Dauphin cultivé*. Gall.

In omnibus hortis ſuburbanis ruſticaniſque; paſſim in pomariis, hortis oleraceis, ad ſepes etc. Flor. Aeſtate.

Hortos ob varios colores eleganter ornat haec planta.

PENTAGYNIA.

256. AQVILEGIA. L. G. 741. Akeley. *Germ.* Columbines. *Angl.* Ancolie. *Gall.*

722. * *Aquilegia* nectariis incuruis. LINN. Syſt. p. 505. WILDEN. Prodr. Berol. n. 568. LEYS. n. 527. BLACKW. t. 409. *Fl. Dan.* t. 695. vulgaris.

Pharm. *Aquilegiae* Herba, Flores, Semina.

Gemeiner Akeley; *Glockenblüme*; *unſer lieben Frauenhandſchuh.* Germ. *Wild or Garden Columbines.* Angl. *Ancolie vulgaire.* Gall.

In nemoribus et ad ſepes paſſim; in hortis contra varie ludit. Fl. Mai. Iun. Perennis.

257. NIGELLA. L. G. 742. Schwarzkümmel; Nardenſaame. *Germ.* Fennel-Flower. *Angl.* Nielle. *Gall.*

Damaſcena. 723. * *Nigella* floribus inuolucro folioſo cinctis. LINN. Syſt. p. 506. n. 1.

Nigella anguſtifolia, flore maiore, ſimplici, caeruleo. C. B. P. p. 145.

Damaſceniſche Nigelle; *franzöſiſcher Schwarzkümmel* ſ. *Nardenſaame*; *Iungfer im Graſe*; *Schabab.* Germ. *French Fennel Flower.* Angl. *Nielle de Damaſcene.* Gall.

In hortis oleraceis paſſim: frequentius in hortis ſuburbanis ruſticanisque. Flor. Iul. et Auguſt. Annua.

ſatiua. 724. *Nigella* piſtillis quinis, capſulis muricatis, ſubrotundis, foliis ſubpiloſis. LINN. Syſt. p. 506. BOEHM. n. 414.

Pharm. *Nigellae ſ. Melanthii Semina.*

Zahmer ſ. römiſcher Schwarzkümmel; ſchwarzer Coriander; Spargenſaame; die Braut in Haaren. Germ. *Cultivated Fennel-Flower.* Angl. *Nielle cultivée.* Gall.

In hortis oleraceis et agris paſſim. Flor Iun. Iul. Annua.

Vſ. In Oriente haec ſemina pani inſperguntur domeſtico, vti apud nos Semina Carui.

aruenſis. 725. *Nigella* piſtillis quinis, petalis integris, capſulis turbinatis. LINN. Syſt. p. 506. BOEHM. n. 415.

Ackernardenſaame; *teutſche Kornnigelle*; *Schwarzkümmel*; *Ledichtblume.* Germ. *German Corn Nigella.* Angl. *Nielle des champs*; *Toute Epice.* Gall.

In agris inter ſegetes ad *Gohlis* et in hortis oleraceis. Fl. Iun. Iul. Annua.

Vſ.

Vſ. Ruſtici ſeminibus ad cibos condiendos vtuntur.

POLYGYNIA.

a) *Flores incompleti; calycibus nullis.*

258. CLEMATIS. L. G. 754. Waldrebe. *Germ.* Climber. *Angl.* Clematite. *Gall.*

726. *Clematis* foliis pinnatis: foliolis ouato-lanceolatis integerrimis, caule erecto: floribus pentaphyllis tetrapetalisue. LINN. Syſt. pag. 572. BOEHM. n. 309. *Fl. Dan.* t. 291. KERN. t. 184. erecta.

Pharm. *Flammulae Iouis* Flores, Herba.

Aufrechtſtehende Waldrebe. Germ. *Upright White Climber.* Angl *Clématite droite; Flammule; ou Herbe aux gueux.* Gall.

Ad ſepes hortorum oleraceorum et in multis hortis ſuburbanis etc. Fl. Iun. Iul. Perennis.

259. THALICTRVM. L. G. 755. Unſtetkraut; Wieſenraute. *Germ.* Meadow Rue. *Angl.* Pigamon. *Gall.*

727. *Thalictrum* foliolis lanceolato-linearibus, integerrimis. LINN. Syſt. pag. 513. n. 12. BOEHM. n. 308. JACQ. Hort. V. 3. t. 43. anguſtifolium.

Schmalblättriges Unſtetkraut ſ. *Wieſenraute.* Germ. *Narrow leaved Meadow Rue.* Angl. *Talitron à feuilles étroites.* Gall.

In pratis et locis paludoſis ſaepius ad foſſas *hinter Gunndorf*; in pratis *bei Lindenhayn* intra frutices copioſe. Fl. Iul. Perennis.

728. *Thalictrum* caule folioſo ſulcato, panicula multiplici erecta. LINN. Syſt. pag. 513. n. 14. BOEHM. n. 307. flauum.

Pharm. *Thalictri* Radix.

Gelbe ſ. *groſse Wieſenraute*, ſ. *falſcher Rhabarber; Heilblatt* Germ *Great Meadow Rue.* Angl. *Pigamon jaune; Talitron commun; la Rue des près.* Gall.

In pratis *bei dem Kuhthurme und der Vogelwieſe* et in dumetis inter prata *der groſsen Funkenburg* atque *Lateritiam*.

Vſ. Flores apibus pabulum et folia quoque luteo tingunt colore. Radix per os aſſumta vrinam flauo tingit colore.

260. CALTHA. L. G. 761. Dotter ſ. Schmalzblume. *Germ.* Marſh Marygold. *Angl.* Populage. *Gall.*

paluſtris. 729. *Caltha* flore ſimplici, foliis ſubrotundis, crenatis. LINN. Syſt. pag. 519. BOEHM. n. 446. *Fl. Dan.* tab. 668.

Dotter- ſ. *Kuhblume; Butterblume; Schmergeln; Schmalz-Bach-Mattenblume; Goldwieſenblume; teutſche Kapern.* Germ. *Yellow-flowered Marſh Marygold.* Angl. *Populage des marais, ou Souci de Marais.* Gall.

In pratis humidis verſus *Schönfeld; im Roſenthale;* in pratis Coriorum, *bei Pfaffendorf;* in Alnetis, nemoribus et aquis ſtagnantibus vbique. Fl. Aprili et iterum Autumno. Perennis.

Obſ. et *Vſ.* Boues hanc non tangunt. Flores nondum euoluti Capparidum loco praeparari ſolent.

261. ANEMONE. L. G. 751. Windblume; Küchenſchelle. *Germ.* Wind flower, or Paſque-flower. *Angl.* Silvie, ou Coquelourde. *Gall.*

* *Hepaticae. Flore ſubcalyculato.*

hepatica. 730. *Anemone* foliis trilobis integerrimis. LINN. Syſt. p. 509. CRANZ. Faſc. II. p. 121. SCHREB. Spicil. p. 39. n. 960. BLACKW. t. 207. *Fl. Dan.* t. 610.

Pharm. *Hepaticae Nobilis* Herba, Flores.

Leberkraut; edel Leberkraut; Güldenklee; Leberblume; Herzkraut; ſchwarz Blatterkraut. Germ. *Blue Hepacica.* Angl. *Hepatique des jardins, ou Trefle hepatique.* Gall.

In

In ſyluis vmbroſis elatioribus *im Oberholze bei Oeltſchau* Ill. SCHREB. olim detexit; ego quoque paſſim *im Bieniz*, et nuperrime *auf dem Knabenberge bei Pforte* copioſe reperi. Fl. Aprili.

Obſ. Varietates nonnullae apud nos in hortis plurimis reperiuntur.

*** Pulſatillae. Pedunculo inuolucrato, ſeminibus ecaudatis.*

731. *Anemone* pedunculo inuolucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis. LINN. Syſt. p. 570. n. 7. BOEHM. n. 543. CRANZ. Faſc. II. p. 123. *Fl. Dan.* t. 153. Pulſatilla.

Pharm. *Pulſatillae* Herba.

Küchenſchelle; Oſterblume; Beizwurz; blaue ſ. *große Küchenſchelle*; *Weinkraut*; *Tageſchlaf*; *graue, Berg-Mandel-Schlottenblume*; *Mutterblume*. Germ. *Common blue Paſque-Flower*. Angl. *Pulſatille*; *Coquelourde ou Herbe au vent*. Gall.

In campis montoſis, ſiccis et ſterilioribus, *auf dem Sandberge am Bieniz*, in paſcuis elatioribus poſt pagum *Kriphane* verſus *Tiefenſee*. Flor. Mart. April. Perennis.

Vſ. Succus corollae viridem exhibet colorem atrimenti loco adhibendum. Herba caprae ouesque paſcuntur. Pan. Suec.

732. * *Anemone* pedunculo inuolucrato, petalis apice reflexis, foliis bipinnatis. CRANZ. Faſc. II. pag. 123. LINN. Syſt. p. 510. n. 8. *Fl. Dan.* t. 611. pratenſis.

Pharm. *Pulſatillae nigricantis* Herba.

Wieſenwindblume ſ. *ſchwarze Küchenſchelle*; *kleine Oſterblume*; *Biß-* ſ. *Bitzblume; kleine Bißwurz*; *Wieſen Anemone*. Germ. *Smal blackiſh flowered Pasque Flower*. Angl. *Anemone, ou Silvie des prés*. Gall.

In pratis humidis ad *Schönfeld* et *auf den Roſenthaler Wieſen*. Fl. Aprili.

Vſ. Herba a *Stoerkio* in oculorum affectibus laudatur.

*** *Anemonoïdeae. Flore nudo, ſeminibus ecaudatis.*

ſyluestris. 733. * *Anemone* pedunculo nudo, ſeminibus rotundis, hirſutis, muticis. LINN. Syſt. p. 510.

Wald Kuchenſchelle ſ. *Windblume*; *weiſſe groſse Windroſe*; *Windröslein.* Germ. *Wood-Anemone.* Angl. *Anémone ſauvage.* Gall.

In nemoribus montoſis, paſſim *im Bieniz* anno praeterito inueni. Fl. Maio.

nemoroſa. 734. *Anemone* ſeminibus acutis, foliolis inciſis, caule vnifloro. LINN. Syſt. p. 511. n. 23. BOEHM. n. 548. *Fl. Dan.* t. 549.

Anemone nemoroſa alba. CRANZ. Faſc. II. pag. 121.

Pharm. *Ranunculi Albi* Flores.

Haimwindblume; *Storchblume*; *Waldhähnchen*; *weiſſe Windblume*; *weiſſer Waldhahnenfuß*; *weiſſe Apriblume.* Germ. *Common White or wood Anemone.* Angl. *Silvie blanche, ou Anémone des bois.* Gall.

In nemoribus frequens; *im Roſenthale*, *im Macherſchen Holze*, *in der Kämmerei bei Nauendorf*; *in der Prellheide auf dem Tiefenſeer Antheile etc.* Flor. Mart. April. Perennis.

Obſ. Petalorum corollae numerus in hac ſpecie eſt diuerſus: mox ſex, mox ſeptem vel nouem deprehendi. Folia ſub initio in tres membranas concauas abeuntia, poſtea digitata, inciſo ſerrata. Caulis rotundus, ſparſim ſetis obſeſſus. Pedunculus tenuis, mollis, pilis inſtructus. Radix horizontalis, longa, tenuis, fibrillulis ornata. Herba bobus excitat dyſenteriam, dehinc e campis exſtirpanda.

Ranunculoides. 735. *Anemone* ſeminibus acutis, foliolis inciſis, petalis ſubrotundis, caule ſubbifloro. LINN. Syſt. p. 311. n. 15. BOEHM. n. 547. *Fl. Dan.* t. 140.

Gelbes Waldhänchen; *kleines Goldhänchen.* Germ. *Yellow Wood Anemone.* Angl. *Silvie jaune.* Gall.

In pratis et ſyluis, copioſe *im Roſenthale*, *Zſchocherſchen*, *Gonnewitzer Holze etc.* et alibi. Fl. April. Mai. Perennis.

Obſ.

Obſ. Variat pedunculis 1—3 floris. Corolla contra petalis 4—8—10; et numero ſtaminum.

262. TROLLIVS. L. G. 758. Troll - ſ. Engelblume. *Germ.* Globe Ranunculus. *Angl.*

736. *Trollius* corollis conniuentibus, nectariis longitudine ſtaminum. LINN. Syſt. p. 518. BOEHM. n. 549. *Fl. Dan.* t. 133. Europaeus.

Europäiſche Engelblume; Dotterblume; gefüllte Bergranunkel; Alpen Hahnenfuß. Germ. *European Globe, Flowery Globe Crowfoot, or Trollflower.* Angl. *Trolle globuleux.* Gall.

In pratis humidis *hinter Kleindölzig; bei der Schönfelder Mühle; im Hegegraſe bei Kriphâne,* ibidem *auf dem Behomot.* Fl. Iun. Iul.

b) *Flores ſimplices, completi, calycibus inſtructi.*

263. Ranunculus. L. G. 757. Hahnenfuſs. *Germ.* Butter-Cups; Crowfoot. *Angl.* Rénoncle. *Gall.*

* *Foliis ſimplicibus.*

737. *Ranunculus* foliis ouato-lanceolatis, petiolatis, caule declinato. LINN. Syſt. p. 515. BOEHM. n. 444. *Fl. Dan.* t. 572. Flammula.

Var. α) *Ranunculus* foliis integerrimis.

β) *Ranunculus* foliis ſubdentatis.

Kleiner Sumpfhahnenfuß; Egelkraut; klein Speerkraut; Gichtkraut. Germ. *Small Crowfoot, or Leſſer Spear-Wort.* Angl. *Rénoncle petite; Douve.* Gall.

In paſcuis et locis vliginoſis, *nach der Leimgrube;* porro in pratis Schoenfeldicis et alibi. Flor. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. Galli hac herba ob acritatem ſummam vtuntur pro veſicatoriis. Pecora et iumenta reſpuunt.

738. *Ranunculus* foliis lanceolatis, caule erecto. LINN. Syſt. p. 515. n. 3. BOEHM. n. 445. *Fl. Dan.* t. 754. Lingua.

Großer grasblättriger Sumpfhahnenfuß ſ. *Speerhahnenfuß.* Germ. *Great Spearwort, or Large Crowfoot.* Angl. *Rénoncle grand Douve.* Gall.

In locis paludoſis, *unten am Gickerlingsberge*, et in foſſis *nach Schönfeld*, ibidemque ipſis in pratis, etiam iisdem in locis ad *Lindenau*. Flor. Iun. Iul. Perennis.

** *Foliis diſſectis et diuiſis.*

auricomus. 739. *Ranunculus* foliis radicalibus ſubreniformibus, tripartitis, acute crenatis; caulinis digitatis, linearibus. LEYS. n. 548.

Ranunculus foliis radicalibus reniformibus, crenatis, inciſis; caulinis digitatis linearibus, caule multifloro. LINN. Syſt. p. 516. n. 15. CRANZ. Faſc. II. p. 112. n. 3. BOEHM. n. 442. *Fl. Dan.* t. 665.

Goldgelber Hahnenfuß; *Waldſchmergel*; *Jüſſer* ſ. *wohlriechender Waldhahnenfuß*; *Goldhähnlein.* Germ. *Sweet-ſcented Woot Crowfoot.* Angl. *Rénoncule printanniére, ou des bois.* Gall

In pratis et ſyluis, paſſim *im Roſenthale* et *Univerſitätsholze.* Fl. Mai. Iun.

In Zeylona habitat: copioſe quoque apud nos in hortis colitur. Flor. Iul. in Septembrem vsque. Annua

Obſ. Vires easdem ac prior habet.

296.

296. PRVNELLA. L. G. Braunelle. *Germ.* Selfheal. *Angl.* Brunelle. *Gall.*

815. *Prunella* foliis omnibus ouato-oblongis, ſerratis, petiolatis, calycibus labio ſuperiore truncato, ſubtridentato. LINN. Syſt. p. 547. BOEHM. n. 116. Brunella. RIV. Monop. t. 29. BLACKW. t. 24. vulgaris.

Pharm. *Prunellae* ſ. *Conſolidae minoris* Herba.

Gemeine Braunelle; Gottheil; Braunheil; St. Antoniuskraut Germ. *Common Selfheal.* Angl. *Brunelle commune* Gall.

In pratis poſt Hortum *Winklerianum* et *Reichelianum etc.* in paſcuis et ſyluis vbique, praecipue *im Roſenthale, Zſchocherſchen Holze etc.* Fl. Iun. – Aug. Perennis.

816. *Prunella* foliis omnibus ouato-oblongis, latioribus, ſerrulatis, calycis labio ſuperiore profunde trilobo. grandiflora.

Prunella foliis integris, vix dentatis, ſpica foliis maiore. HALL. 637. BOEHM. n. 117. JACQ. Flor. Auſtr. Vol. 4. t. 377.

Prunella caerulea magno flore. C. B. P. pag. 261. LINN. Spec. Pl. II. p. 837. var. β.

Var. α) *Prunella* flore caerulaeo.

Groſsblühende Braunelle. Germ. *Greater Flowered Self-heal.* Angl. *Brunelle à fleurs grands.* Gall.

In pratis, copioſe *hinter Kleindölzig,* porro *auf der Rückmarsdorfer Wieſe* paſſim reperi. Flor. Iul. Aug. Perennis.

817. * *Prunella* foliis ouato-oblongis, petiolatis: ſupremis quatuor lanceolatis, dentatis. LINN. Syſt. p. 547. LEYS. n. 605. JACQ. Flor. Auſtr. Vol. 4. tab. 378. laciniata.

Aufgeſchlitzte Braunelle. Germ. *Jagged-leaved Selfheal.* Angl. *Brunelle à feuilles laciniées.* Gall.

In pratis et ſyluis montoſis, rarius *am* Bieniz *unten auf der Wieſe* nuperrime inueni. Flor. cum prioribus.

297.

297. ORIGANVM L. G. 784. Doſten; Wohlgemuth. Germ. Origanys. Angl. Origan. Gall.

heracleoticum. 818. * *Origanum* ſpicis longis pedunculatis aggregatis; bracteis longitudine calycum. LINN. Syſt. pag. 541. n. 9.

Origanum heracleoticum, Cunila gallinacea, Plinii C. B. P. p. 223.

Gemeiner Wintermajoran; *heracleotiſche Doſten*; *unächter Majoran*; *wilde Doſten.* Germ. *Winter Sweet Marjoran.* Angl. *Marjolaine d'Hyver; Grande Marjolaine.* Gall.

In Graecia habitat, ex qua olim in Europam eſt translata. Apud nos in hortis oleraceis paſſim colitur. Fl. Aeſtate in Autumnum.

Vſ. Folia in culinis adhibentur ad cibos condiendos.

vulgare. 819. *Origanum* ſpicis ſubrotundis, paniculatis, conglomeratis, bracteis calyce longioribus, ouatis. LINN. Syſt. p. 541. BOEHM. n. 132.

Origanum. RIV. tab. 60. BLACKW. t. 280. *Fl. Dan.* tab 638.

Pharm. *Origani Vulgaris* Herba.

Gemeine Doſten; Wohlgemuth; Felddoſten; *wilder Orant.* Germ. *Common wild Origanum.* Angl. *Origan vulgaire; ou ſauvage* Gall.

In nemoribus montoſis, paſſim *im* Bieniz. Fl. Iul. Aug. Perennis

Vſ. Lanam rubro vel purpuraſcente tingit colore. Theae ſuccedaneum: vt citius inebriet, additur cereviſiae fermentanti a *Weſtgothis.*

Maiorana. 820. *Origanum* foliis ouatis, obtuſis; ſpicis ſubrotundis compactis pubeſcentibus. LINN. Syſt. pag. 541. n. 11. BLACKW. t. 19.

Pharm. *Maioranae* Herba.

Gewöhnlicher ſ *zahmer Majoran*; *Sommermajoran.* Germ *Common Sweet Marjoran* Angl. *Marjolaine commune ou franche.* Gall.

Vſ Eſt optimum et praeſtantiſſimum Germanorum aroma.

298. CLINOPODIUM. L. G. 783. Wirbeldoſt. *Germ.* Field-Baſil. *Angl.*

821. *Clinopodium* capitulis ſubrotundis, hiſpidis, bra-ſteis ſetaceis. LINN. Syſt. p. 541. BOEHM. n. 30. vulgare.

Clinopodium. RIV. Monop. t. 43.

Gemeiner Wirbeldoſt; Hauptdoſt; Bettfuſs; falſcher Waldpolei. Germ. *Common Field-Baſil.* Angl. *Grand Baſilic ſauvage.* Gall.

In ſylvis montoſis, copioſe *im* Bieniz, *im Gunndorfer Holze; an dem Graben bei der Gonnewitzer Schanze*; ad margines pratorum ad *Stötteriz* verſus praedium *Weiſianum.* Fl. Iul. Aug. Perennis.

299. MELISSA. L. G. 786. Meliſſe ſ. Mutterkraut. *Germ.* Beaulm. *Angl.* Meliſſe. *Gall.*

822. * *Meliſſa* racemis axillaribus verticillatis; pedicellis ſimplicibus. LINN. Syſt. p. 524. n. 1. officinalis.

Pharm. *Meliſſe citrinae* Herba.

Gemeine Meliſſae ſ. Mutterkraut; Citronenkraut. Germ. *Common Beaum.* Angl. *Meliſſe, ou Citronelle.* Gall.

In hortis fere omnibus copioſe. Flor. Aeſtate.

B. ANGYOSPERMAE.

Flores ſimplices inaequales ſ. Perſonatae.

α) Calyces bifidi.

300. OROBANCHE. L. G. 841. Sommerwurz; Hanfmännchen. *Germ.* Broomrape. *Angl.* Orobanche. *Gall.*

823. * *Orobanche* caule ſimpliciſſimo, pubeſcente, ſtaminibus ſubexſertis. LINN. Syſt. pag. 573. n. 2. LEYS. n. 609. maior.

Oro-

Orobanche caule ſimplici, ſtipula vnica, calyce 4—fido. HALL Hiſt. n. 295. Orobranche. RIV. Monop. et t. 88.

Groſſe Sommerwurz; *Hanfwürger; böſer Heinrich*; *Löwenſchwanz.* Germ. *Great Broomrape.* Angl. *Grande Orobanche; Herbe aux Taureaux.* Gall.

In agris ſterilioribus et pratis ſiccis, et in nemoribus montoſis, paſſim *auf dem* Bieniz, atque in agris inter ſegetes *bei Rückmarsdorf* et *Nauendorf* anno 1788. detexi. Fl. Iun. Iul.

β) *Calyces quadrifidi.*

301. LATHRAEA. L. G.. 801. Schuppenwurz. *Germ.*

ſquamaria. 824. *Lathraea* caule ſimpliciſſimo, corollis pendulis: labio inferiore trifido. LINN. Syſt. pag. 550. n. 4. BOEHM. n. 134. BLACKW tab 450. GLED. *Naturgeſch. der einh. Pfl.* p. 246. Tab. XIII.

Pharm. *Squamariae* f *Dentariae* Radix.

Schuppenwurz; Schnapperwurz; *Ohnblatt; Maiwurz; St. Georgenkraut*; *Kaalkraut*; *Zahnkraut*; *Schwammkraut.* Germ. *Thootwort*; *Lungwort.* Angl. *Grande Dentaire*; *Clandeſtine à fleurs pendantes.* Gall.

In locis opacis et humidis, in alneto ad *Schönfeld*, ad alnorum radices, *an dem Gonnewitzer oder Streitholze, im Univerſitatsholze, am* Bieniz paſſim mihi occurrit. Fl. Mart. April. Perennis.

302. EVPHRASIA. L. G. 799. Augentroſt. *Germ.* Eye bright. *Angl.* Eufraiſe. *Gall.*

officinalis. 825. *Euphraſia* foliis ouatis, lineatis argute dentatis. LINN. Syſt. p. 549. n. 2. BOEHM. n. 148. BLACKW. t. 427.

Euphraſia. RIV. Monop. t. 132.

Var. α) *Euphraſia* minor non ramoſa.

Pharm. *Euphraſiae* Herba.

Ge-

Gewöhnlicher Augentroſt; *Augendienſt; Hirnkraut*; *lichter Tag; Tageleuchte*. Germ. *Eyebright of the Shops*. Angl. *Euphraſie ordinaire*. Gall.

In pratis et paſcuis humidis fere vbique, *auf den Schönfelder*, *Roſenthaler*, *Lindenauer Wieſen etc.* var. in locis ſteriliorihus, *nach dem Univerſitätsholze* Fl. Iul. Aug. Annua.

826. * *Euphraſia* foliis cordato-ouatis, acute ſerratis; calyce obtuſe dentato, caule magis ramoſo. rubra.

Rother Augentroſt. Germ.

In locis ſiccioribus elatioribusque *hinter Lindenau auf dem Walle*; porro *vor Meisdorf* et alibi. Flor. Iul. Aug.

Obſ. Haec autem proxime accedit ad ſequentem; ſed diſtinguitur habitu toto triſti; caule maiore flexuoſo; magis ramoſo, rarius ſimplici, pilis denſioribus obſeſſo; foliis ouatis, dentibus acutioribus longioribusque notatis, paullulum hirſutioribus; calyce maiore et obtuſe dentato; corolla ex albido rubra, vel tota rubella et denique loco natali. Illa enim humida et plurimis graminibus veſtita amat loca; haec autem modo arida, ſteriliora et arenoſa. Caeterum gaudent caules floribus ad vnum latus vergentibus.

827. *Euphraſia* foliis linearibus omnibus ſerratis. LINN. Syſt. p. 550. n. 4. BOEHM. n. 142. *Fl. Dan.* t. 655. odontites.

Brauner Augentroſt; *wild Tag und Nacht*; *Zahntroſt*. Germ. *Euphraiſe tardive*. Gall.

In agris *hinter dem Gerberwaſſer*; *auf den Aeckern nach Schönfeld*, *hinter den Kohlgärten* copioſe, et ibidem ipſis in pratis. Fl. Iul. Aug. Annua.

828. * *Euphraſia* foliis linearibus ſerratis: ſuperioribus integerrimis. LINN. Syſt. p. 550. n. ... LEYS n. 614. JACQ. Flor. Auſtr. Vol. 4. t. 398. Odontites flore luteo RIV. Monop. t. 91. lutea.

Gelber Augentroſt. Germ. *Yellow Eyebright*. Angl. *Euphraiſe jaune*. Gall.

In locis elatioribus et ſterilioribus; e. g. in collibus, *hinter Lindenau*, *nach Raſchwitz zu*; porro *vor Meisdorf* et alibi frequens. Fl. Iul. Aug.

303. RHINANTHVS L. G. 798. Hahnenkamm, *Germ.* Elephant's Head. *Angl.* Rhinanthe. *Gall.*

Criſta Galli. 829. *Rhinanthus* corollarum labio ſuperiore compreſſo, breuiore, calycibus glabris. POLLICH. Palat. n. 579. LINN. Syſt. pag. 549. n. 3. WILDEN. Prodr. Berol. n. 633.

Rhinanthus foemina corollarum labio ſuperiore breuiore compreſſo, calyce glabro. SCOP. Carn. pag. 480. Criſta Galli. RIV t. 92.

Alectorolophus calycibus glabris; foliis inter flores latioribus. BOEHM. n. 139.

Hahnenkamm; *Klaffer*; *Wieſenklapper*; *gelber Rodel*; *Läuſekraut*; *klingender Hans.* Germ. *Crête de coq, ou Pediculaire jaune.* Gall.

In paſcuis et pratis vbique. Fl. Iun. Iul.

Alectorolophus. 830. *Rhinanthus* corollarum labio ſuperiore compreſſo, breuiore, calycibus villoſis. POLLICH. Palat. n. 580.

Rhinanthus mas calycibus villoſis; auriculis galeae terminatis, nectario rotundato. SCOP. Carn.

Alectorolophus calycibus hirſutis, foliis inter flores latioribus. BOEHM. n. 138.

Glitſch; *Wieſenrodel*; *Rodelkraut.* Germ.

In pratis humidioribus, *auf den Roſenthäler*, *Lindenauer*, *Leutſcher Wieſen*, *bei dem Geſundbrunnen.* **Fl. cum priori.**

304. MELAMPYRVM. L. G. 800. Fleiſchblume; Kuhweizen. *Germ.* Cow-Wheat. *Angl.* Blé noir. *Gall.*

criſtatum. 831. *Melampyrum* ſpicis quadrangularibus, bracteis cordatis, compactis, denticulatis, imbricatis. LINN. Syſt. p. 550. SCHREB. Spicil. p. 13. n. 910. LEYS. n. 616.

Melampyrum criſtatum. RIV. t. 81.

Kamm-

Kammtragende Fleiſchblume. Germ. *Creſted Cow-Wheat.* Angl. *Melampire à crête.* Gall.

In nemoribus elatioribus, et ſterilibus, *im Bieniz, im Univerſitätsholze* et alibi. Fl. Iul. Aug.

832. *Melampyrum* ſpicis conicis laxis, bracteis dentato-ſetaceis, coloratis. LINN. Syſt. p. 550. n. 2. LEYS. n. 617. aruenſe.

Melampyrum aruenſe. RIV. Monop. t. 79.

Melampyrum ſpica denſa, longiori, foliis inter florem laciniatis, adſcendentibus BOEHM. n. 141.

Ackerfleiſchblume; Kuh- oder Wachtelweize; Mohrenweize; Schwarzweize; Acker-purpurrother Kuhweize; St. Petersblume. Germ. *Purple Cow-Wheat; Horle flower.* Angl. *Melampire des champs; Bléd noir; Rouge Herbe; Blé de vache.* Gall

Obſ. Semina panem reddunt caeruleſcentem et amarum, nec tamen noxium.

833. *Melampyrum* floribus ſecundis lateralibus, bracteis dentatis; ſummis coloratis ſterilibus, calyce lanato. LINN. Syſt. p. 550. n. 3. nemoroſum.

Melampyrum ſpica laxiſſima, foliis inter flores laciniatis, patentibus. BOEHM. n. 140. *Fl. Dan.* tab. 305.

Melampyrum nemoroſum. RIV. Monop. t. 80.

Hainfleiſchblume; Tag und Nacht; Ochſenweize. Germ. *Blue Cow-Wheat.* Angl. *Melampire violet.* Gall.

In nemoribus, copioſe *in dem Meckerſchen, Gonnewitzer, Raſchwitzer Holze etc.* Fl. Iun. Iul. Annua.

Obſ. Coma foliorum violacea: ſubtus lucente fulvo florum colore lucos vmbroſos ita exhilarat haec planta, ac ſi aulam ipſius Florae aut Aurorae intrares.

834. *Melampyrum* floribus ſecundis lateralibus; foliis coniugationibus remotis, corollis clauſis. LINN. Syſt. p. 550. n. 4. SCHREB. Spicil. p. 13. n. 911. pratenſe.

Wieſenkuhweize l. *Fleiſchblume; gelber Waldhirſe.* Germ. *Meadow Cow-Wheat.* Angl. *Melampire des près.* Gall.

In vmbroſis locis ad *Lindenthal*, *Breitenfeld*, *im Bieniz* et aliis nemoribus circa Lipſiam poſitis. Fl. Iun. Iul. Annua.

Obſ. Corollae rubellae ad labium ſanguineae obſeruantur.

Vſ. Sues Semina ſedulo inquirunt, et muſcum effodiunt. Vbi planta copioſiſſima, ibi etiam butyrum maxime omnium luteum et praeſtantiſſimum. LINN. Lapp.

ſyluaticum. 835. *Melampyrum* floribus ſecundis, lateralibus, foliis coniugationibus remotis, corollis hiantibus. LINN. Syſt. pag. 550. n. 5. SCHREB. Spicil. pag. 14. n. 912. WILDEN. Prodr. Berol. n. 638. *Fl. Dan.* t. 145.

Waldkuhweize. Germ. *Wild Cow-Wheat.* Angl. *Melampire des bois.* Gall.

In ſyluaticis, montoſis, *im Bieniz*, *Oberholze* paſſim. Fl. Iun. Iul. Annua.

Obſ. Differt a priori, corollis breuioribus, flauis et hiantibus.

γ) *Calyces quinquefidi.*

305. LIMOSELLA. L. G. 837. Sumpfkraut. *Germ.* Plantaginelle. *Gall.*

aquatica. 836. *Limoſella* foliis lanceolatis. LINN. Syſt. pag. 512. BOEHM. n. 35. LEYS. n. 620. WILDEN. Prodr. Berol. n. 549. *Fl. Dan.* t. 69.

Plantaginella. HALL. Ienenſ. pag. 23. tab. 6. fig. 2.

Waſſerſumpfkraut. Germ. *Limoſelle aquatique.* Gall.

In locis inundatis et ſtagnoſis, *bei dem Lindenthaler Hölzgen*, *bei Schönfeld* copioſe. Flor. Iun. Iul. Annua.

306.

306. SCROPHVLARIA. L. G. 814 Braunwurz. *Germ.* Figwort. *Angl.* Scrophulaire. *Gall.*

837. *Scrophularia* foliis cordatis, trineruiis, caule obtuſangulo. LINN. Syſt. pag. 560. n. 2. BOEHM. n. 149. RIV. Monop. t. 106. ſeq. BLACK . t. 87. nodoſa.

Pharm. *Scrophulariae Foetidae* Radix.

Knotige Braunwurz; Sau- urm-Feigwarzenwurz; Knotenkraut; Sauknoten, ſchwarzer, brauner Nachtſchatten Germ. *Great Figwort; Common Knobby-rooted Figwort.* Angl. *Grande Scrophulaire.* Gall.

Ad ſepes et ripas foſſarum, por in ſyluis, *im Roſenthale*, in foſſiculis pratorum *bei Kleindölzig etc.* Fl. iul. Aug. Perennis.

Vſ Decocto herbae lauantur Sues ſcabioſi. *Segu.* Flores pabulum apibus pergratum.

838. *Scrophularia* foliis cordatis obtuſis, petiolatis, decurrentibus, caule membranis angulato, racemis terminalibus. LINN. Syſt. p. 560. n. 3. BOEHM. n. 156. BLACKW. t. 86. *Fl Dan.* t. 507. aquatica.

Pharm. *Scrophulariae aquaticae* Herba.

Waſſer Braunwurz ſ. *falſche Waſſerbetonie; weiſſer Nachtſchatten.* Germ. *Water Betony, or Figwort.* Angl. *Scrophulaire aquatique; Betoine d'eau, ou Herbe du ſiege.* Gall.

In humidis ad foſſas, *bei dem Bieniz hinter Kleindölzig* copioſe. Fl. Iun. Iul. Perennis.

839. * *Scrophularia* foliis cordatis: caulinis ternis, pedunculis axillaribus, ſolitariis, bifidis. LINN. Syſt. p. 560. n. 11. WILDEN. Prodr. Berol. n. 647. *Fl. Dan.* t. 411. vernalis.

Scrophularia flore luteo. RIV. Monop. t. 186

Früjährige Braunwurz. Germ. *Yellow or Vernal Figwort.* Angl. *Scrophulaire jaune* Gall.

Ad ſepes et in locis aquoſis, paſſim *vor dem Roſenthale* inueni. Fl. initio veris.

307. * DIGITALIS. L. G. 816. Fingerhut. *Germ.* Fox-glove. *Angl.* Digitale. *Gall.*

purpurea. 840. * *Digitalis* calycinis foliolis ouatis, acutis, corollis obtuſis: labio ſuperiore integro. LINN. Syſt. pag. 562. n. 1.

α) Digitalis purpurea, folio aſpero. C. B. P. p. 243.
β) Digitalis alba folio aſpero. C. B. P. p. 244.

Pharm *Digitalis purpureae* Herba.

Rother Fingerhut. Germ. *Red Flowered Fox-glove.* Angl. *Digitale rouge.* Gall.

Habitat in Europa auſtraliore. Apud nos in hortis frequenter occurrit. Fl. Iun. Iul. Perennis.

ferruginea. 841. * *Digitalis* calycinis foliolis ouatis obtuſis, patentibus: corollae labio inferiore barbato. LINN. Syſt. p. 562. n. 6.

Digitalis anguſtifolio flore ferrugineo. C. B. P. p. 244. RIV. Monop t. 98.

Roſtfarbiger Fingerhut. Germ. *Iron coloured Fox-glove.* Angl *Digitale rouillé.* Gall

In Italia proprie habitat Apud nos contra in reiectamentis hortorum paſſim occurrit, et ſic in *Pomoerio Grimmenſi auf der Paſtei* nuperrime reperi. Praeterea in hortis ſplendidis, e. g. in *Winkleriano* ſub arboribus frequenter creſcit. Fl. Iul. et Auguſto. Perennis.

Obſ. Caul. ſtrictus, laeuis, 6—7— pedalis. *Fol.* ſeſſilia, oblongo-lanceolato-ouata, laeuia, lineis albidis longitudinalibus notata, integerrima. Racemus e ſingulis alis ſupremis erectus. Bracteae lineari-lanceolatae, reflexae. Pedunculi breuiſſimi, ſolitarii. *Calyc.* foliola ſuperiora 3 approximata. *Cor.* ventricoſa, inferne gibba, calyce multo longior, pubeſcens: laciniis 2 ſuperioribus obſoletis; lateralibus acutis; infima longiore, pilis molliſſimis obſeſſa. *Stam.* flexuoſa, 4. *Styl.* longitudine floris.

308. ANTIRRHINVM. L. G. 808. Orant; Dorant. *Germ.* Toad-flax, or Snap-dragon. *Angl.* Mufle de veau. *Gall.*

** Foliis angulatis.*

842. *Anthirrhinum* foliis cordatis, quinquelobis, alternis, cauſibus procumbentibus. LINN. Syſt. pag. 584. SCHREB. Spicil. p. 14. n. 913. LOB. n. 615. Cymbalaria.

Cymbalaria. RIV. Ord. t. 85.

Zymbel-Nabel-Flachskraut mit dem Epheublatte. Germ. *Ivy-leaved Toad flax.* Angl. *Cimbalaire ordinaire, Muflier à feuilles de Lierre* Gall.

Ad muros *in dem Boſiſchen Garten*, et in muris Templi St. Pauli valde copioſe. Fl. Iul. Aug.

Obſ. Succus ex herba recenter expreſſus admiſceri Aquae *Tophanae* falſe fertur.

843. *Antirrhinum* foliis haſtatis, alternis, caulibus procumbentibus. LINN. Syſt. p. 554. n. 3. BOEHM. n. 147. BLACKW. t. 170. *Fl. Dan.* t. 426. Elatine.

Erdwinde. Germ. *Yellow Sharp-pointed Fluellin, or Female Speedwell.* Angl. *Velvote, ou Elatine; Muflier auriculé.* Gall.

In aruis et agris, *bei der Leimgrube.* Fl. Iun. Iul. Annua.

844. *Antirrhinum* foliis ouatis alternis, caulibus procumbentibus. LINN. Syſt. pag. 554. n. 4. BOEHM. n. 146. ſpurium.

Falſcher Orant; rundblättrichte Erdwinde. Germ. *Round-leaved Fluellin.* Angl. *Velvotte femelle, ou Mufle de Veau des bleds.* Gall.

In aruis et agris ad pagum *Zſchöſen* porro *bei Mockau, Gonnewitz* et verſus *Rhöthe.* Fl. Iun. — Aug. Annua.

*** Foliis alternis.*

845. *Antirrhinum* foliis plerisque alternis, lanceolatis, obtuſis, caule ramoſiſſimo. LINN. Syſt. pag. 556. n. 28. minus.

Antirrhinum foliis longis, obtuſis, viſcidis, caule erecto ramoſiſſimo, calcare breui. BOEHM. n. 144. *Fl. Dan.* t. 552.

Linaria aruenſis minima. RIV. Monop. t. 84.

Kleiner Orant; Hundſchädel; kleine Kalbsnaſe, klein Berufkraut Germ. *Leaſt Toad-flax.* Angl. *Petit Muflier de Veau.* Gall.

In agris et muris paſſim. Fl. Iun. Iul.

Linaria. 846. *Antirrhinum* foliis lanceolato-linearibus, confertis, caule erecto, ſpicis terminalibus ſeſſilibus floribus imbricatis. LINN. Syſt. p. 557. n. 33. BOEHM. n. 143. BLACKW. t. 115.

Linaria. RIV t. 82.

Var. β. A. caule humiliore, foliis minoribus, anguſtioribus: floribus dimidio minoribus.

Pharm. *Linariae* Herba.

Lein- ſ. Flachskraut; Frauen-Marienflachs; wilder Flachs; leinkrautiger Orant; Scheißkraut; Katharinen-Lamm-Stallkraut. Germ. *Common or Large yellow Toad flax.* Angl. *Linaire ordinaire; Lin ſauvage.* Gall.

In collibus circa vrbem, ad ſepes hortorum et in agrorum marginibus, *bei Gohlis*: poſt hortos oleraceos et in paſcuis *hinter Markranſtädt.* Fl. Iun.—Aug. Perennis.

Vſ. In Suecia haec ob odorem graueolentem ad muſcas e domo abigendas adhibetur, et lacti recenti herba immiſſa inſecta occidere ſolent *Smolandi.*

*** *Foliis oppoſitis.*

aruenſe. 847.* *Antirrhinum* foliis ſublinearibus: inferioribus quaternis, calycibus piloſo-viſcidis, floribus ſpicatis, caule erecto. LINN. Syſt. p. 556 n. 17. LEYS. n. 626.

Ackerorant. Germ. *Corn blue Toad-flax.* Angl. *Mufle de Veau des champs.* Gall.

In agris arenoſis, ſterilibus, *bei Schönau, Nauendorf* et *Rückmarsdorf* inueni. Flor. Iun. — Aug. Annua.

****

**** *Corollis ecaudatis.*

848. * *Antirrhinum* corollis ecaudatis, floribus ſpicatis, calycibus rotundatis. LINN. Syſt. pag. 557. n. 40. LEYS. n. 629. maius.

Antirrhinum maius alterum folio longiore. C. B. P. p. 211.

Antirrhinum. RIV. Monop. t. 81.

Pharm. *Antirrhini* Herba.

Groſses Löwenmaul; *Kalbsnaſe* Germ. *Greater Snap-Dragon.* Angl. *Mufle de Veau*; *Oeil de Chat*; *Tête de Veau*; *Gueule de Veau*; *Mouron violet.* Gall.

In ruderatis paſſim; in collibus circa vrbem. Varietates contra in plurimis hortis valde frequenter occurrunt. Fl. per totam Aeſtatem.

Obſ. In Perſia, vbi haec planta ſponte creſcit, e ſeminibus exprimitur Oleum egregium, quod Turcice *Kunſchut Iagi*, Perſice autem *Kantſchut Roge* audit, et ibidem butyri loco comeditur.

849. *Antirrhinum* corollis ecaudatis, floribus ſubſpicatis, calycibus corolla longioribus. LINN. Syſt. p. 557. n. 41. BOEHM. n. 145. Orontium.

Antirrhinum aruenſe. RIV. t. 81. optime.

Hundskopf; *Kalbsnaſe*; *Orant*; *Teufelsband*; *wild Löwenmaul*; *Todtenköpfe.* Germ. *Leaſt Snap-Dragon.* Angl. *Muflier rubicond.* Gall.

In aruis inter ſegetes, *bei den Kohlgärten*, ad *Schönfeld etc.* Fl. Iun. Iul. Annua.

309. PEDICVLARIS. L. G. 804. Läuſekraut; Rodel, *Germ.* Rattle or Louſe-wort. *Angl.* Pediculaire. *Gall.*

850. *Pedicularis* caule ramoſo; calycibus criſtatis, calloſo-punctatis: corollis labio-obliquis. LINN. Syſt. p. 551. n. 1. paluſtris.

Pedicularis caule ramoſo, erecto, calyce bifido, BOEHM. n. 136. *Fl. Dan.* t. 225.

Pedicularis. RIV. t. 92.

Pharm. *Pedicularis aquaticae* Herba.

Sumpfrodel; *Läuſekraut.* Germ. *Marſh Louſe-wort.* Angl. *Pediculaire des marais.* Gall.

In pratis humidioribus, copioſiſſime in pratis *Schoenfeldicis* et alibi. Fl. Iun. Iul. Annua.

Obſ. Pratis inuiſa et pabulum pecoribus ingratum.

ſyluatica. 851. *Pedicularis* caule ramoſo, calycibus oblongis, angulatis, laeuibus, corollis labio cordato. LINN. Syſt. p. 551. n. 2.

Pedicularis caule ramoſo, procumbente, floribus ſparſis obtuſis. BOEHM. n. 137.

Pedicularis minor. RIV. t. 91.

Waldrodel; *Waldläuſekraut*; *Hundskoth.* Germ. *Red Rattle or Louſe-wort.* Angl. *Pediculaire des bois.* Gall.

In pratis, paſcuis ſyluaticis et humidis, *im Gonnewitzer*, *Zſchocherſchen Holze etc.* Fl. Iun. Iul. Annua.

CLAS-

Claſſis XV.

TETRADYNAMIA.

A. SILICVLOSAE.

a) *Silicula apice integra.*

310. DRABA. L. G. 864. Hungerblümchen. *Germ.* Drave. *Gall.*

852. *Draba* ſcapis nudis, foliis ſubſerratis, ſilicula ſtylo deſtituta. LINN. Syſt. p. 585. CRANZ. Faſc. I. pag. 11. BOEHM. n. 295. verna.

Frühjähriges Hungerblümchen; klein Täſchelkraut; Germ *Common Whithlon-graß.* Angl. *Drave printaniere.* Gall.

In aruis, campis ſteriliſſimis, agris incultis et hortis vbique valde frequens. Flor. April. Maio. Annua.

311. MYAGRVM. L. G. 860. Leindotter. *Germ.* Gold of Pleaſure. *Angl.* Cameline. *Gall.*

853. *Myagrum* ſiliculis obouatis: pedunculatis, polyſpermis. LINN. Syſt. p. 584. n. 7. BOEHM. n. 265. ſatiuum.

Var. *Myagrum* foliis auriculatis flore et ſemine minore.

Dotterkraut; Flachs ſ. *zahmer Leindotter; großer Leindotter; kleiner* ſ. *teutſcher Finkenſaamen; Oelſaamen.* Germ. *Common Gold of Pleaſure.* Angl. *Cameline cultivée; Seſame d'Allemagne.* Gall.

In agris inter ſegetes paſſim. Var. in muris et agris inter Linum verſus *Merſeburgum.* Fl. Iun. Iul. Annua.

 Obſ-

Obſ. Linicolis inuiſa planta. In Germania ſeritur ad oleum exprimendum in medicina, culina, oeconomia vtile. GOTT. Semina pro *Seſami* ſeminibus ſaepius venduntur. Caeterum ſemina cibus quoque Anſeribus gratus. SCHWENKF.

paniculatum. 854. *Myagrum* ſiliculis lentiformibus, orbiculatis, punctato-rugoſis. LINN. Syſt. p. 584. n. 4. SCHREB. Spicil. p. 21. n. 924. *Fl. Dan.* t. 204.

Büſchelförmiger Dotter; kleiner Leindotter; wilder Dotter; Finkenſamen. Germ. *Paniculated Gold of Pleaſure.* Angl. *Cameline paniculée.* Gall.

In agris paſſim, *vor dem Schönfelder Pförtchen* mihi occurrit, et in locis humidis gramina veſtitis e. g. *vor Pfaffendorf* ad fluuii ripam paſſim. Flor. Iun. Iul. Annua.

Obſ. Capſ. 2—locularis, lentiformis et punctis eleuatis adſperſa.

b) *Silicula apice emarginata.*

312. IBERIS. L. G. 868. Bauernſenf; Schleifenblume. *Germ.* Candy-Tuft. *Angl.*

nudicaulis. 855. *Iberis* herbacea, foliis ſinuatis, caule nudo ſimplici. LINN. Syſt. p. 589.

Iberis foliis pinnatis, caule nudo, non ramoſo. BOEHM. n. 292. *Fl. Dan.* t. 323.

Sandbauernſenf; Steinkreſſe; Heide-Sand-Berg-wilde Kreſſe; kleine Iberpflanze; kleine Schleifenblume. Germ. *Rock-Creß.* Angl.

In agris arenoſis ad viam *nach Schönfeld; hinter dem Bieniz; der Rückmarsdorfer Wieſe gegen über.* Fl. Mart. Aprili. Annua.

313. ALYSSVM. L. G. 869. Steinkraut. *Germ.* Madwort. *Angl.* Alyſſon. *Gall.*

incanum. 856. *Alyſſum* caule erecto, foliis lanceolatis, incanis, integerrimis, floribus corymboſis, petalis bifidis. LINN. Syſt. p. 590. n. 6. BOEHM. n. 796.

Be

Beſtaübtes Steinkraut; *weiß Schildbeſcinkraut*; *weiſſe Wegkreſſe*; *weiſſer Bauernſenf.* Germ. *Leaſt annual Madwort.* Angl. *Alyſſon vivace.* Gall.

In elatioribus arenoſis ſterilioribusque ad viam *nach Rückmarsdorf* et *Nauendorf* copioſe etc. Flor. Iul. Aug. Perennis.

857.* *Alyſſum* caulibus herbaceis, ſtaminibus omnibus calycinum. dentatis, calycibus perſiſtentibus. LINN. Syſt. pag. 590. n. 8. LEYS. n. 642. WILDEN. Prodr. Berol. n. 660. JACQ. Flor. Auſtr. V. 4. t. 338.

Teutſches Steinkraut. Germ. *Large annual Madwort.* Angl. *Alyſſon bouclier.* Gall.

In campeſtribus ſiccis paſſim, *bei Kleindölzig*, *vor Kleinzſchocher.* Fl. Iun. Iul.

314. COCHLEARIA. L. G. 867. Löffelkraut. *Germ.* Scurvy-graſs. *Angl.* Cuillére. *Gall.*

858.* *Cochlearia* foliis radicalibus cordato-ſubrotundis, officinalis. caulinis oblongis ſinuatis. LINN. Syſt. p. 588. n. 1. BLACKW. t. 227. *Fl. Dan.* t. 135.

Cochlearia folio ſubrotundo. C. B. P. p. 110.

Pharm. *Cochleariae* Herba.

Gebräuchliches Löffelkraut; *Scharbockskraut.* Germ. *Common Scurvy-graß.* Angl. *Herbe aux Cuillers.* Gall.

In agris oleraceis et hortis haud infrequens. Flor. Aeſtate.

Vſ. Planta inter medicamenta antiſcorbutica primaria, adeoque in hortis frequentiſſime colitur. In Islandia herba in minimas partes diſſecatur, et cum lacte acidulato, vel eius ſero, more olerum editur; condiunt quoque ſale culinari in magnis doliis et per hyemem ſeruant. Oues illam quidem auide eduntet valde pingueſcunt, ſed caro nauſeoſo inficitur ſapore. *Olaffen.*

859. *Cochlearia* foliis pinnatifidis, caule depreſſo. Coronopus. LINN. Syſt. p. 588. SCHREB. Spicil. pag. 22. n. 930. BLACKW. t. 120. *Fl. Dan.* t. 202.

Krä-

Krähenfüßartiges Löffelkraut; Krähenfuß; Schweinskreſſe. Hirſchhorn. Germ. *Swine's Creſſes; Crowsfood or Buck s-horn.* Angl. *Corne de Cerf des champs, ou Pied de Corneille; Ambroſelle ſauvage-* Gall.

In viis *vor dem Ranſtädter Thore, an der Ziegelſcheune, auf der Vogelwieſe, in der Leimgrube etc.* Fl. Iun. Iul. Perennis.

Armoracia. 860. *Cochlearia* foliis radicalibus lanceolatis, crenatis, caulinis inciſis. LINN. Syſt. p. 588. n. 6. BOEHM. n. 291. BLACKW. t. 415.

Pharm *Amoraciae* Radix virens.

Merrettig; Kreen. Germ. *Horſe Raddiſh.* Angl. *Grand Raifort ſauvage.* Gall.

In humidis et reiectamentis hortorum ſponte ad ripas fluminum et foſſas, *bei den Kohlgärten; auf der groſſen Funkenburg;* ad foſſiculas *bei Sellerhauſen;* praecipue autem apud nos in agris oleraceis colitur. Menſe Martio ſeritur, et ſubſequente anno floret Iun. Iul. Perennis.

Vſ. Armoracia in Germania in larga quantitate cum carne coquitur menſisque imponitur. Angli contra copioſe piſcibus eam addere ſolent. Succus recenter expreſſus lacte deſpumato commixtus exhibet egregium puellarum cosmeticum.

315. LEPIDIVM. L. G. 865. Kreſſe. *Germ.* Dittander. *Angl.* Paſſarage. *Gall.*

ſatiuum. 861. *Lepidium* floribus tetradynamis; foliis oblongis, multifidis. LINN. Syſt pag. 586. n. 9. BLACKW. tab. 23.

Pharm *Naſturtii hortenſis* Herba virens, Semina.

Zahme Gartenkreſſe. Germ. *Garden Dittander, or Garden Creß.* Angl. *Creſſon alénois, ou Naſitor.* Gall.

in hortis inter olera vbique cultum; paſſim ſponte ad hortorum ſepes. Fl. Iun. Iul

Vſ. Vernali tempore pro acetariis adhibetur herba.

862. *Lepidium* floribus diandris, apetalis, foliis radicalibus dentato pinnatis, ramiferis, linearibus, integerrimis. LINN. Syſt. pag. 587. n. 16. *Fl. Dan.* tab. 184. ruderale.

Naſturtium foliis imis multifidis, ſuperioribus integris, perangustis. BOEHM. n. 293.

Stinkkreſſe; *Hundeſeige; klein Beſenkraut.* Germ. *Narrow-leaved Wild Creß, or Dittander.* Angl. *Creſſon des ruines.* Gall.

In locis arenoſis et ruderatis vbique, *bei der Leimgrube*; ad muros limoſos *bei Fregs Guthe* copioſe etc. Fl. Iun. Iul. Annua.

Obſ. Cimices odore graui ingratoque pellere fertur.

863. * *Lepidium* floribus diandris tetrapetalis, foliis inferioribus lanceolatis, ſerratis; ſuperioribus linearibus integerrimis. LINN. Syſt. p. 587. n. 18. JAHN. n. 9. BLACKW. t. 312. Iberis.

Pharm. *Iberidis* Herba.

Iberpflanze; europäiſche Kreſſe. Germ. *Dittander called Iberis.* Angl. *Creſſon Iberide; Paſſerage.* Gall.

In ruderatis ad muros prope officinam lateritiam Meisdorfienſem et in agris oleraceis. Flor. Iul. Perennis.

316. THLASPI. L. G. 866. Täſchelkraut. *Germ.* Mithridate or Treacle Muſtard. *Angl.*

864. *Thlaſpi* ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis, dentatis, glabris. LINN. Syſt. pag. 581. n. 2. BOEHM. n. 289. BLACKW. t. 68. *Fl. Dan.* t. 793. aruenſe.

Pharm. *Thlaſpeos* Semina

Ackertäſchelkraut; *groß Täſchelkraut; Bauernkreſſe*; *Pfennigkraut*; *breiter Bauernſenf.* Germ. *Field Treacle Muſtard, or Penny Creß.* Angl. *Thlaſpi de monnoyer, ou à la larges ſiliques.* Gall.

In aruis et agris inter ſegetes valde frequenter, *nach der Leimgrube.* Fl. April. Mai. Annua.

Obſ. Boum lac, butyrum, carnes, ingrato ſapore inficere refert D. HAGSTROM.

865.

865. *Thlaſpi* ſiliculis ſubrotundis, foliis ſagittatis dentatis incanis. LINN. Syſt. p. 587. n. 6. BOEHM. n. 290. BLACKW. t. 409.

Feldtäſchelkraut; Feldtaſche; *Seckelſenf.* Germ. *Mithridate Muſtard, or Baſtard Creſs.* Angl. *Thlaſpi champêtre.* Gall.

In agris, locis argilloſis, campeſtribus fere vbique. Fl. April. Maio. Annua.

montanum. 866. * *Thlaſpi* ſiliculis obcordatis, foliis glabris: radicalibus ſubcarnoſis, obouatis, integerrimis, caulinis amplexicaulibus, corollis calyce maioribus. LINN. Syſt. pag. 587. n. 7. JACQ. Flor. Auſtr. Vol. 3. tab. 237.

Bergtäſchelkraut. Germ. *Mountain Mithridate Muſtard.* Angl. *Thlaſpi des montagnes.* Gall.

In locis elatioribus ſiccioribusque, *im Bieniz* paſſim, et in agris *bei Kleindölzig* et *Rückmarsdorf.* Fl. Mai. Iun.

Burſa Paſtoris. 867. *Thlaſpi* ſiliculis obcordatis, foliis lanceolatis, radicalibus pinnatifidis dentatis, caulinis ſagittatis. LINN. Syſt. p. 586. n. 11. BOEHM. n. 291. BLACKW. t. 5. *Fl. Dan.* t. 729.

Var. α) *Thlaſpi* foliis ſinuatis.

β) *Thlaſpi* foliis integris.

Pharm. *Burſae Paſtoris* Herba.

Hirtentäſchelkraut; *Dachskraut*; *Seckelkraut*; *Gänſekreſſe*; *Blutkraut*; *Beutelſchneiderkraut.* Germ. *Sheperd's Purſe.* Angl. *Tabouret, ou Bourſe à Berger, ou à Paſteur.* Gall.

In agris, cultis, ruderatis, muris limoſis et ad vias vbique. Flor. ab initio Veris in Autumnum vſque.

Vſ. Pabulum ouibus ſalutare.

B. SILI-

B. SILIQVOSAE.

a) *Calyce clauſo plus minusue longitudinaliter conniuente.*

317. RAPHANVS. L. G. 886. Rettig. *Germ.* Radiſh. *Angl.* Raifort. *Gall.*

868. *Raphanus* ſiliquis teretibus toroſis bilocularibus. LINN. Syſt. p. 603. n. 1. BOEHM. n. 268. Satiuus.

Var. α) *Raphanus* minor oblongus. C. B. P. p. 96.

β) *Raphanus* maior oblongus. BOERH. II, 11.

γ) *Raphanus* maior orbicularis vel rotundus. } C. B. P. l. c.

δ) *Rhaphanus* niger maior rotundus. }

Pharm. *Raphani Nigri* Radix.

Zahmer Rettig; *Knoll-* ſ. *Kantrettig*. Var. α) *Radieschen*; *Monatsradieschen*; *Raphanellen*; β) *groſser weiſſer Rettig mit langen Knollen*; *Sommer* ſ. *Waſſerrettig*; γ) *groſser weiſſer Rettig mit runden Knollen*; δ) *ſchwarzer* ſ. *Winterrettig.* Germ. *Common Radiſh.* Angl. *Raifort commune*; α) *Radis*; δ) *Ramenas ou Rammelas.* Gall.

In China proprie habitat, ex quo olim in Europam venit. Hae autem varietates enumeratae communiter coluntur in agris oleraceis et hortis fere omnibus ſuburbanis ruſticanisque. Var. α) quoque in locis pratenſibus graminoſis humidioribusque *vor Pfaffendorf und der Wachsbleiche*, atque *im Poëtengange* dictam ſparſim reperi. Fl. Maio in Auguſtum vsque. Rad. perennis.

Vſ. Succo acri, abſtergente, aperiente, flatus gignente pellenteque, ac vrinam mouente, bulbus ſcatet; dehinc contra Scorbutum et calculos laudatur. Caeterum in culinis vſitatiſſimus et inter acetaria alecata in nonnullis regionibus commiſceri ſolet. Bulbi quoque crudi cum ſale et pane frequentiſſime eduntur.

869.

Rhaphaniſtrum. 869. *Raphanus* ſiliquis teretibus, articulatis, laeuibus, vnilocularibus. LINN. Syſt. p. 603. n. 3. BOEHM. n. 267. *Fl. Dan.* tab. 678. KERN. B. II. pag. 98 tab. 166.

Ackerrettig; *Heidenrettig*; *Ackerkohl; wilder* ſ. *Bauernſenf*; *Schöndeſenf*; *Hederich* ſ. *Heiderich.* Germ. *Corn Jointed-podded Charlock.* Angl. *Rapiſtre ou Raifort ſauvage.* Gall.

In agris arenoſis inter ſegetes, praeprimis inter Hordeum et Auenum et haud infrequenter inter Secale vbique. Fl. Mai. in Aug. vsque Annua.

Obſ. Exſiccatam plantam hyeme bobus, prae ipue Vaccis ſaluberrimum pabulum exhibere, docuit Cel. *Krünitz.* Hominibus certe innoxium alimentum praebere herbam, experientia docuit; qua de re b. *Linn.* morbum *Raphaniam* dictum ex ſeminum farina pani immixta falſe deriuauit. Oues et equi herba lubenter veſcuntur.

318. ERYSIMVM. L. G. Hederich. *Germ.* Hedge Muſtard. *Angl.* Tortelle. *Gall.*

officinale. 870. *Eryſimum* ſiliquis ſpicae adpreſſis, foliis runcinatis. LINN. Syſt. p. 596. BOEHM. n. 273. BLACKW. tab. 28. *Fl. Dan.* t. 560.

Pharm. *Eryſimi* Herba.

Gewöhnlicher Hederich; *Wegeſenf; Kreuzkraut.* Germ. *Common Hedge Muſtard.* Angl. *Vélar, ou Tortelle.* Gall.

Iuxta muros, atque in plateis et ruderatis, ad ſepes et vias publicas vbique, e. g. *nach Lindenau, in der Leimgrube*, *an den Häuſern der Kohlgärten etc.* Fl. Iun. Iul.

Barbarea. 871. *Eryſimum* foliis lyratis, extimo ſubrotundis; ſiliquis obſolete tetragonis. LINN. Syſt. pag. 596. n. 2. BOEHM. n. 279. ſub *Siſymbrio.*

St. Barbenkraut; Waſſerſenf; *Winterkreſſe*; *Habichtskraut* Germ. *Wintercreſs, or Rocket.* Angl. *Herbe de St. Barbe*; *Barbarine d'Orient*; *Herbe au charpentier*; *Iulienne jaune.* Gall.

Ad

Ad foſſas et vias vbique; *bei der Leimgrube* et ad ripas fluuiorum frequens. Flor. Mai. Iun. Perennis.

Vſ. Editur cruda in Satura herbaria. Per totam hyemem folia legi poſſunt ſub niue, vbi virent. Planta antiſcorbutica.

872. *Eryſimum* foliis ſimplicibus, cordatis, retuſis. LINN. Syſt. p. 596. n 3. BOEHM. n. 281. ſub *Siſymbrio*. BLACKW. t. 372. Alliaria.

Leuchel; Knoblauchshederich; Ramſchelwurzel; Rauſchwurzel. Germ *Tack by the Hedge, or Sauce Alone* Angl. *Alliaire*; *Hérbe des Aulx.* Gall.

Ad ſepes paſſim et in ſyluis frequens, praecipue *im Roſenthale, im Zſchocherſchen, Sommerfelder- und Streitholze*; porro etiam paſſim *im Poetengange.* Fl. Mai Iun. Perennis.

Obſ Singularis alliacius odor in hac planta. Dum enim Vaccae hac veſcuntur, lac ſapore Alii imbuitur. Folia primo Vere intinctibus et ſalſamentis addi ſolent in nonnullis regionibus. Semina excitant ſternutationem.

873. *Eryſimum* caule ramoſiſſimo, foliis lanceolatis obliquis repando dentatis, ſiliquis patulis. LINN. Syſt. p. 697. n. 5. BOEHM. n. 287. ſub *Turrite. Fl. Dan.* t. 731. JACQ. Flor. Auſtr. t. 23. cheiranthoides.

Lackblumartiger Hederich; Levcojen; langſchötiger Leindotter; Schotendotter. Germ. *Tortelle à fleurs du Giroflier.* Gall.

In pratis *bei der Ziegelſcheune, und nach dem Kuhthurme.* Fl. Iun. Iul.

Obſ. Herba agris inuiſa.

319. * CHEIRANTHVS. L. G. 879. Lackblume; Levcoje. *Germ.* Stock Iuly Flower, or Gilliflower. *Angl.* Giroflier, ou Violier. *Gall.*

874. * *Cheiranthus* foliis lanceolatis, acutis, glabris, ramis angulatis, caule fruticoſo. LINN. Syſt. p. 597. n. 6. BLACKW. t. 179. Cheiri.

Leucoium luteum vulgare. C. B. P. p. 203.

Z Pharm.

Pharm. *Cheiri* Flores.

Gelbe Viole f. Veilchen; gemeiner Lack; *golden Lack*. Germ. *Common Yellow Wallflower*. Angl. *Giroſlier*, *ou Violier jaune*. Gall.

In Europa auſtrali habitat. Apud nos paſſim in muris et tectis paſſim reperitur, ſed frequentius in hortis fere omnibus colitur ibidemque multifarie ludit coloribus egregiis. Flor. Aprili et Maio. Perennis.

incanus. 875. * *Cheiranthus* foliis lanceolatis, integerrimis, obtuſis, incanis: ſiliquis apice truncatis, caule ſuffruticoſo. LINN. Syſt. p. 597. n. 11.

Leucoium incano folio, hortenſe. C. B. P. p. 200, n. 1, 2, 4, 5, 6, 7.

Ausdauernder Levcoje. Germ. *Stock Gilliflower*. Angl. *Giroflier blanc*. Gall.

In Hiſpaniae maritimis habitat: in noſtratibus hortis valde vulgaris, vbi coloribus pluribus variat. Fl. exeunte Vere in Aeſtatem vsque. Perennis.

annuus. 876. * *Cheiranthus* foliis lanceolatis, ſubdentatis, obtuſis, incanis: ſiliquis cylindricis apice acutis, caule herbaceo LINN. Syſt. p. 598. n. 12.

Leucoium incanum minus. C. B. P. p. 200.

Iähriger Levcoje. Germ. *Ten weeks Stock July-Flower*. Angl. *Giroflier annuel* Gall.

In hortis cum priori reperitur. Fl. Aeſtate.

320.* HESPERIS. L. G. 881. Nachtviole; Wendelblume. *Germ.* Dame's-Volet. *Angl.* Iuliane. *Gall.*

matronalis. 877. * *Heſperis* caule ſimplici, erecto, foliis ouato-lanceolatis, denticulatis, petalis mucrone emarginatis. LINN. Syſt. p. 599.

Pfingſtviole; Frauennachtviole; Matronalviole; *Matronenblume*. Germ. *Common Garden Rocket*. Angl. *Iulienne*, *ou Iuliane*; *Caſſolette*. Gall.

In Horto *Boſiano* ſponte creſcentem inueni paſſim. Fl. Iun. Iul.

321.

321. ARABIS. L. G. 882. Gänſekraut. *Germ.* Baſtard-Tower Muſtard. *Angl.*

878. *Arabis* foliis lanceolatis petiolatis, integerrimis. LINN. Syſt. p. 599. BOEHM. n. 256. WILDEN. Prodr. Berol. n. 664. Thaliana.

Thaliſches Gänſekraut; *kleiner Thurmſenf*; *Thurmkohl.* Germ. *Codded Mouſe-ear.* Angl.

In agris inter ſegetes et in hortis circa *Gohlis.* Fl. Iun. Iul. Annua.

322. TVRRITIS. L. G. 883. Thurmkraut. *Germ.* Tower Muſtard. *Angl.* Tourette. *Gall.*

879. *Turritis* foliis radicalibus dentatis, hiſpidis; caulinis integerrimis amplexicaulibus. LINN. Syſt. pag. 600. BOEHM. n. 283. *Fl. Dan.* t. 809. glabra.

Glattes Thurmkraut; *Senfkohl*; *Waldkohl.* Germ. *Smooth Tower Muſtard.* Angl. *Tourette liſſe.* Gall.

Ad ſepes paſſim, porro *auf dem Gickerlingsberge*, in pratis ante pagum *Gohlis*, *nach Meckern*, et in venetis dictis poſt *Taucham.* Fl. Mai. Iun. Perennis.

880. *Turritis* foliis omnibus hiſpidis, caulinis amplexicaulibus. LINN. Syſt. p. 600. n. 2. BOEHM n. 285. hirſuta.

Raucher Thurmkohl. Germ. *Rough Tower Muſtard.* Angl. *Tourette velue.* Gall.

In locis humidioribus vmbroſisque, *auf der Wieſe nach Rückmarsdorf.* Fl. Mai. Iun. Perennis.

323. BRASSICA. L. G. 884. Kohl. *Germ.* Cabbage. *Angl.* Choux. *Gall.*

* *Stylo obtuſiuſculo.*

881. *Braſſica* radice cauleque tenui; foliis caulinis vniformibus, cordatis, ſeſſilibus. LINN. Syſt. p. 601. n. 3. *Fl. Dan.* t. 550. campeſtris.

Wilder Durchwachs; *Feldkohl*; *wilder Kohl*; *Waldkohl*; *Knützen.* Germ. *Perfoliate Yellow-flowered Cabbage.* Angl. *Chou champêtre.* Gall.

 In

In agris inter ſegetes et hortis oleraceis ſparſim. Fl. Mai. Iun. Annua.

Obſ. Corolla flaueſcens: *Folia radicalia* lyrata, ſubhiſpida; *caulina* laeuia.

Napus. 882. *Braſſica* radice cauleſcente, fuſiformi. LINN. Syſt. p. 601. BOEHM. n. 270. BLACKW. t. 224.

Pharm. *Napi* Semina.

Rübeſaat; Rübſen; Oelſaamen; wilde Stockrüben. Germ. *Wild Navew; Coleſeed or Colewort.* Angl. *Navet ſauvage.* Gall.

In agris inter ſegetes et ad ripas Pliſſae *nach dem Roſenthale* rarius vidi: maxime autem in noſtris regionibus colitur. Flor. Vernali tempore et Aeſtate. Annua.

Radices ſapidiſſimae coluntur in hortis. Oleum ex ſeminibus exprimitur. In culinis hae radices in aqua elixantur et iuxta carnes eduntur, incoquuntur quoque iusculis.

Rapa. 883. *Braſſica* radice cauleſcente, orbiculari, depreſſa, carnoſa. LINN. Syſt. pag. 601. n. 7. BOEHM. n. 271.

Var. α) *Braſſica* radice fuſiformi.

β) *Braſſica* radice orbiculata.

Pharm. *Rapae* Semen, Radix.

Weiſſe Rüben; Halmrüblein. Var. α) *lange Rüben;* β) *runde Rüben.* Germ. *Common Turnep.* Var. α) *Long-rooted Turnep;* β) *Round Turnep.* Angl. *Roue.* Var. α *Navet commun blanc long;* β) *Navet commun blanc rond.* Gall.

In agris, et campis hortisque frequenter culta, paſſim in aruis inter ſegetes. Fl. Aeſtate.

Vſ. Rapae, primum in aqua elixatae, dum molleſcunt, et poſtea cum lacte in pultem coctae, nutrimentum praebent mite, edulcorans, ſaluberrimum, facillimae digeſtionis, nec flatulentum. Ruri crudae eduntur. Syrupus Raparum debet eſſe recenter paratus.

884.

884. *Braſſica* radice cauleſcente, terete, carnoſa. LINN. Syſt. p. 601. n. 8. BOEHM. n. 269. Oleracea.

Var. α) *Braſſica* capitata ſerotina compreſſa maior. SPIELM. p. 33. α) Oler. alba.

β) *Braſſica* praecox, capite oblongo. SPIELM. p. 31. β) Oler. pyramidalis.

γ) *Braſſica* alba et viridis C. B. P. pag. 111. γ) Oler. viridis.

δ) *Braſſica* capitata alba. BLACKW. tab. 231. δ) Oler. capitata.

ε) *Braſſica* capitata rubra. Id. ibid. ε) Oler. rubra.

ζ) *Braſſica* alba criſpa. C. B. P. p. 111. ζ) Oler. Sabauda.

η) *Braſſica* laciniata rubra. C. B. P. Hiſt. II. p. 832. η) Oler. laciniata.

ϑ) *Braſſica* anguſto Apii folio. C. B. P. pag. 112. ϑ) Oler. Seleniſia.

ι) *Braſſica* oleracea Sabellica non capitata. SPIELM. p. 36. var. 2. ι) Oler. cochleariformis.

κ) *Braſſica* fimbriata. C. B. P. p. 112. KERN. p. 97. t. 163. κ) Oler. Sabellica.

λ) *Braſſica* cauliflora. MILL. Dict. n. 83. λ) Oler. Botrytis.

μ) *Braſſica* gongylodes. MILL. Dict. n. 8. μ) Oler. gongylodes.

ν) *Braſſica* radice napiformi. MILL. Dict. n. 2. ν) Oler. Napobraſſica

Pharm. *Braſſicae Rubrae* Semina.

Kohl; gemeiner Kohl; Kraut; α) weiſſer Kopfkohl; weiſſer Blattkohl; weiſſes Kraut; groſser braunſchweigiſcher Kopfkohl; ordentlicher groſser platter Weiſskohl; groſs Mittelkraut; Kappus; β) ſpitz-

 Früh-

Frühkraut; ſpitz Engelbergerkraut; Schwabenkraut; Zuckerhutformiger Kohl; Wendelſtädter Kopfkohl; γ) Grünkohl; δ) Weißkraut; weiſſer Kopfkohl; ε) rother Kopfkohl; roth Kappuskraut; roth Häupterkraut; ζ) Savoyer Kohl; weiſſer Wirſingkohl; Wirſing; η) blauer Schnittkohl; ϑ) Braunkohl; Krauskohl; Federkohl; braunſchweigiſcher Hauskohl; Blümaſchekohl; ι) grüner Wirſing; Herzkohl; Porſchkohl; krauſer Kopfkohl; κ) Schneckenkohl; Schnittkohl; λ) Blumenkohl; Käſekohl; Chartiſiol; μ) Kohlrabi; Kohlrüben über der Erde; ν) Kohlrübe; Kohlrabi unter der Erde; Klumperrüben. Germ. *Common, or Sea Cabbage; α) Common White Cabbage; β) Sugar-loaf Cabbage; δ) White Curled Savoy Cabbage; ε) Red curled Cabbage; ϑ) Siberian Borecale; κ) Cauliflower; λ) Tournep-Cabbage; μ) Tournep-rooted Cabbage.* Angl. *Chou Pommé; α) Chou Pommé blanc: Chou blanc de Strasbourg; γ) Chou Pommé verd; δ) Chou Pommé blanc; ε) Chou Pommé rouge; ζ) Chou de Milan ou de Savoye; η) Chou brun; ϑ) Chou de Milan friſé pointu, ou à tête longue; ι) Chou Pancalier; κ) Choux-fleur; λ) Chou Rave; μ) Chou Naver.* Gall.

In agris oleraceis et hortis vbique omnes varietates enumeratae copioſe coluntur. Flor. Aeſtate.

Obſ. Var. α, Ob folia craſſiora et minus inſipida apud nos in foro Vulgo venditur. β) Ad Feſtum St. Ioannis caput perficere ſolet. δ) Hanc varietatem in albam redire obſeruauit REICHARD. ε) Ex Italia in reliquos Europae regiones olim diffuſſa eſt. ζ) Haec et ſequens foliis magis aut minus profunde ſinuatis magis aut minus criſpatis varie ludit. ϑ) Ex huius ſeminibus interdum procreant ſpecimina minus bullata minusque fimbriata, magis glauca, caput rotundum formantia, quae Argentoratenſibus *Grünkohl* nominari ſolet, vt SPIELM. refert. κ) *Braſſica cauliflora* verſus finem Seculi XVII. in Germaniam ex Italia primum eſt translata, teſtibus *Heſſio* et REICHARDO. λ) Huius autem Auctores Seculi XVI. iam primam faciunt mentionem.

Vſ. Braſſica Sabauda eſt magis tenera et ſapida, quam *alba*. *Braſſica rubra* pro cibo magis tenera et minus flatulenta. Sapidior tamen fit, ſi capitibus minutim confectis, et in butyro elixatis, dum molleſcunt, addatur ius carnium, cum pauxillo Piperis albi et Salis culinaris, atque ita ebulliat, vt in pultem vertatur, et tunc acetum vini addatur. *Braſſicae Botrytios* capita omnium Braſſicae ſpecierum ſapidiſſima et tenerrima, dehinc frequentiſſime in opulentiorum menſis occurrunt. Porro quoque in vſum culinarem commode ſiccari poteſt *Braſſica Botrytis*. Methodum autem ſiccandi docuit Cel. I. G. EISEN *) *Braſſica Sabellica* in vehementiſſimo gelu rigeſcit, ſub niue tamen vireſcit, et ſuccoſa quam primum regelatur. *Braſſica Napobraſſica* nutrit principio ſuo ſaccharato. Radices eius ſcinduntur in taleolas, et iuri carnium incoquuntur. Panem inſuper pro plebe ſatis ſapidum, ex hac radice parauit STRANDBERG. Amylum ex hac radice extrahere non potuit Cel. BERGIVS.

** *Erucae, Siliquis Stylo enſiformi.*

885. * *Braſſica* foliis runcinatis, caule hiſpido, ſiliquis laeuibus ſtylo enſiformi. LINN. Syſt. pag. 601. n. 12. Erucaſtrum.

Eruca ſylueſtris maior lutea, caule aſpero. C. B. P. p. 98.

Wilde Rauke; Raukeln; wilder Kohl. Germ. *Rough Stalked yellow wild Rocket.* Angl. *Roquette ſauvage.* Gall.

In agris arenoſis inter ſegetes paſſim et in hortis et oleraceis inter Olera. Flor. Iunio in Auguſtum vsque Annua

Herba in Acetariis olim adhibita nunc obſoleta. Pabulum bobus ſalutare. Apes defectu aliarum modo hanc quaerunt.

*) vid. *Unterricht von der allgemeinen Kräuter- und Wurzeltrocknung.* Reval. 1773.

b) *Calyce plus minusue hiante.*

324. ISATIS. L. G. 888. Waid. *Germ.* Woad. *Angl.* Paſtel. *Gall.*

tinctoria. 886. Iſatis foliis radicalibus crenatis; caulinis ſagittatis, ſiliculis oblongis. LINN. Syſt. p. 604. BOEHM. n. 266. BLACKW. t. 246.

Färber Waid; Scharte. Germ. *Common Dyer's Woad.* Angl *Paſtel. ou Guéde.* Gall.

In agris inter ſegetes paſſim ad *Abtnauendorf*, vbi colitur; ibidemque ad muros rarius reperi, porro in hortis paſſim. Fl. Mai. Iun. Biennis.

Obſ. Non procul ab *Erfordia Iſatis* colitur arti tinctoriae aptiſſima optimaque. In *Roſſiae* vrbe *Korſchiman*, teſte PALLAS, officina, vbi Iſatis adhibetur ad tingenda lintea et lanuginoſa, exſtat. Proprie lanae luteo imbuit durabili colore; contra addito calce caerulaeo; et cum Vitriolo ex pallido-viridem colorem exhibet. De methodo *Iſatidem tinctoriam* colendi praeparandique, conſuli poteſt ASTRVC. *)

325. CARDAMINE. L. G. 876. Schaumkraut; Gauchblume. *Germ.* Ladies Smock. *Angl.* Creſſon. *Gall.*

impatiens 887. *Cardamine* foliis pinnatis, inciſis, ſtipulatis; floribus apetalis. LINN. Syſt. pag. 594. n. 9. BOEHM. n. 258. *Fl. Dan.* t. 235.

Empfindliche Wieſenkreſſe ſ. *Gauchblume*; *Springkreſſe.* Germ. *Impatient Ladies-Smock.* Angl. *Cardamine ſenſible.* Gall.

In pratis ſylvaticis, copioſe *im Roſenthale*, *Streitholze.* Fl. Mai. Annua.

hirſuta. 888. * *Cardamine* foliis pinnatis, floribus tetrandris. LINN. Syſt. p. 594. n. 12.

Naſturtium aquaticum minus. C. B. P. p. 104.

Rauche

*) *Memoir. pour l'hiſtoire de Languedoc.* p. 523. ſeq.

Rauche ſ. *zottige Gauchblume.* Germ. *Hairy Ladies-Smock.* Angl. *Cardamine velue.* Gall.

In hortis inter Olera paſſim et in nemoribus humidis, *im Roſenthale nach der Bürgeraue zu* nonnulla ſpecimina nuper reperi. Fl. Iunio.

889. *Cardamine* foliis pinnatis, foliolis radicalibus ſubrotundis, caulinis, lanceolatis. LINN. Syſt. p. 594. n. 13. BOEHM. n. 281. BLACKW. t. 223. pratenſis.

Wieſenkreſſe; Wieſenſchaumkraut; braune wilde Kreſſe. Germ. *Common Ladies-Smock.* Angl. *Creſſon des prés.* Gall.

In pratis omnibus humidis, *im Roſenthale, auf den Gerber, Schönfelder, Lindenauer Wieſen etc.* copioſe. Fl. Mai. Iun. Perennis.

890. * *Cardamine* foliis pinnatis, axillis ſtoloniferis. LINN. Syſt. p. 594. n. 14. amara.

Naſturtium aquaticum maius et amarum. C. B. P. p. 104.

Bittre Bergkreſſe ſ. *Schaumkraut.* Germ. *Bitter Creß, or Ladies-Smock.* Angl. *Cardamine amere.* Gall.

In nemoribus vmbroſis humidisque, *im Roſenthale,* ad Pliſſae ripam et foſſas paſſim nuper inueni. Fl. Iun. et Iulio.

326. SINAPIS. L. G. 885. Senf. *Germ.* Muſtard. *Angl.* Moutarde. *Gall.*

891. *Sinapis* ſiliquis multangulis, toroſo-turgidis, laeuibus, roſtro ancipiti longioribus. LINN. Syſt. p. 602. BOEHM. n. 272. *Fl. Dan.* t. 753. aruenſis.

Ackerſenf; wilder Senf; falſcher Hederich; ſchwarzer Feldſenf; Schuttſenf; Ackerkohl; Röddick; Triller. Germ. *Field Muſtard.* Angl. *Moutarde des champs.* Gall.

In agris inter ſegetes vbique. Flor. Maio Iunio. Annua.

alba. 892. *Sinapis* ſiliquis hiſpidis: roſtro obliquo longiſſimo enſiformi. LINN. Syſt. p. 602. n. 4.

Sinapis Apii folio. C. B. P. p. 99.

Weiſſer ſ. engliſcher Senf. Germ. *White Muſtard.* Angl. *Moutarde blanche.* Gall.

In agris inter ſegetes, praeprimis vbi *Braſſica Napus* ſeritur, et in agris oleraceis. Flor. Aeſtate. Annua.

Vſ. Folia ad acetaria vtilia. Herba pabulum pecoribus valde bonum.

nigra. 893 * *Sinapis* ſiliquis glabris racemo adpreſſis. LINN. Syſt. p 602. n. 5. LEYS. n. 675.

Pharm. *Sinapeos* Semina.

Schwarzer Senf Germ. *Black Muſtard.* Angl. *Moutarde noire*; *Senevé.* Gall.

In ruderatis et ad vias paſſim. Fl. Iun.

327. SISYMBRIVM. L. G. 877. Rauke. *Germ.* Water-Creſs. *Angl.* Creſſon. *Gall.*

* *Siliquis declinatis breuibus.*

Naſturtium. 894. *Siſymbrium* ſiliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis ſubcordatis. LINN. Syſt. p. 594. BOEHM. n. 277. BLACKW. t. 100. *Fl. Dan.* t. 690.

Pharm. *Naſturtii aquatici* Herba.

Brunnen-Born-Waſſerkreſſe Germ. *Water Creſſes.* Angl. *Creſſon de Fontaine ou d'eau.* Gall.

Ad riuulos, fontes foſſasque puriores vbique, *bei Rückmarsdorf an der Wieſe etc.* Fl. Iun. Iul. Perennis

Vſ. Folia pro olere vernali tempore colleguntur. Herba antiſcorbutica.

ſylueſtre. 895. *Siſymbrium* ſiliquis declinatis oblongo ouatis; foliolis lanceolatis ſerratis. LINN. Syſt. pag. 594. n. 2. BOEHM. n. 278. BLACKW. t. 266. *Fl. Dan.* t. 409.

Wald ſ. Waſſerrauke. Germ. *Water Rocket.* Angl. *Creſſon de Fontaine.* Gall.

In

In agrorum terminis et ad foſſarum margines. Fl. Iun. Perennis.

896. *Siſymbrium* ſiliquis declinatis, oblongo-ouatis; foliolis pinnatifidis, ſerratis. LINN. Syſt. p. 594. n. 4. BOEHM n. 276. amphibium.

Siſymbrium ſiliquis declinatis oblongo-ouatis, foliis pinnatifidis, ſerratis, petalis calyce longioribus. LEYS n. 675.

Var. α) *Siſymbrium* aquaticum.

β) *Siſymbrium* terreſtre.

Waſſerkreſſe; *Waſſerrettig*, *Sumpfhederich*; β) *Land-raucke*. Germ. *Water Radiſh*. Angl. *Raifort des marais*; α) *Creſſon amphibie aquatique*; β) *terreſtre*. Gall.

In aquis ſtagnantibus et ad earum margines, frequens. Fl. Iul. Perennis.

897. *Siſymbrium* ſiliquis declinatis oblongo-ouatis, foliis pinnatifidis, ſerratis, petalis calyce minoribus. LEYS. n. 679. BOEHM. n. 275. paluſtre.

Sumpfkreſſe. Germ. *Marſh Water Creß*. Angl. *Creſſon des marais*. Gall.

In lacubus et ſtagnis. Fl. cum priori.

** *Siliquis longioribus erectis.*

898. *Siſymbrium* petalis calyce minoribus, foliis decompoſito-pinnatis. LINN. Syſt. pag. 596. n. 19. BOEHM. n. 280. BLACKW. t. 440. *Fl. Dan.* t. 528. Sophia.

Pharm. *Sophiae Chirurgorum* Semina.

Sophienkraut; Well- ſ. Wurmſaamen, großes Beſenkraut. Germ. *Flixweed*. Angl. *Science des Chirurgiens*; *Talictron des boutiques*. Gall.

In ruderatis, tectis et ad ſepes murosque vbique. Fl. Mai Iun. Perennis.

Vſ. Dyſenteriam, tam hominum, quam boum Semina curant apud Nericios.

899. *Siſymbrium* foliis runcinatis, dentatis, nudis, caule laeui, ſiliquis erectis. LINN. Syſt. p. 596. n. 21. JACQ. Flor. Auſtr. Vol. 4. t. 322. Irio.

Eryſimum folio lyrato, extimo haſtato. BOEHM. n. 274.

Glatte

Glatte Rauke. Germ. *Broad-leaved Rocket, or Hedge Muſtard.* Angl.

Ad vias, *auf den Gonnewitzer Schanzen,* et in hortis inter Olera. Fl. Iul. Aug. Perennis.

*** *Foliis lanceolatis integris.*

ſtrictiſſimum. 900. * *Siſymbrium* foliis lanceolatis, dentato ſerratis caulinis. LINN. Syſt. p. 596. JACQ. Flor. Auſtr. V. 2. t. 104.

Draba lutea ſiliquis ſtrictiſſimis. C. B. P. p. 110.

Rauke mit ſenkrecht ſtehenden Schoten. Germ.

Ad ſepes et foſſas paſſim et in locis ruderatis haud infrequens fere vbique. Fl. Iun. et Iulio.

CLAS-

Claſſis XVI.

MONADELPHIA

DECANDRIA.

L BR
NEW YO
BOT

A. FLORE HERMAPHRODITO.

328. GERANIVM. L. G. 897. Schnabelkraut. *Germ.* Crane'sbill. *Angl.* Bec de Grue. *Gall.*

* *Stamina 7 antherifera; foliis oppoſitis. Herbacea.*

901. G*eranium* calycibus monophyllis, caule carnoſo breuiſſimo, ramis herbaceis longis, foliis cordatis molliſſimis. LINN. Syſt. p. 614. n. 25. BVRM. Geran. 45. odoratiſſimum.

Geranium africanum humile, folio fragrantiſſimo, molli. DILL. Elth. 157. t. 131. f. 138.

Wohlriechender Storchſchnabel; Moſchatkraut. Germ. *Odorant Cran'sbill.* Angl. *Bec-de-grue très odorant.* Gall.

Habitat in Africa et ob foliorum penetrantem et bene ſuaueolentem odorem in hortis et ollis valde colitur. Fl. Aeſtate. Perennis.

** *Myr-*

** *Myrrhina: Stam.* 5 *antherifera. Cal.* 5— *phyllus. Fruct. declinatus.*

cicutarium. 902. *Geranium* pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis pinnatis inciſis, obtuſis, caule ramoſo. LINN. Syſt. p. 615. n. 36. BOEHM. n. 461.

Geranium Robertianum. RIV. Irreg.

Wüterichartiges Schnabelkraut; kleiner Storchſchnabel; Krannichſchnabel. Germ. *Hemlock-leaved Crane's-bill.* Angl. *Bec de grue cicutin* Gall.

Ad ſepes et in agris inter ſegetes; ante *portulam Schoenfeldicam etc.* frequens. Flor. April. ad Iulium. Annua.

Herba viridis amuletum in Scania contra febres intermittentes laudatur. LINN. Fl. Suec. p. 243.

pufillum. 903. * *Geranium* pedunculis bifloris, petalis emarginatis, caule depreſſo, foliis reniformibus, palmatis, linearibus, acutis. LINN. Syſt p. 618. n. 68.

Kleinblumiger Storchſchnabel. Germ. *Small-flowered Dove's Foot Crane's Bill.* Angl. *Bec de grue nain.* Gall.

In agris et locis arenoſis, ſterilioribus *bei Nauendorf.* Fl. aeſtate.

phaeum. 904. * *Geranium* pedunculis ſolitariis oppoſitifoliis, calycibus ſubariſtatis, caule erecto, petalis vndulatis. LINN. Syſt. p. 616. n. 48. BVRM. Geran. 11.

Geranium montanum odoratum, flore purpureo ſ. fuſco. C. B. P. p. 318.

Schwarzer Storchſchnabel. Germ. *Black-flowered Crane's Bill.* Angl. *Bec de grue livide* Gall.

Sponte creſcit in Alpibus Pannoniae, Heluetiae, aliisque montanis locis, frequentiſſimum in hortis et pomariis paſſim. Perenne,

Obſ. I. Caul. erecti ſimplices. *Fol.* alterna, longe petiolata, fere peltata, orbiculata, plerumque 5—loba, profunde inciſa, dentata; *caulina* ſubſeſſilia, verſus ambitum anguſtiora, pedunculis oppoſita. Pedunculi et quoque ex caule ſuperne nudiuſculo alternant, biflori, bracteis inſtructi. *Cal.* ariſtati. *Cor.* Petala aequalia, reuoluta, vel patentia, coloris obſcure purpurei vel fuſci.

Obſ.

Obſ. II. Folia rupta ſanguineum fundunt liquorem.

*** Batrachia: *Stam.* 10 *antherifera. Peduncul.* 2- *florus. Perennis.*

905. *Geranium* pedunculis bifloris, foliis ſubpeltatis, quinquelobis inciſo ſerratis, caule erecto, petalis emarginatis. LINN. Syſt. p. 616. n. 53. BOEHM. n. 458. BVRM. Geran. 12. *Fl. Dan.* t. 124. ſyluaticum.

Waldſchnabelkraut. Germ. *Mountain Crane's Bill.* Angl. *Bec de grue forêt* Gall.

In pratis ſyluaticis et inter arbores frequens *im Klein- und Groſsdölziger Holze, in der Kämmerei bei Nauendorf etc.* Fl Iul Aug.

806. *Geranium* pedunculis bifloris, longiſſimis, declinatis, petalis integerrimis, foliis 5 – lobis, inciſis. LINN Syſt p. 617. n. 54. BVRM. Geran. 15. paluſtre.

Gruinalis pratenſis maxima, folio Aconiti minus profunde laciniato. BOEHM. n. 458 var.

Sumpfſtorchſchnabelkraut; *Bruchſtorchſchnabel* Germ. *Marſh Crane's Bill.* Angl. *Bec de grue des marais.* Gall.

In pratis humidis, foſſis et dumetis, *bei dem Kuhthurme, in der Prellheide* et alibi. Fl Iul. Aug.

907. *Geranium* pedunculis 2— floris, foliis ſubpeltatis multipartitis, rugoſis acutis; petalis integris. LINN. Syſt. pag. 617. n. 55. BOEHM. n. 459. BVRM. Geran. 16. pratenſe.

Var. β. Geranium batrachoides Gratia Dei Germanorum, flore albo. TOVRN. Inſt. p. 207.

Wieſenſtorchſchnabelkraut. Germ. *Crow-foot Crane's Bill.* Angl. *Bec de grue de près ou Grace Dieu d'Allemand.* Gall.

In pratis humidis, *hinter dem Kohlgarten, im Roſenthale* et alibi. Var. β. in hortis ſaepe occurrit. Fl. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. In Chirurgia adhibetur herbae ſuccus recens ſuauiter ſpirans ad Cancros, Scirrhos et Apoſtemata ſananda: hinc a Germanis *Gratia Dei* appellata.

****

**** *Stamina* 10 *anterifera; pedunculi biflori. Annua.*

Robertianum. 908. *Geranium* pedunculis bifloris, calycibus piloſis decem angulatis. LINN. Syſt. pag. 617. n. 60. BVRM. Geran. 18. BOEHM. n. 462. BLACKW. t. 480. *Fl. Dan.* t. 694.

Pharm. *Geranii Robertiani* Herba.

Ruprechts - Storchſchnabelkraut; *Ruprechtskraut*; *ſtinkender Storchſchnabel*; *ichtkraut*; *Blutkraut*; *Gottesgnade.* Germ. *Herb Robert.* Angl. *Herbe à Robert ou Bec de grue à Robert.* Gall.

In muris, alnetis et humidioribus inter muſcos: frequentius autem in hortis plurimis. Flor. Mai. Iun. Annua.

Vſ. Cimices Herba recens contuſa et admota pellit. In Haematuria pecorum infuſum propinant Paſtores. LINN. Fl. Suec. p. 241.

lucidum. 909. * *Geranium* pedunculis bifloris, calycibus pyramidatis angulatis, eleuatis rugoſis, foliis 5 — lobis rotundatis. LINN. Syſt. p. 617. n. 61. BVRM. Geran. 19. *Fl. Dan.* t. 213.

Geranium lucidum ſaxatile. C. B. P. p. 318.

Glänzender Storchſchnabel. Germ. *Bec de grue luiſant.* Gall.

In Europae montibus et locis vmbroſis: apud nos contra in hortis frequenter occurrit. Fl. Mai. et Iun. Perenne.

molle. 910. *Geranium* pedunculis bifloris foliisque floralibus alternis, petalis bifidis, calycibus muticis, caule erectiusculo. LINN. Syſt. p. 617. n. 62. BVRM. Geran. 21. SCHREB. Spicil. p. 34. n. 955. *Fl. Dan.* t. 679.

Geranium columbinum villoſum petalis 2 — fidis, purpureis. VAILL. Pariſ. 79. t. 15. f. 3.

Weiches Schnabelkraut. Germ. *Common Dove's Foot Crane's Bill.* Angl. *Bec de grue mollet.* Gall.

In pomariis, pratis, ruderatis *bei der Leimgrube*, ad vias ſepesque circa pagos frequens. Fl. Iun. Iul.

Obſ. Stipulae bifidae. Folia rotundata, multifida laciniis inaequaliter obtuſo - diuiſis, mollibus. *Petala* aequalia, bifida. *Calyces* hirſuti, ſubmutici, Corolla breuiores.

911.

911. *Geranium* pedunculis bifloris, foliis 5 partito-tri- diſſectum.
fidis, petalis emarginatis longitudine calycis, arillis villoſis LINN. Syſt. pag. 618. n. 66. BOEHM. n. 463. BVRM. Geran 15.

Tief eingeſchnittenes Schnabelkraut. Germ. *Jagged leaved Dove's Foot Crane'sbill.* Angl. *Bec de grue diſſéqué.* Gall.

In aruis, agris, *hinter der Leimgrube* porro in hortis e. g. in Horto *Boſiano* copioſe et ad ſepes vbique. Fl. Iul. Aug.

Obſ. Petala pallido-incarnata. Antherae caeruleae.

912. *Geranium* pedunculis bifloris, foliis longioribus, columbinum.
foliis quinque-partito-multifidis, arillis glabris, calycibus ariſtatis. LINN. Syſt. p. 617. n. 64. BVRM. n. 22.

Geranium columbinum foliis diſſectis, pediculis florum longiſſimis. VAILL. Pariſ 79. t. 15. f. 4.

Taubenſchnabel. Germ. *Bec de grue colombin.* Gall.

In dumetis vmbroſis et ad ſepes hortorum paſſim reperi: porro in hortis oleraceis aliisque haud infrequenter mihi occurrit. Fl. Iun. et Iul. Septembr. Semina maturat.

Obſ. Cal. 5 — phyllus, magnus, laciniis ouatis, 3 ſtriis longitudinalibus eminentibus notatis, extus villuloſis, laete viridibus, apice in ariſtam obtuſiuſculam terminantur. *Filam* 10, ſubulata, alba. *Styl.* 5, patentes, rubelli. Stipulae ſubulatae, bifidae, rubellae, petiolorum baſi inſerti. Pedunculi teretes, hirſuti, folia longitudine ſuperantes, in 2 pedunculos vnifloros eiusdem longitudinis diuiſi. *Capſ.* 5, ſubrotundae, glabrae, 1 — loculares.

913. *Geranium* pedunculis bifloris, petalis ſubintegris Maluaceum.
longitudine calycis caule proſtrato, foliis reniformibus, inciſis. BVRM. Geran. 20. LINN. Syſt. p. 618. n. 67. Ger. rotundifolium. BOEHM. n. 464. BLACKW. tab. 58.

Pharm. *Pedis Columbae* Herba.

 Rund-

Rundblättriges Schnabelkraut; *großer Feldtaubenfuß*; *Schartenkraut.* Germ. *Round leaved Dove's Foot; Crane'sbill.* Angl. *Bec de grue à feuilles rondes ou Vied de Piegon.* Gall.

In agris campis, hortis oleraceis et ad ſepes viasque fere vbique. Fl. aeſtate.

***** *Staminibus* 10 *antheriferis*: *Pedunculis* 1 — *floris.*

ſanguineum 914. *Geranium* pedunculis vnifloris; foliis quinquepartitis, trifidis, orbiculatis. LINN. Syſt. p. 618. n. 70. BOEHM. n. 460. BVRM. Geran. 3.

Pharm. *Sanguinariae* Radix.

Blutiges ſ. *blutrothes Schnabelkraut*; *Blutwurz; Blutkraut*; *Nabelwurz*: *rothe Hühnerwurz.* Germ. *Bloody Crane's bill.* Angl. *Bec de grue ſanguin.* Gall.

In ſiccioribus pratis montoſisque locis *im Bieniz.* Item ad viam publicam inter *Taucham und der Barmühle* nuper reperi. Fl. Iun. Iul. Aug. Perennis.

Vſ. Flores pabulum apibus ſalutare.

POLYANDRIA.

329. LAVATERA. L. G. 907. Lavatere. *Germ.*

thuringica. 915. *Lauatera* caule herbaceo, fructibus denudatis; calycibus inciſis. LINN. Syſt. p. 627. SCHREB. Spicil. p. 8. n. 899. JACQ. Flor. Auſtr. Vol. 4. T. 311.

Var. β) *Malua* paluſtris mollis et incana, laciniato folio. RVPP. Ien. p. 15. BVXB. Hal. 207.

Thüringiſche ſ. *teutſche Lavatere.* Germ. *Thuringian Lavatera.* Angl.

In dumetis et ad ſepes *bei Wolkwitz*, Ill. b. GLEDITSCH. olim inuenit, et varietatem ad pagum *Hänichen* SCHMIEDEL obſeruauit. Fl. Iul. Aug.

330. MALVA. L. G. 906 Pappel. *Germ.* Mallow. *Angl.* Mauve. *Gall.*

916. *Malua* caule proſtrato, foliis cordato-orbiculatis obſolete quinquelobatis; pedunculis fructiferis declinatis. LINN. Syſt. pag. 625. n. 15. BOEHM. n. 72. *Fl. Dan.* t. 721. rotundifolia.

Var. β. *Malua* vulgaris flore minore, folio rotundo. I. BAVH. 2. 949.

Pharm. *Maluae Vulgaris* Radix, Herba.

Rundblättrige Pappel; Günſe-Käſe-Haſen-Feldpappel; kleine Pappel mit runden Blättern. Germ. *Common Mallow.* Angl. *Mauve ſauvage à feuilles rondes, ou petite Mauve ſauvage.* Gall.

In aggeribus circa vrbem; *in der Allee*; porro ad vias ſepesque copioſiſſime etc. Flor. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. Veteres foliis loco Spinaciae coctis vulgo vſi ſunt in deliciis.

917. * *Malua* caule erecto, foliis angulatis criſpis, floribus axillaribus glomeratis. LINN. Syſt. pag. 626. n. 22. LEERS Herborn. 545. criſpa.

Malua foliis criſpis. C. B. P. p. 315.

Krauſe Malue; krauſe Pappel. Germ. *Curled-leaved Mallow.* Angl. *Mauve friſée.* Gall.

In cultis oleraceis, *bei Sellerhauſen* et *Stötteritz*, in hortulis *Pomoerii Grimmenſis*, in hortis ſplendidis valde frequens et ad ſepes hortorum ruſticanorum paſſim. Fl. Iul. in Septembr. vsque.

Haec autem ſpecies vernacula lingua *Tellerkohl* aliis appellatur, quia orbes vel patinae his foliis inſtruuntur. Folia tenella bene ſapida ad acetaria *Spinachiae* loco adhiberi ſolent.

918. *Malua* caule erecto, herbaceo, foliis 7— lobatis, acutis; pedunculis petiolisque piloſis. LINN. Syſt. p. 625. n. 17. BOEHM. n. 73. BLACKW. t. 22. ſylueſtris.

Var. α) *Malua* flore coeruleo.

β) *Malua* flore albo.

 Pharm.

Pharm. *Maluae Syluestris* Herba, Radix, Flores, Semina

Wald- l. *Roßpappel; große Pappel*; *Hanf- St. Iohannispappel*; *Waldmalue.* Germ. *Wild Mapple or Crab-Tree.* Angl. *Mauve ſauvage à feuilles ſinuées.* Gall.

Ad ſepes et vias cum priori; porro etiam in pomariis paſſim et in ſyluis circa Lipſiam fere omnibus frequens. Fl. Iun. — Aug.

Obſ. Folia 7 — coſtata. *Cal.* exterior ouatus. *Cor.* caerulei coloris.

mauritiana. 919. * *Malua* caule erecto herbaceo, foliis quinquelobatis obtuſis, pedunculis petiolisque glabriusculis. LINN. Syſt. p. 626. n. 18.

Malua hederaceo folio. C. B. P. p. 515.

Mauritaniſche Malue. Germ. *Mauritian Mallow.* Angl. *Mauve de la Mauritiane.*

In ruderatis et reiectamentis hortorum paſſim. Inter olera atque in hortis ſuburbanis ruſticanisque frequens. Fl. Iun. in Autumnum vsque.

Obſ. Maluae ſylueſtri ſimilis; ſed ab illa differt, foliis 5— coſtatis, calyce exteriore lanceolato, corolla magis ex caeruleo-ſanguinea, et habitu maiore.

Alcea. 920. *Malua* caule erecto, foliis multipartitis, ſcabriusculis. LINN. Syſt. p. 626. n. 23. BOEHM. n. 74. BLACKW. t. 309.

Pharm. *Alceae* Radix.

Sellrißpappel; *Siegmarswurz*; *Simeonswurz*; *Wetterroſen; Herzleuchte; Morgenſtern. Augenpappel.* Germ. *Common Vervain Mallow.* Angl. *Mauve ſauvage, ou Alcée.* Gall.

In ſyluis, dumetis: in collibus circa vrbem et ad vias fere vbique. Fl. Iul. Aug. Perennis.

331. * ALCEA. L. G. 905. Stockroſe. *Germ.* Hollyhock. *Angl.*

roſea. 821. * *Alcea* foliis ſinuato-anguloſis. LINN. Syſt. pag. 624.

Pharm. *Maluae arboreae* Flores.

Ro-

Roſenpappel; Herbſtroſe; Gartenpappel; Erntroſen; Baum-Hals-Mundroſen; römiſche Pappeln; Stockroſe. Germ. *Common Hollyhock.* Angl. *Mauve Roſe; Mauve des jardins; Paſſeroſe; Roſe d'Outremer, ou de tremier.* Gall.

In hortis plurimis copioſe et ad ſepes ruſticorum paſſim. Flor. aeſtate. Biennis paſſim Perennis.

Obſ. Haec planta variis ludit coloribus, ita, vt florem pallidum; luteo-album; flauum; carnoſum; rubrum; ſanguineum; purpureum; atro-purpureum; obſcure bruneum et nigrum, etc. obſeruemus. Flores in gargarismatibus adhibentur.

332. * ALTHAEA. L. G. 904. Eibiſch; Sammetpappeln ſ. Siegmarswurz. *Germ.* Marſh-Mallow. *Angl.* Guimauve. *Gall.*

922. * *Althaea* foliis ſimplicibus tomentoſis. LINN. Syſt. p. 624. BLACKW. t. 90. *Fl. Dan.* t. 530. officinalis.

Pharm. *Althaeae* Radix, Semina, Herba.

Ibiſch ſ. *Eibiſch; Heil-Siegmarswurz.* Germ. *Mallow of the Shops.* Angl. *Guimauve vulgaire.* Gall.

Ad ſepes hortorum paſſim et in hortis frequentius. Fl. Iul. Aug. Perennis.

Obſ. Radix magis mucilaginoſa, quam herba. Flores apes frequenter quaerunt.

B. FLORE MONOCLINO.

333. PINVS. L. G. 1175. Fichte; Kiefer. *Germ.*

* *Foliis pluribus ex eadem baſi vaginali.*

923. *Pinus* foliis geminis primordialibus ſolitariis, glabris. LINN. Syſt. p. 860. ſylueſtris.

Pinus foliis geminis conis pyramidatis; ſquamis oblongis, obtuſis DV ROI B. II. p. 13. BOEHM. n. 687. BLACKW. t. 190. CRAM. t. 26.

 Pharm.

Pharm. *Pini* Turiones, Lignum, Reſina.

Wilde gemeine Fichte l. *Kiefer*; *Fichtbaum*; *Forren*; *Föhre*; *Kienfore*; *Fore*. *Spanholz*; *Harzbaum*; *wilder Zirbelbaum*; *Kühnbaum*; *Wirbelbaum*; *Mädelbaum*, *Ziegenholz*. Germ. *Wild Pine-tree*; *Manured Pine-tree*; *Scotch Fir*. Angl. *Pin ſauvage*, *ou Pin de bois*. Gall.

In ſyluis ſterilioribus, *im Linkeler; Macherſchen; Oberholze; in der Prellheide*; *in der Kämmerei bei Nauendorf etc.* et in montoſis copioſe. Fl. Maio.

Ex hac arbore *Dalekarlos* et alios panem coquere LINN. refert. In Suecia librum recentem initio veris cultello pueri deradunt, et lubenter comedunt. Turiones deſtillati ſpiritum optimum dant et fragrantiſſimum. Porro Sueci cereuiſiae frumenti hos addere ſolent. Lignum aſſeribus, lectis, menſis, ciſtis, tignis, trabibus validis aliisque conficiendis valde vtile. Carbonibus Metallurgi vtuntur. Ex radicibus pix producitur. *Lapponibus* lignum in vſu eſt ad ſoleas SKJI dictas, arcus carinasque traharum. v. LINN. Flor. Lapp. 146. Arbor aetatem 400 annorum attingit.

Strobus. 924. * *Pinus* foliis quinis margine ſcabris, cortice laeui. LINN. Syſt. p. 860. n. 5. SERT. Lipſ. n. 63.

Pinus Strobus foliis quinis, conis oblongis pendulis, ſquamis oualibus, planis laxis. DV ROI Harbk. II. p. 51.

Pinus canadenſis quinquefolia, floribus albis, conis oblongis pendulis, ſquamis abieti fere ſimilibus. DVHAM. Arbor. II. p. 127.

Larix canadenſis longiſſimo folio. TOVRNEF. Inſt. p. 506.

Weymouth- ſ. *Büſchelkiefer*. Germ. *New-England*, *or Lord Weymouth's-tree*. Angl. *Pin blanc de Canada; Pin de Lord Weymouth*. Gall.

Habitat in Virginia, Canada etc. Apud nos in Syluis paſſim ante plurimos annos culta eſt, e. g. *im Macherſchen Holze*, *in der Prellheide auf dem Tiefenſeer Antheile*: Praeterea quoque in *Serto* circa montem *Schneckenberg* dictum et in hortis ſuburbanis

aliis.

aliisque notiſſimis haud infrequens. Flor. Maio Iunio.

925. * *Pinus* foliis faſciculatis, obtuſis, deciduis: conis ouato-oblongis, ſquamis ouatis, ſubſcabris, margine laceris. DV ROI Harbk. II. pag. 61. SERT. Lipſ. n. 64. Larix.

Pinus Larix foliis faſciculatis, obtuſis. LINN. Syſt. p. 860. n. 7. WILDEN. Prodr. Berol. n. 700.

Larix folio deciduo, conifera. BAVH. Hiſt. I. pag. 365. BLACKW. t. 477.
Larix. C. B. P. p. 497.

Pharm. *Terebinthina Veneta.*

Lerchenbaum; *Lerchentanne*; *Lorchbaum; Lierbaum; Leerbaum; Leerkiefer; Rothbaum*; *Schönbaum*. Germ. *Common Larch-tree.* Angl. *Pin Méleſe*; *Méleze des Alpes; Larche.* Gall.

In Europa Auſtrali, Sibiria, America ſeptentrionali proprie habitat: In noſtratibus ſyluis paſſim nunc occurrit e. g. *im Macherſchen Holze an der Fuhrſtraſſe etc. in der Prellheide auf dem Tiefenſeer Antheil* et in Ambulacro *bei dem Roßplatze* ac in *Serto* poſt Ergaſtulum, etc. Fl. April. et Maio.

Obſ. E cortice laeſo ſtillat ſuccus ſpiſſus, reſinoſus, qui facile flammam mouet et arbores incendit. Ligno ad medulla combuſto tunc ſtillat ex ſubſtantia ligni interiore *Gummi* rubicundum, ſiccum et minus mucilaginoſum, quam *Gummi arabicum.* Hoc autem Gummi gaudet ſapore reſinoſo, plane ſolubile eſt in aqua et *Gummi Lariis*, aliis autem *Gummi Vralenſe* appellatur. Inſuper *Wogulenſes* hoc cupide edunt. Vernali tempore e foliorum faciculis *Manna Laricina (Manne de Briançon)* colligitur in Ruſſia. Lignum praebet durum ad naues, aedificia exſtruenda etc. adhibendum: Sub aqua euadit durius et fere lapideum.

** *Foliis ſolitariis ex baſi diſtinctis.*

Abies. 926. *Pinus* foliis ſolitariis, emarginatis: conis oblongis, erectis: ſquamis ſubrotundis, planis, baſi acuminatis. DV ROI B. II. p. 95. SERT. Lipſ. n. 68.

Pinus Picea. LINN. Syſt. pag. 860. n. 8. BOEHM. n. 685. (ſub *Abiete*) BLACKW. t. 198. CRAM. t. 25.

Pharm. *Abietis* Turiones, Reſina, Pix Burgundica.

Weiſſe, Silber, edle Tanne; *taxblättrige Tanne*; *Maſtbaum.* Germ. *Silow-leaved Fir-Tree*; *Yew-leaved Fir.* Angl. *Sapin à feuilles d'If*, *Faux Sapin.* Gall.

In ſyluis et ad pagos paſſim circa *Linkel.* Nunc etiam *in der Allee* ante portam Grimmenſem transplantata multisque in hortis priuatis et ante domos ruſticorum occurrit.

Vſ. Liber pueris, vt prioris ſpeciei in deliciis eſt. E foliis, more Canadenſium, potum conficere ſapidum et ſalubrem KALMIVS docuit. Cortice aedes ſtraminis loco teguntur. Lignum leuiſſimum ad inſtrumenta muſica et nauiculas Lapponum portatiles. Cum vero tempeſtati humidae exponitur, facile corrumpit. In igne crepitat. Carbones metallurgis inſeruiunt. Rami pro vinculis doliorum. Radices lappis ad funes corbesque. Strobili alunt *Sciuros*, *Loxias* et *Phalaenam.* Spiritus e tenellis frondibus ſuccedaneum *Aquae reginae hungaricae.* Ex conis oleum, ſic dictum, *Terebinthinum*, producitur.

picea. 927. *Pinus* foliis ſolitariis ſubulatis, bifariam verſis; conis oblongis, pendulis; ſquamis oualibus planis, marginibus vndulatis lacerisque. DV ROI B. II. p. 110. SERT. Lipſ. n. 65.

Pinus Abies. LINN. Syſt. p. 861. n. 11. BOEHM. n. 686. BLACKW. tab. 203. CRAM. tab. 24. *Fl. Dan.* tab. 193.

Fichte; Roth-Tanne; *Harz-Pech-ſchwarze Tanne; Fichttanne; ſchwarzer Tannenbaum; die ſächſiſche Fichte*; *Rothfichte; Pechbaum.* Germ. *Common Pitch-*

Pitch-tree; Spruce Fir. Angl. *Peve, Peſſe, Picea, Sapin.* Gall.

In ſyluis, hortis multis et ante portam Grimmenſem. Fl. Mai. Iun. Arbor.

Vſ. Haec ſpecies picem praebet et cum butyro mixta axungiam vtilem. Stolones longi, ſed tenues pro Humuli perticis, ſcandulis; trunci vero aſſeribus, ſabinis et vaſis variis apti. Cortex coriis parandis vtilis. Lapponibus radix ad corbes atque funes inſeruit et ex tenuiori eiusdem cortice nauiculas portatiles conficiunt. Folia cum auenae ſeminibus mixta in nonnullis regionibus pabulum equis. Coni teneriores cum ſaccharo conditi contra ſcorbutum laudantur. Exhalatio harum arborum phthiſicis ſalutaris.

C. FLORE DICLINO.

334. IVNIPERVS. L. G. 1746. Wachholder. *Germ.* Iuniper-tree. *Angl.* Genevre. *Gall.*

928. *Iuniperus* foliis ternis, patentibus, mucronatis, bacca longioribus. LINN. Syſt. p. 894. n. 7. DV ROI B. I. pag. 338. SERT. Lipſ. n. 42. BLACKW. tab. 187. CRAM. t. 44. DVHAM. Arb. I. p. 321. t. 127. communis.

Pharm. *Iuniperi* Baccae, Lignum, Summitates.

Gemeiner Wachholderſtrauch; teutſcher Wachholderſtrauch; Wegholder; Weck-ſ. Reckholder; Rehbaum; Feuerbaum; Krammetsbeeren; Feldcypreſſe; Dürenſtaude. Germ. *Common Iuniper.* Angl. *Genevre, ou Genevrier ordinaire, ou Grand Genevrier.* Gall.

Ad ſyluarum margines, *bei dem Univerſitätsholze* et in plurimis hortis ſuburbanis paſſim mihi occurrit. Fl. Aprili. Frutex.

Vſ. Baccae contuſae in potum dulcem et diureticum, qui vero genua debilitat, eliguntur; porro ſpiritus ab iis deſtillatione obtinetur. Reſina a formicis collecta inter corticem et lignum ex Italia, Hiſpania et Africa ſub nomine *Reſinae Sandaracae* transportatur.

Scribae ſolent puluere Sandaracae chartam raſam fricare, ne atramentum penetret. Inſuper in Smolandia aliisque Sueciae prouinciis cereuiſiae loco vtuntur infuſo Baccarum Iuniperi per totam Aeſtatem et Autumnum. Iisdem baccis Turdi, Tetraones veſcuntur. Baccae quoque pro ſuffimigiis in domo, vti etiam rami. Cortex ad funes idoneus. E ligno duro, perenni ad palos ſepimentorum idoneo grati canthari, pocula etc. conficiuntur. Carbones diutiſſime ignem alunt.

Sabina. 929. *Iuniperus* foliis oppoſitis erectis, decurrentibus: oppoſitionibus pyxidatis. LINN. Syſt. pag. 894. n. 5. BOEHM. n. 702. DV ROI Harbk. I. p. 358. SERT. Lipſ. n. 43.

Sabina folii Cypreſſi. C. B. P. p. 487. DVHAM. Arbr. II. p. 242. t. 63.

Pharm. *Sabinae* Herba.

Seuenbaum; *Sadebaum*; *Roßſchwanzbaum*. Germ. *Common Savin*. Angl. *Genevrier Sabine; Savinier ou Sabine* Gall.

Sponte creſcit in Luſitania, Italia, Heluetia, Sibiria, Olympo, Ararat etc. In noſtratibus quoque regionibus hyeme facile creſcit et in fere omnibus hortis ſuburbanis ruſticanisque frequentius culta. Fl. Aeſtate. Arbor humilis.

Obſ. Ad ſepes viuas valde apta. Tota arbor exhalat odorem fortem et caput grauantem. Sapor eiusdem acris fragransque. Herba *Sabinae* menſes, lochiaque potentiſſime mouet, dehinc feminis calidis valde perículoſa. Equis Sabinam oppido conuenire eosque alacres et geſtientes reddere putant aurigae Sueciae, a quibus haec arbor ſtudioſe quaeritur. Pulvis *Sabinae* in carie oſſium inſpergitur et ad porcos venereos tollendos adhibetur.

335.* TAXVS. L. G. 1241. Eibenbaum. *Germ.* Yew-tree. *Angl.* If. *Gall.*

baccata. 930. * Taxus foliis approximatis. LINN. Syſt. pag. 895. *Fl. Suec.* n. 916. DV ROI Harbk. II. p. 451.

Taxus

Taxus. C. B. P. p. 505. BLACKW. t. 512.

Wilder Taxbaum; Bogenbaum; If; Ibe; Ifen; Eibe; Eibenbaum; Eue; Eiben; Ibenbaum; Euen-Ebenbaum; Eyenbaum; wilder teutſcher Taxus; nordiſcher Taxus; pommerſcher Taxusbaum. Germ. *Common Yew; Yew-Gray; Ive; Yo.* Angl. *If ordinaire.* Gall.

Habitat in Europa et America: Apud nos in dumetis paſſim, e. g. in *Inſula ante Hortum Wölkauienſem* atque in hortis ſuburbanis, v. c. *Boſiano*, *Winkleriano*, *Richteriano*, *Trieriano etc.* et quoque alibi. Fl. Mai. Arbor.

Obſ. Arbor antiquitus venenata habita foliis ſemperuirentibus viridiſſimis tecta, topiariis valde apta et ad Tapetzia viua pulcherrima. Baccae certe ſuſpectae et hominibus lethales. Folia contra pecoribus nocuiſſe nonnullorum exempla authorum confirmarunt. Folia in Sileſia contra Rabiem caninam adhibentur Lignum rufum, venoſum, durum, glaberrimum et valde praeſtans atque vtiliſſimum ad axes, haſtas, arcus, cantharos, cochlearia. LINN. *Fl. Suec.* p. 362.

CLAS-

Claſſis XVII.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

a) *Flores ſimplices ringentes.*

336. FVMARIA. L. G. 920. Erdrauch. *Germ.* Fumatory. *Angl.* Fumeterre. *Gall.*

931. *Fumaria* radice bulboſa; caule ſimplici bracteis
maior. integerrimis, ouato-lanceolatis, floribus breuioribus. ROTH. Germ. I. p. 300.

Fumaria bulboſa caule ſimplici, bracteis longitudine florum. LINN. Syſt. Ed. R. T. III. pag. 378. n. 4. var. α. *radice bulboſa, caua.* BOEHM. n. 312. *Fl. Dan.* t. 005. GLED. *Naturgeſch. der einheim. Pfl.* pag. 114. tab. 61.

Var. α) Fumaria bulboſa, radice caua, maior, flore rubro. C. B. P. p. 143. BLACKW. t. 534.

β) Fumaria radice tuberoſa, maior, flore albo. Pſeudo-Fumaria. RIV. Tetr. t. 73.

Pharm *Ariſtolochiae Cauae* Radix.

Zwiebelerdrauch; Holzwurzel; Donnerwurz; Herzwusz; Hahnenkamm; Frauenſchüchlein; Taubenkropf. Germ. *Solid bulbous Fumatory.* Var α) *Hallow bulbous Fumatory*; β) *Greater ſolid-bulbous Fumatory.* Angl. *Racine creuſe*; β) *Fumeterre ayant la racine faſſonée en bulbe.* Gall.

In locis nemoroſis. e. g. *im Roſenthale*, porro ad viam *nach dem Connewitzer Holze.* Var. α. et β) in Horto *Boſiano, hinten an der Lehmwand*; porro quoque inter *Gonnewitz*, *Raſchwitz*, *Gautſch*, *in der*
Käm-

Kämmerei bei Nauendorf etc. frequens. Fl. Martio et Aprili.

932. *Fumaria* radice bulboſa, caule ſimplici, bracteis cuneiformibus apice inciſis. WILDEN. Prodr. Berol. n. 704. Halleri.

Fumaria radice bulboſa, ſolida, caule ſimplici multifolio, bracteis digitatis. HALL. Helvet. n. 349. BOEHM. n. 313. BLACKW. t. 534.

Fumaria bulboſa. LINN Syſt. Ed. R. T. III. p. 378. var. β *radice bulboſa, intermedia.*

Pharm. *Ariſtolochiae Rotundae Vulgaris* ſ. *Fabaciae* ſ. *Fumariae Bulboſae* Radix.

Kleine Holzwurz; kleiner knolligter dicktwurzlichter Erdrauch; kleine runde Oſterlucei. Germ. *Smaller ſolid bulbous Fumatory.* Angl. *Ariſtoloche ronde commune.* Gall.

In locis humidis et nemoroſis montoſisque *im Roſenthale, hinter dem Lazarethe,* poſt pagum *Eutritſch, vor Pforte auf dem Knabenberge etc.* copioſe. Flor. Martio in Aprilis medium vsque.

Vſ. Radix huius ſpeciei *Kalmuccis* ſuauiſſimum praebet cibum.

b) *Caule ramoſo.*

933. *Fumaria* ſiliquis linearibus tetragonis, caulibus diffuſis, acutangulis LINN. Syſt. p. 637. n. 8. SCHREB. Spicil. p. 24. n. 935. RIV. tetr. t. 73. Capnoides.

Gelber Erdrauch. Germ. *Yellow Fumatory.* Angl. *Fumeterre vivace.* Gall.

In muris vetuſtatis, e. g. in Horto *Boſiano in den Mauern des alten Gewächshauſes* et ibidem ad muros copioſe. Flor. Maio et per totam fere aeſtatem. Perennis.

934. *Fumaria* pericarpiis monoſpermis, racemoſis, caule diffuſo. LINN. Syſt. p. 637. n. 11. BOEHM. n. 311. BLACKW. t. 237. KERN. B. I. p. 46. t. 60. GLED. *Naturg. der einh. Pfl.* p. 101. t. 6. officinalis.

Fu-

Fumaria. RIV. *Tetrap. Irreg.* tab. 1.

Pharm *Fumariae* Semina, Herba.

Gewöhnlicher Erdrauch ſ. *Taubenkropf; Acker* ſ. *Feldraute; Ackerkraut; Alpraute; wilde Raute; Taubenkörbel; Katzenkörbel, Krätzheit; Krätz-* ſ *Grindkraut; Nonnenkraut; Fimſtern.* Germ. *Ramping Fumatory.* Angl. *Fumeterre des Boutiques.* Gall.

In agris inter ſegetes, aruis, aggeribus et ad vias frequens. Flor. Maio et per totam fere aeſtatem. Annua.

Vſ. Planta amara, corroborans, antacida, Cachecticis, Scorbuticis et Scabioſis etc. vtilis. Pabulum ouibus gratum et ſalutare eſt herba recens.

OCTANDRIA.

337. POLYGALA. L. G. 921. Kreuzblume. *Germ.* Milkwort. *Angl.* Poligale. *Gall.*

vulgaris. 935. *Polygala* floribus criſtatis racemoſis, caulibus herbaceis, ſimplicibus procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis. LINN. Syſt. pag. 638. BOEHM. n. 253. *Fl. Dan.* t. 516.

Polygala vulgaris. C. B. P. p. 215. VAILL. Pariſ. t. 32. f. 2.

Var. β) Polygala flore violaceo.

γ) Polygala flore carneo.

δ) Polygala flore albo.

ε) Polygala flore variegato.

ζ) Polygala maior. C. B. P. p 215. VAILL. Pariſ. 161. t. 32. f. 1.

Pharm. *Polygalae vulgaris* Folia, Radix.

Gemeine Kreuzblume; Milchblume; Himmelfarths-Natterblume; Herrgottsbärtlein; Ramſel. Germ. *Common Milkwoort.* Angl. *Poligale vulgaire.* Gall.

In paſcuis et pratis ſiccis, e. g. var. β) *auf dem Gickerlingsberge; bei dem Geſundbrunnen; hinter den kleinen Kohlgärten* verſus *Schönfeld* et alibi valde frequens; γ) praeprimis *bei dem Gunndorfer Holze etc.* et ad viam ante pagum *Seehauſen*; δ) in limitibus gro-

agrorum ante pagum *Linkel* et ad *Templum St. Theclae*; ε) *bei dem Geſundbrunnen* paſſim; ζ) in ſolo pinguiori et locis graminoſis vbique. Fl. Maio. in Auguſtum vsque.

Obſ. Contra Phthiſin radix in puluere, vna cum infuſo herbae, cum optimo euentu data eſt Vindebonae. *Candon.*

DECANDRIA.

b) *Flores ſimplices papilionacei, leguminoſi.*

α) *Staminibus omnibus baſi connexis.*

1) *Stigmate imberbi.*

338. GENISTA. L. G. 930. Günſter. *Germ.* Dyer's-Broom. *Angl.* Genêt. *Gall.*

* *Inermes.*

936. *Geniſta* foliis lanceolatis, glabris, ramis ſtriatis, teretibus, erectis. LINN. Syſt. p. 645. SERT. Lipſ. n. 36. tinctoria.

Geniſta foliis confertis, oualibus, acutis, floribus ſeſſilibus, ſpicatis. BOEHM. n. 323. *Fl. Dan.* t. 526.

Geniſtella. RIV. Tetrap. Irreg. t. 67.

Pharm. *Geniſtae tinctoriae* Herba, Flores, Semina.

Hohlheide; *Mägdekrieg*; *Färbergünſter*; *Färberkraut*; *Färbeblume*; *Färberfriemen*; *Heideſchmuck.* Germ. *Dyer's Broom*, *Green-wood*; *Woad-Waxen.* Angl. *Genêt des Teinturiers*; *Herbe aux teintures*; *Geneſtrole.* Gall.

In nemoribus montoſis et ſyluis ſterilioribus, *im Bieniz*; *Gunndorfer- und Univerſitäts Macherſchen-Sommerfelder-Grasfelder-Holze*; *in dem Hegegraſe bei Kriphäne; in der Kammerei bei Nauendorf*; *in dem Nötzſcher Holze* atque *in der Prellheide etc.* porro in locis elatioribus, e. g. *auf den Weinbergen hinter Tauche* copioſe. Fl. Iun. in Auguſtum vsque. Perennis. *Vſ.*

Vſ. Flores et herba luteo tingunt colore atque pictores ex his colorem *Schüttgelb* ſic dictum pa ant. Sal *Geniſtae* in hydrope laudatur. Herba pabulum ouibus ſalutare. Frutex locum obtinet in fruticetis.

piloſa. 937. * *Geniſta* foliis lanceolatis obtuſis, caule tuberculato decumbente. LINN. Syſt. pag. 645. n. 9. SCOP. Carn. Ed. II. n. 874. POLLICH. Palat. n. 664.

Geniſta inermis, procumbens, foliis duris, ſubhirſutis, ſpicis breuibus folioſis. HALL. Helvet. n. 351.

Chamae-Geniſta foliis Geniſtae vulgaris. C. B. P. p. 395.

Kleine rauche Erdpfrieme; *kleine Maipfrieme; ungariſche Erdpfrieme*; *kleine Heiden*; *haariger Ginſter.* Germ. *Branching Broom*; *Dwarf Broom of Hungary.* Angl. *Gênet velu*; *Gènet branchu à feuilles de Millepertuis.* Gall.

In locis ſiccioribus, arenoſis elatioribusque, e. g. *in der Tieglitz bei Düben* nuperrime primum detexi. Fl. Maio et Iunio. Semina maturat Auguſto.

Obſ. Cal. breuis 1— phyllus, extus pubeſcens, irregulariter 5 — dentatus: denticulis 2 ſuperioribus ouato-acutioribus, magis diſtantibus; inferioribus 3 minoribus, omnibus fere ciliatis. *Cor.* papilionacea: *Vexillo* lato, reflexo, ſubrotundo, obtuſo, integerrimo, flauo: *Alis* 2, ouatis, flauis, carina paulo breuioribus, vexilli longitudine. *Caul.* ramoſi, duri, procumbentes, apicem verſus erecti, 6—7— angulis eminentibus ſulcisque exarati, tuberculis plurimis ſparſim obſeſſi. *Fol.* e ſingulo tuberculo plerumque 3 vel plura egrediuntur, obuerſe-lanceolata, obtuſa, integerrima, ſeſſilia, vel vix petiolata, ſuperne laete viridia, glabra, inferne pilis albeſcentibus, tenuioribus ſericeis tecta. Flores ſpicati antrorſum nutantes. *Spica* racemoſa, flaua, pedunculis alternis, ſolitariis, vel 2 ex foliorum alis faſciculatim progredientibus inſtructa.

Obſ. Flores apes frequenter quaerunt.

** *Spi-*

*** Spinoſae.*

938. *Geniſta* ſpinis compoſitis, ramis floriferis, inermibus, foliis lanceolatis. LINN. Syſt. pag. 645. n. 12. BOEHM. n. 324. Germanica

Geniſtella Spinoſa. RIV. Tetrap. Irreg. tab. 67. pulchre.

Stechende Hohlheide; ſtechende Erdpfrieme: kleiner teutſcher l. ſtachlichter Günſter; niedrig ſtechende teutſche Pfrieme; ſtachlichtes Pfriemenkraut; rauhe Stachelpfrieme; teutſche Färberpfrieme. Germ. *German prickly Broom; Needle Furzes or dwar Whimme.* Angl. *Genèt d'Allemagne; Petit Genêt epineux; Genêt Piquant* Gall.

In ſyluis fere omnibus creſcit, e. g. *im Bieniz, Univerſitäts - Gunnsdorfer - Macherſchen - Sommerfelder-Holze; in dem Hegegraſe bei Kriphäne; in der Kämmerei bei Nauendorf; in der Prellheide etc.* valde vulgaris. Fl. Iun. et Iul. Perennis.

Obſ. Flores luteo tingunt colore. Herba tenella pabulum bobus, capris ouibusque haud ingratum. Fl. apibus pabulum.

339. * LVPINVS. L. G. 939. Feigbohne ſ. Wolfsſchote. *Germ.* Lupine. *Angl.* Lupin. *Gall.*

939. * *Lupinus* calycibus alternis inappendiculatis: labio ſuperiore integro: inferiore tridentato. LINN. Syſt. p. 655. JAHN. n. 10. albus.

Lupinus (latiuus) flore albo. C. B. P. p. 347. RIV. Tetr. Irreg. t. 25.

Pharm. *Lupini* Semina.

Weiſſe Feigbohne; weiſſe Gartenfeigbohne; Wolfsbohne; große Gartenlupine. Germ. *White Lupine.* Angl. *Lupin blanc.* Gall.

In pratis vdis ad *Schönfeld* ibidemque iuxta piſcinam Cel. JAHN ante paucos annos inuenit; *in dem Poetengange* atque in hortis oleraceis aliisque ſuburbanis frequentius occurrit. Fl. Iul. Aug. Annua.

Legumina in Italia inferuiunt cibo. Fabae toſtae *Caffeae* Succedaneum.

B b 940.

luteus. 940. * *Lupinus* calycibus verticillatis appendiculatis labio ſuperiore bipartito; inferiore tridentato. LINN. Syſt. p. 656. n. 7.

Lupinus (ſylueſtris) flore luteo. C. B. P. pag. 348. RIV. Tetr. Irreg. t. 26.

Gelbblühende Feigbohne ſ. *Wolfsſchote.* Germ. *Common Yellow flowered Lupine.* Angl. *Lupin jaune.* Gall.

Habitat in arenoſis Siciliae.

Hoſpitatur frequenter in hortis noſtratibus, tam ſuburbanis, quam ruſticanis et oleraceis. Flor. per totam fere aeſtatem. Annua.

Obſ. Flores ſubſeſſiles, lutei, ſuauem ſpargunt odorem. Bracteae ouatae.

340. ANTHYLLIS. L. G. 936. Wollblume. *Germ.* Kidney-Vetch. *Angl.* Vulneraire. *Gall.*

Vulneraria. 941. *Anthyllis* herbacea, foliis pinnatis, inaequalibus, capitulo duplicato. LINN. Syſt. pag. 654. BOEHM. n. 322. KERN. B. I. p. 27. t. 26.

Anthyllis. RIV. Tetrap. Irreg. t. 18.

Pharm. *Vulnerariae* Herba.

Wund- ſ. *Berufkraut; Wundblume; Wund-* ſ. *Katzenklee; Hendelweiß; wilde Bohnen.* Germ. *Yellowflowering Woundwort; Scarlet Kidney-Vetch; Northern Anthyllis or Ladies-Finger.* Angl. *Vulnéraire ruſtique, ou des poiſans.* Gall.

In pratis ſiccioribus *hinter dem Sandberge bei Rückmarsdorf*; porro quoque in humidis pratis ad *Klein-* et *Groſsdölzig*; ad *Lindenhain* et verſus *Kriphäne etc.* Fl. Mai. et Iun. Perennis.

Vſ. Herba luteo-croceo inficit colore, quo ruſtici ſuos veſtes tingunt. Inſuper ouibus pabulum. Flores exſiccatione caerulei euadunt, ſicuti Flores *Loti corniculati.*

341.

341. ONONIS. L. G. 93 . Hauhechel. *Germ.* Reſt-Harrow. *Angl.* Bugrane. *Gall.*

942. * *Ononis* floribus racemoſis ſolitariis; foliis ternatis ſolitariisque ramis ſpinoſis. LINN. Syſt. p. 651. n. 2. BOEHM. n. 27. var. 1. RETZ. Obſerv. Bott. Faſc. I. p. 23. n. 78. et Faſc. II. p. 21. n. 68. BLACKW. t. 301. f. 1. *Fl. Dan.* t. 763. ſpinoſa.

Anonis. RIV. Tetrap. Irreg. t. 69.

Stachlichte Hauhechel; *Hechelkraut*; *Stallkraut*; *Stahlkraut*; *Ochſenkraut*; *Ochſenbrech*; *Pflugſterz*; *Weiberkrieg.* Germ. *Common Reſt Harrow or Cammock.* Angl. *Bugrane epineuſe.* Gall.

In locis campeſtribus et arenoſis paſcuisque ſiccis fere vbique, *auf der Pfingſtwieſe*, *auf dem Gieſerlingsberge*; in limitibus agrorum et Coemeteriis etc. vulgaris. Fl. Iun. Aug. Perennis.

943. *Ononis* floribus racemoſis, geminatis, foliis ternatis, ſuperioribus ſolitariis, ramis inermibus, ſubvilloſis. LINN. Syſt. pag. 651. n. 3. BOEHM. n. 327. RETZ. Obſ. Bott. Faſc. I. p. 23. n. 78. et Faſc. II. pag. 21. n. 67. aruenſis.

Ackerhauhechel ohne Stacheln; *Wetzſteinkraut.* Germ. *Thornleſs Reſt-Harrow.* Angl. *Bugrane des champs*; *Arrêt-Boeuf.* Gall.

Pharm. *Ononidis* Radix, Herba.

In iisdem locis cum priori immixta reperitur. Fl. Iul. Aug. Perennis.

Obſ. Haec tota priore maior, pallidior, magis ſucculenta, hircino odore praedita, nunquam ſpinoſa, tamen repens. Aratoribus haec et illa planta inuiſa.

Vſ. Radix in febre hungarica laudatur. Turiones *Ononidis* Aſparagi ad inſtar coquuntur in nonnullis regionibus. Decoctum herbae equis Iſchuria laborantibus ſalutare. Herba tenella ouibus, equis aſinisque etc. pabulum valde bonum.

342. PISVM. L. G. 716. Erbſe. *Germ.* Pea. *Angl.* Pois. *Gall.*

ſatiuum. 944. *Piſum* petiolis teretibus, ſtipulis inferne rotundatis, crenatis, pedunculis multifloris. LINN. Syſt. pag. 660. n. 1. BOEHM. n. 336. BLACKW. t. 83.

Piſum aruenſe. C. B. P. p. 342. Piſum. RIV. Tetr. Irreg. t. 36.

Var. β) Piſum humile caule firmo. TOVRNEF. Inſt. p. 394. Piſum nanum. RIV. Tetr. Irreg. t. 39.

γ) Piſum ſine cortice duriore. } C.B.P. p. 343.
δ) Piſum hortenſe maius. } C.B.P. p. 342.
ε) Piſum vmbellatum. } C.B.P. p. 344.
ζ) Piſum maius quadratum. } C.B.P. p. 342.

η) Piſum aruenſe fructu cinereo. }
ι) Piſum aruenſe ex luteo-vireſcente. }
ϑ) Piſum fructu albo. } TOVRNEF. Inſtit. p. 394.

Erbſe; zahme Erbſe; gemeine Feld- ſ. Gartenerbſe; Schotenerbſe et immaturae Siliquae *Schoten.* Germ. *Common Garden Pea.* Angl. *Pois cultivé, ou des jardins.* Var. β) *Zwergerbſe; Franzerbſe; kleine Zuckererbſe; Kruperbſe.* Germ. *Dwarf Sugar Pea.* Angl. *Pois nain ſans parchemin.* Gall. γ) *Zuckererbſe.* Germ. *Sugar Pea.* Angl. *Pois gourmands.* Gall. δ) *Klunkererbſe; Fontanellerbſe.* Germ. ε) *Kronerbſe; Traubenerbſe; Büſchelerbſe.* Germ. *Roſe or Crown Pea.* Angl. *Pois à couronne.* Gall. ζ) *Holländiſche Erbſe.* Germ. *Pear of Hollande.* Angl. *Pois d'Hollande.* Gall. η) *Graue Erbſe.* Germ. *Gray-Pea.* Angl. *Pois gris.* Gall. ι) *Felderbſe.* Germ. *Pig-Pea.* Angl. *Pois cultivé des champs.* Gall. ϑ) *Weiſſe Felderbſe.* Germ. *Common white Pea.* Angl. *Pois blanc.* Gall.

In agris inter ſegetes var. η—ϑ.) paſſim occurrunt. Caeterum omes in agris oleraceis hortisque fere omnibus apud nos frequenter coluntur. Flor. aeſtate.

Vſ. Siliquae virides et tenellae facile digeruntur: maturae contra farinam crudam continent et flatus gignunt.

945.

945. * *Piſum* petiolis tetraphyllis, ſtipulis crenatis, pedunculis vnifloris. LINN. Syſt. p. 661. n. 2. aruenſe.

Piſum pulchrum, folio anguloſo. I. BAVH. 2. pag. 297.

Feld- ſ. *Ackererbſe*; *wilde Stockerbſe.* Germ. *Common Peaſe of the Fields.* Angl. *Pois des champs.* Gall.

In agris cultis praeprimis inter *Piſum Satiuum* et *Viciam ſatiuam.* Fl. Aeſtate. Annua.

Obſ. Ab aliis ſpeciebus facile diſtinguitur; videlicet duplici foliorum pare, ſtipulis emarginatis et floribus ſolitarie poſitis. BOEHM.

Vſ. Siliquae pabulum pecoribus haud ingratum.

2. *Stigmate pubeſcente.*

343. SPARTIVM. L. G. 929. Pfriemenkraut. *Germ.* Broom. *Angl.* Genêt. *Gall.*

946. *Spartium* foliis ternatis ſolitariisque, ramis inermibus, angulatis. LINN. Syſt. p. 644. SCHREB. Spicil. p. 25. n. 938. BLACKW. t. 244. *Fl. Dan.* tab. 313. DVHAM. Arb. Tom. I. Pl. 84. Scoparium.

Geniſta RIV. Tetr. Irreg. t. 65.

Pharm. *Spartii Scoparii* Flores, Semina, Herba.

Günſter; *gemeiner Günſter*; *Pfriemenkraut*; *Beſem* ſ. *Stechpfriemen*; *Pfingſt* - ſ. *Heidepfrieme*; *Pfriemenholz*; *Haaſengeil*; *Reh-Haaſenheide*; *Schachkraut*; *Frauenſchüchel*; *Bram*; *Bramkapern*; *teutſche Kapern.* Germ. *Common, or Green Broom.* Angl. *Spartie Genêt à balais*; *Genêt commun.* Gall.

In nemoribus e. g. in Pineto ad *Lindenthal*, in ſylvis ad *Linkel*, *Machern*, *in der Prellheide*; ad Officinam lateritiam *Meiſsdorfienſem*; in limitibus agrorum ad *Laue* et *Neuhauſen* et in elatioribus *bei Gothe* et poſt vrbem *Tauche* dictam etc. frequenter creſcit. Fl. Maio et Iunio. Perennis.

Vſ. Flosculi muria et aceto conditi *Capparidum* ſuccedaneum. Flores pictoribus colorem praebent flauum. Rami ſcopis conficiendis et coriis parandis apti.

apti. Frutex ob flores pulchre luteos magnosque Arboreta et Fruticeta ornat.

344. PHASEOLVS. L. G. 940. Bohnen; Phaſeolen. *Germ.* Kidney-Bean. *Angl.* Haricot. *Gall.*

vulgaris. 947. *Phaſeolus* caule volubili, racemis multifloris, bracteis pedicellorum ſolitariis ouatis, leguminibus linearibus. BERG. Mat. Med. II. p. 601. n. 378.

Phaſeolus vulgaris caule volubili, floribus racemoſis, geminis, bracteis calyce minoribus, leguminibus pendulis. LINN. Syſt. p. 656. n. 11. BOEHM. n. 344. RIV. Tetr. Irreg. t. 30.

Gemeine Bohne; *Vitsbohne*; *welſche Bohne*; *Gartenfaſeolen*; *groſse Schminkbohnen*; *Schmückbohnen*; Var. β) *Stangenbohnen*; 1) *weiſſe Schminkbohnen*; 2) *Perlbohne*; 3) *Schwerdbohne*; 4) *bunte* ſ. *ſcheckigte Bohne*; 5) *frühe weiſſe Schminkbohne*. Germ. *Common Kidney-Bean*; 3) *Large Dutch Kidney Bean*. Angl. *Haricot commun* Var. 1) *Haricot blanc commun*; 2) *Petit Haricot rond blanc*; 3) *Gros Haricot d'Hollande*; 4) *Haricot grivelé*; 5) *Haricot blanc*. Gall.

Obſ. Racemi axillares, pubeſcentes, ſolitarii, erecti, multiflori, fructibus geminis, pedicellatis. Bracteae ſolitariae, glabrae, ſeſſiles, ouatae, acutae, apice inflexae. *Legumina* pendula, ſpithamaea, viridia, linearia, recta, dorſo groſſius repanda, glabra, minus oblique et interrupte ſtriato-rugoſa, verſus baſin paululum attenuata, apice terminata mucrone conico-ſubulato, transuerſim compreſſo, incuruato. *Sem.* matura nitida, alba, ex ouato-oblonga, reniformia, hilo albo notata.

puniceus. 948. * *Phaſeolus* caule volubili, racemis multifloris, bracteis pedicellorum ternis lanceolatis, leguminibus acinaciformibus hirtis. BERG. l. c. pag. 602. n. 379.

Phaſeolus indicus, flore coccineo ſ. puniceo. MORIS. Hiſt. 2. p. 69. LINN. Spec. Pl. T. II. p. 1016. n. 1. Var. β.

Phaſeolus coccineus. RIV. Tetr. Irreg. t. 29. fig. 1.

Feuer-

Feuerbohne; röth- ſ. *weiſsblühende türkiſche Vitsbohne; braſilianiſche* ſ. *arabiſche Bohne.* Germ. *Scarlet Bean.* Angl. *Haricot d'Eſpagne; Haricot à fleurs pourpres.* Gall.

Obſ. Racemi axillares, elongati, multiflori. Bracteae 3, paruae, lanceolatae, acutae, quarum exteriores reflexae: intermedia erecta, paulo maior, calycum vero 2 oppoſitae, calycis baſi vtrinque adnatae, lineari-ouales, calycis longitudine. *Legum.* pendula, acinaciformia, compreſſa, vtrinque attenuata, apice acuto, ſubtùs ſulcato, hirſuta, dorſo gibboſa, 3— ſperma.

949. * *Phaſeolus* caule ſubuolubili, pedunculis axillaribus, quadrifloris, calycibus ſuperne truncatis. BERG. l. c. p. 603. n. 380. foetidus.

Zuckerbohne; Spargelbohne. Germ. *Sugar Pean.* Angl. *Haricot ſans parchemins.* Gall.

Obſ. Pedunc. teretes, axillares, quadriflori, erecti. *Bract.* ouatae, ſtriatae, glabrae, ſolitariae, patentes: 2 vero oppoſitae, baſi calycis ſubiectae, reflexo-patentes, calyce maiores. *Legum.* teretiuſcula, vtrinque compreſſa, apice mucronata. *Sem.* ouata, ferruginea, rotundato-compreſſa, glabra, hilo laterali, oblongo, notata.

Hae omnes tres ſpecies commemoratae in India habitant. Apud nos cum varietatibus plurimis in hortis oleraceis aliisque ſuburbanis ruſticaniſque etc. frequenter coluntur. Fl. Iun. Iul. Annuae.

Legumina viridia in culinis iuſculis carnium incoquuntur, vel Acetariorum more praeparantur etc.

950. * *Phaſeolus* caule breui erectiuſculo diffuſo, pedunculis oppoſitifoliis, calycis labio ſuperiore emarginato. BERG. l. c. p. 604. n. 381. nanus.

Phaſeolus nanus caule erecto, laeui, bracteis calyce maioribus; leguminibus pendulis, compreſſis, rugoſis. LINN. Syſt. p. 656. n. 12. RIV. Tetr. Irreg. t. 29. fig. 2.

Zwergbohne; Zwergvitsbohne; Krupvitsbohne; Franzbohne; Erbsbohne; Eyerbohne. Prinzeſſinbohne; kleine Perlbohne Germ. *Dwarf Kidney-bean.* Angl. *Haricot nain.* Gall.

In India cum prioribus habitat.

In agris oleraceis, hortis fere omnibus valde vulgaris. Fl. Aeſtate. Annua.

Obſ. Pedunc. oppoſitifolii, erecti, teretes, pubeſcentes, multiflori. *Bract.* ouatae, acutae, glabrae, ſtriatae, patentes, ad pedunculos ſolitariae, ad calycem contra oppoſitae, calyce longiores. *Legum.* carnoſa, virideſcentia, linearia, in apicem acuminatum terminantia: acumine inflexiuſculo, conico, vtrinque ſulcato. *Sem.* 6, ouato-cylindrica, ſordide alba, vel alio colore picta; glabra.

In culinis prae aliis maxime adhibentur.

β) *Staminibus* 9 (*inferioribus*) *connatis, decimo* (*ſupremo*) *libero.*

1) *Stigmate pubeſcente.*

345. OROBVS. L. G. 945. Erven; Kichern. *Germ.* Bitter Vetch. *Angl.* Orobe. *Gall.*

vernus. 951. *Orobus* foliis pinnatis ouatis, ſtipulis ſemiſagittatis, integerrimis, caule ſimplici. LINN. Syſt. p. 664. n. 4. BOEHM. n 340. BLACKW. t. 208. RIV. Tetr. Irreg. t 58. *Orobus.*

Pharm. *Orobi* Farina.

Frühjährige Erven; Waldkichern; Faſanenkraut. Germ. *Vernal Bitter Vetch.* Angl. *Orobe ſauvage, ou printanier.* Gall

In nemoribus, *im Roſenthale*, vbi florum color valde ludit; porro *im Gonnewitzer, Raſchwitzer, Zſchocherſchen, Sommerfelder, Univerſitätsholze, in der Kämmerei bei Nauendorf* et in aliis ſyluis copioſe creſcit. Fl. April. et Maio. Perennis.

Flos exhilarat ſub frondeſcentia Coryleta purpureis ſpecioſiſſimisque floribus. LINN. Herba pabulum bobus, capris et equis haud ingratum.

952.

952. *Orobus* foliis pinnatis, lanceolatis; ſtipulis ſemi-ſagittatis, integerrimis, caule ſimplici. LINN. Syſt. p. 661. n. 5. SCHREB. Spicil. p. 26. n. 940. *Fl. Dan.* t. 781 tuberoſus.

Orobus radice tuberoſa. RIV. Tetrap. Irreg. tab. 59.

Knollige Erven; Bergerbſe; Walderbſe der Engländer: Chriſtwurz; Heiderbſe. Germ. *Tuberous-rooted Bitter-Vetch, or Wood or Heath-Peas.* Angl. *Orobe tubereux.* Gall.

In der Tiglitz bei Düben olim Ill. SCHREBERVS invenit: nunc quoque *in der Kämmerei bei Nauendorf* atque *im Bieniz* paſſim reperi. Fl. Maio et Iunio. Perennis.

Radices coctae, ſapidae et nutrientes, ac pro pane vicario inſtruire poſſunt. LINN.

953. *Orobus* caule ramoſo, foliis ſexiugis ouato-oblongis. LINN. Syſt. pag. 662. n. 10. BOEHM. n. 341. niger.

Orobus Viciae folio. RIV. Tetr. Irreg. t. 60.

Schwarze Erven: falſches Süßholz. Germ. *Wood-Orobus with Vetch leaves; Vetch-leaved* Bitter *Vetch.* Angl. *Orobe noir.* Gall.

In ſyluis elatioribus *im Bieniz, in der Kämmerei* paſſim. Fl. Iul. Aug. Perennis.

Obſ. Ob radicis dulcedinem *Glycyrrhiza Syluestris* nonnullis appellatur et eiusdem herbae radicem fuiſſe cibum, a *Dione*, in *Seueri Imperatoris* Vita, memoratum, quo vſi Angli per aliquot dies ab hoſtibus preſſi, vt famem ſitimque tolerarent, fertur. vid. RAI. Hiſt. 19.

346. LATHYRVS. L. G. 964. Kichern, Platterbſe. *Germ.* Chichling Vetch. *Angl.* Veſſe. *Gall.*

* *Pedunculis vnifloris.*

954. *Lathyrus* pedunculis vnifloris, cirrhis diphyllis tetraphyllisque, leguminibus ouatis, compreſſis, dorſo bimarginatis. LINN. Syſt p. 662. n. 5. ſatiuus.

Lathyrus Siliqua latiore. RIV. Tetrap. Irreg. tab. 47.

Kechern, Küchern, weiſſe Kichern, italieniſche Erbſen; platter Erbſen; zahme Platterbſe. Germ. *Annual Chichling Vetch.* Angl. *Geſſe cultivée*; *Nentil de Suiſſe.* Gall.

In hortis paſſim et in agris inter *Viciam Satiuam* ſparſim. Fl. Iun. Iul. Annua.

Vſ. Panis ex ſeminum farina ſolummodo confectus albus, leuis, ſapidus habetur pro alimento perniciosiſſimo: ſi contra cum Tritici farina mixtus paratur, tunc optimus plerumque et innocuus euadit. Suibus, Gallinis, Columbisque ſemina eſſe noxia narrantur. Anſeres autem haec auide deuorant et Aues vt pabulum plane innoxium. In Heluetia Semina ſine detrimento comeduntur et ibidem herbam pecora impune deuorant. vid. DUVERNOY *Diſſ. de hoc Lathyro.* Baſil. 770.

** *Pedunculis bifloris.*

odoratus. 955. *Lathyrus* pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ouato-oblongis, leguminibus hirſutis. LINN. Syſt. p. 663. n. 10.

α) Siculus. Var. α) Lathyrus Siculus *Riuini.* RVP. Ienenſ. p. 210. RIV. Tetr. Irreg. t. 36.

β) Zeylanicus. β) Lathyrus Zeylanicus, odorato flore amoeno ex albo et rubro vario. BVRM. Zeyl. 138.

Wohlriechende Platterbſe; *Gartenwicke*; *ſpaniſche Wicke.* Germ. *Sweet-ſcented Pea.* Angl. *Geſſe odorante.* Gall.

Habitat α) in Sicilia et β) in Zeylona.

In hortis noſtratibus fere vbique colitur ob odorem bene ſuaueolentem et flores pulchre varieque pictos. Fl. Aeſtate.

Obſ. Oeconomi hunc Lathyrum nuper vt pabulum pro pecoribus colendum commendarunt. SCHOLL.

tingitanus. 956. * *Lathyrus* pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis: foliolis alternis, lanceolatis, glabris, ſtipulis lunatis. LINN.

LINN. Syſt. p. 663. n. 12. JACQ. Hort. t. 76. SCHOLL. Barb. p. 292. n. 104.

Tunitaniſche Platterbſe. Germ. *Tangiar Chichling Vetch.* Angl.

Hic Lathyrus, qui in Mauritania ſponte creſcit, ob pulchrum fiorum colorem noſtrates ornat hortos, vbi frequenter occurrit. Fl. Aeſtate. Annua.

957. * *Lathyrus* pedunculis bifioris, cirrhis polyphyllis, ſtipulis dentatis. LINN. Syſt. p. 663. n. 13. Clymenum.

Clymenum hiſpanicum, flore vario, ſiliqua plana. TOVRNEF. Inſt. p. 396.

Levantiſche Platterbſe. Germ. *Spaniſh Chichling. Vetch.* Angl. *Geſſe Climene.* Gall.

Habitat in Hiſpania et Oriente.

In hortis noſtratibus nunc frequenter colitur. Fl. Iun. in Auguſt. Annua.

Obſ Flos inodorus: Vexillo rubro; Alis albidis, Legumina compreſſa, plana.

*** *Pedunculis multifloris.*

958. *Lathyrus* pedunculis multifloris cirrhis diphyllis, foliolis oualibus intermediis nudis. LINN. Syſt. pag. 663. n. 15. tuberoſus.

Lathyrus foliis binatis, radice glandulosa. BOEHM. n. 319.

Lathyrus aruenſis. RIV. Tetr. Irreg. t. 42.

Vſ. Culices et puſices pellit herba recens.

391. GNAPHALVM L. G. 1026. Ruhrkraut. *Germ.* Cudweed. *Angl.* Immortelle, ou Perliere. *Gall.*

* *Chryſocoma.*

1091. *Gnaphalium* herbaceum, foliis lanceolatis, inferioribus obtuſis, corymbo compoſito, caulibus ſimpliciſſimis. LINN. Syſt. p. 747. n. 26. BOEHM. n. 175. BLACKW. t. 529. *Fl. Dan.* t. 641. arenarium.

Pharm. *Stoechadis Citrinae* Flores.

Sandruhrkraut; *krautartige Sandruhrpflanze*; *gelbe Rhein-Mottenblume*; *Winterblümchen*; *Jünglingsblümchen*; *Immerſchön*; *ſchöne Liebe*; *teutſche gelbe Strohblume.* Germ. *Goldy Locks*, *or Sand Cudweed.* Angl. *Coniſe*; *ou Perliere des ſables.* Gall.

In campeſtribus arenoſis et apricis, *vor dem Gerberthore* et in via *nach Schönfeld nach der Mühle zu*, *auf dem Sandberge hinter den Straſſenhäuſern*, in locis elatioribus arenoſis *bei Nauendorf*, *Rückmarsdorf etc.* Fl. Iun. — Aug. Perennis.

** *Argyrocoma.*

1092. *Gnaphalium* ſarmentis procumbentibus, caule ſimpliciſſimo, corymbo ſimplici, floribus diuiſis. LINN. Syſt. p. 748. n. 45. BOEHM. n. 174. dioicum.

Var. α) *Gnaphalium* mas flore globoſo.

β) *Gnaphalium* femina flore oblongo.

Pharm. *Gnaphalii* Flores.

Zweihäuſiges Ruhrkraut; *Katzenpfötchen*; *Engelblume*; *weiß* ſ. *rothes Mauſeöhrlein.* Germ. *Mountain Cudweed*, *or Cat's-foot.* Angl. *Perliere dioique*; *Pied de Chat.* Gall.

In

Iu locis arenoſis, elatioribus, *im Bieniz*, *hinter Molkwitz* et in campis exaridis vbique. Flor. Mai. Iun. Annua.

Obſ. Quoad colorem ſaepius variat, ita, vt flores rubri cum albis mixti deprehendantur. Mares calyces ſubrotundos, feminae contra ſubcylindricos ferunt.

Vſ. Flores cum pane butyraceo vitulis in diarrhoea dantur.

*** *Filaginoidea.*

ſyluaticum. 1093. *Gnaphalium* caule herbaceo, ſimpliciſſimo, erecto; floribus ſparſis. LINN. Syſt. pag. 748. n. 50. BOEHM. n. 179. *Fl. Dan.* t. 254.

Wald- ſ. *großes Ruhrkraut.* Germ. *Upright Cudweed.* Angl. *Perliere des bois.* Gall.

In ſyluis et nemoribus arenoſis frequens. Flor. Iul. Aug.

vliginoſum. 1094. *Gnaphalium* caule herbaceo, ramo diffuſo, floribus confectis terminalibus. LINN. Syſt. p. 748. n. 57. BOEHM. n. 180. *Fl. Dan.* t. 859.

Sumpfruhrkraut ſ. *Moraſtruhrkraut*; *ſchwarzes Ruhrkraut.* Germ. *Black-headed Cudweed.* Angl. *Perliere des marais.* Gall.

In locis inundatis frequens. Flor. Iul. Aug. Annua.

b) *Floribus radiatis: Corollulis difformibus, in diſco tubuloſis; in radio ligulatis.*

392. BELLIS. L. G. 1042. Maslieben. *Germ.* Daiſy. *Angl.* Paquerette. *Gall.*

perennis. 1095. *Bellis* ſcapo nudo. LINN. Syſt. p. 770. BOEHM. n. 226. BLACKW. t. 200. *Fl. Dan.* t. 503.

Var. α) *Bellis* flore toto albo.

β) *Bellis* petalorum diſci margine colore purpureo ſtriato.

Pharm.

Pharm. *Bellidis minoris* Flores.

Maslieben; *Gänſe Angerblümchen*; *Margärethenblümchen*; *Sommerthierchen*; *Tauſendſchönchen.* Germ. *Common Daiſy.* Angl. *Paquerette vivace, ou petite Marguerite.* Gall.

In paſcuis, pratis, pomariis, campis, apricis et gramineis et ad vias vbique frequentiſſime. Flor. per totum fere annum.

Vſ. Folia in annonae caritate ad olera adhiberi poſſunt.

393. MATRICARIA. L. G. 1049. Mutterkraut. *Germ.* Feverfew. *Angl.* Matricaire. *Gall.*

1096. *Matricaria* foliis compoſitis, planis: foliolis ouatis inciſis, pedunculis ramoſis. LINN. Syſt. pag. 774. BOEHM. n. 228. BLACKW. t. 192. *Fl. Dan.* tab. 674. Parthenium.

Pharm. *Matricariae* Herba, Flores.

Gewöhnliches Mutterkraut; *Metter*; *Metram*; *Matronenkraut*; *Iungferkraut*; *Fieberkraut*; *Mädchenblume.* Germ. *Common Featherfew.* Angl. *Matricaire officinale, ou Eſpargoutte.* Gall.

In ruderatis, pagis et ad ſepes paſſim in Veneto ad *Plauſig.* Fl. Iul. Aug. Perennis.

Vſ. Vernali tempore herba iunior cum pane butyraceo comeditur in nonnullis regionibus.

1097. *Matricaria* receptaculis conicis, radiis deflexis, ſquamis calycinis margine aequalibus. LINN. Syſt. pag. 774. n. 3. SCHREB. Spicileg. pag. 47. n. 919. ſuaueolens.

Wohlriechendes Mutterkraut. Germ. *Sweet-ſcented Feverfew.* Angl. *Matricaire odorante.* Gall.

In ruderatis agris inter ſegetes paſſim. Flor. Iul. Aug. Annua.

1098. *Matricaria* receptaculis conicis, radiis patentibus, ſquamis calycinis margine aequalibus. LINN. Syſt. p. 774. n. 4. BOEHM. n. 231. BLACKW. t. 298. Chamomilla

Pharm.

Pharm. *Chamomillae Noſtratis* Herba, Flores.

Chamillen; Gamillen; Kamillen; gemeine Kamille; Feldkamille; Rickmerey; Römerey; Romey; Hermichen; Hermel; Hellmerchen; Hermünzel; Kammelblume; Laugenblume. Germ. *Corn Feverfew.* Angl. *Camomille commune.* Gall.

In agris ſecalinis, cultis requietisque et ruderatis locis fere vbique. Fl. Iun. — Aug. Annua.

Vſ. Pabulum bobus, capris, ouibus gratum. Herba a balneatoribus adhibetur.

Puluis florum Cortici Peruuiano ſaepe addi ſolet et contra febres intermittentes, vt ſpecificum laudatur remedium.

394. CHRYSANTHEMVM. L. G. 1048. Wucherblume. *Germ.* Golden Flower. *Angl.* Grande Marguerite. *Gall.*

* *Leucanthemum, radio albo.*

Leucanthemum. 1099. *Chryſanthemum* foliis amplexicaulibus oblongis: ſuperne ſerratis: inferne dentatis. LINN. Syſt. pag. 772. n. 5.

Matricaria foliis imis petiolatis ad caulem auritis et ſerratis. BOEHM. n. 2 . 9. BLACKW. t. 42.

Var. α) *Chryſanthemum* caule villis caneſcente.

β) *Chryſanthemum* foliis tenuiſſime inciſis.

Pharm. *Bellidis maioris et pratenſis* Herba, Flores.

Iohannisblume, Rinds-[illegible]l. Kalbsauge; Kuhblume; groſse Maslieben; groſse Gänſeblume. Germ. *Greater Daiſy, or Common Ox-Eye.* Angl. *Grande Marguerite, ou Chryſantheme Leucantheme.* Gall.

In verſuris, pratis, agris inter ſegetes copioſe *nach Eutritſch.* Var. α) in aggeribus *bei dem Schloſſe,* β) *auf den Gonnewitzer Schanzen.* Flor. Iun. Iul. Perennis.

inodorum 1100. *Chryſanthemum* foliis pinnatis multifidis, caule ramoſo diffuſo. LINN. Syſt. pag. 772. n. 10. SCHREB. Spicil. p. 17. n. 920. ſub *Matricaria. Fl. Dan.* t. 696.

Ge-

Geruchloſe Wucher-ſ. Iohannisblume; *geruchloſe Hundskamille.* Germ. *Scentleſs Ox-Eye.* Angl.

In agris poſt meſſem, praecipue in ſolo arenoſo *bei Schönfeld*, *Lindenthal*, *Leutſch*, *nach Gonnewitz.* Fl. Iul. Aug. Annua.

Obſ. I. Flores paulo minores, quam in antecedente.. *Cal.* plano-conuexus: ſquamis interioribus margine membrana fuſca ſcarioſa vndulata ouatis. Flosculi radii 12—16, albi, tridentati, tubo breui ex albo-flaueſcente gaudent. Diſci flores hermaphroditi, tubo albido inſtructi, ſuperne flacci, 5—fidi, regulares. *Sem.* 4—gulata, ex fuſco-atro, glabra, ad angulos ſulcata, apice 4 denticulis coronata. *Recept.* ouato-oblongum, intus cauum.

Obſ. II. Planta omnis fere odoris expers.

1101. *Chryſanthemum* foliis pinnatis, inciſo-ſerratis, corymboſum.
caule multifloro. LINN. Syſt. p. 772. n. 12. JACQ. Fl. Auſtr. Vol. 4. t. 379.

Matricaria foliis pinnatis, pinnis ſemipinnatis, laciniis dentatis, ſemine coronato, denticulato. BOEHM. n. 730.

Straußartige Wucherblume. Germ. *Corymbiferous Daiſy.* Angl. *Chryſantheme en corymbe.* Gall.

In ſyluis montoſis *im Bieniz* aliisque locis ſiccioribus atque in hortis paſſim. Flor. Iul. Aug. Perennis.

Agris inter ſegetes valde moleſta.

Obſ. Sem. 4—gona calyculo proprio tubuloſo, oblique denticulato, coronata. Planta omni odore ſaporeque caret.

** *Chryſanthemum radio luteo.*

1102. * *Chryſanthemum* foliis amplexicaulibus, ſuper- ſegetum.
ne laciniatis, inferne dentato-ſerratis. LINN. Syſt. p. 773. n. 17. LEYS. n. 844. WILDEN. Prodr. Berol. n. 837.

Getreide Wucherblume. Germ. *Corn Marygold.* Angl. *Chryſantheme des bles*, *ou Marguerite dorée.* Gall.

In

In agris inter ſegetes, ruderatis frequens ad *Nauendorf*, *Markranſtädt* et alibi. Flor. Iul. Aug. Septbr. Annua.

Planta agris expellitur ſtercoratione autumnali, ſegete bienni, occatione quinto die poſt ſeminationem, nouali. Ahlelöf. Praeterea illuminat agros et exhilarat tranſeuntes floribus luteis egregie ſoliſequiis. *Scan.* 266.

coronarium. 1103. * *Chryſanthemum* foliis pinnatis, inciſis, extrorſum latioribus. LINN. Syſt. p. 773. n. 22.

Chryſanthemum foliis Matricariae. C. B. P. pag. 134.

Cretiſche Goldblume; *Kronenförmige Wucherblume*. Germ. *Cretan Corn Marygold.* Angl.

In Creta et Sicilia ſponte creſpit.

In hortis vbique nunc quaſi ſpontanea facta. Fl. Iul. — Sept.

Obſ. Flores vario modo ludunt coloribus.

395. ARNICA. L. G. 1038. Wolverley. *Germ.* Arnique. *Gall.*

montana. 1104. *Arnica* foliis ouatis integris; caulinis geminis oppoſitis. LINN. Syſt. p. 768. SCHREB. Spicil. p. 18. n. 922. BLACKW. t. 595. *Fl. Dan.* t. 63.

Pharm. *Arnicae* Herba, Flores.

Bergwolverley: *Fallkraut*; *Mutter-Engelskraut*; *Luzianskraut*; *Bluttrieb*; *Münchskappe*; *Verfangkraut*. Germ. *Plantain-leaved Mountain Arnica*, *or Mountain Leopard's* Bane. Angl. *Arnique*, *ou* Betoine *des Montagnes*; *Tabac de Vôges*, *ou Doronic d'Allemagne.* Gall.

In locis montoſis, *am* Bieniz paſſim et copioſe *in der Warte* ad *Taucham* atque *in dem Hegegraſe hinter Kriphäne etc.* Fl. Iun. Aug. Perennis.

Vſ. Smolandiae ruſtici folia in tabaci penuria huius loco adhibere ſolent. Arnica ob vim reſoluendi ſanguinem coagulatum, *Panacea Lapſorum*, aliis vocatur. Cl. *Collin* multa inſtituit experimenta cum floribus Arnicae et docet hoc flores vi antiſeptica maiore

maiore gaudere cortice Peruuiano Illos enim laudat in paralyſi, in amauroſi. — *Aaskow* quoque curioſa fecit experimenta cum floribus, quibus confirmavit horum vtilitatem, in tenuiori ceruiſia infuſorum, in paralyſi, pro potu ordinario atque hoc infuſo curavit febres intermittentes etc. Hac vero methodo Cel. BERGIVS fruſtra vſus eſt, nec puluis *Arnicae* radicis ei ſucceſſit in febre quartana. Caprae herbam in deliciis habent; Boues contra intactam relinquunt.

396. INVLA. L. G. 1037. Alant. *Germ.* Elecampane. *Angl.* Aunée. *Gall.*

1105. *Inula* foliis amplexicaulibus ouatis rugoſis ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ouatis. LINN. Syſt. p. 766. Helenium.

Aſter foliis amplexicaulibus, ex ouatis acuminatis, ora ſerrata, flore ampliſſimo luteo. BOEHM. n. 232. BLACKW. t. 473.

Pharm. *Enulae* ſ. *Helenii* Radix.

Gemeine Alantwurzel; Glockenwurzel; Helenakraut. Germ. *Common Elecampane.* Angl. *Enulée campane, ou Enule Aunée.* Gall.

In pomariis ruſticorum, hortis multis locisque ſylvaticis, paſſim *im Univerſitätsholze.* Flor. Iun. Iul. Perennis.

Vſ. Fumus culices pellit, et pabulum equis, capris. Radix imprimis condita, inter expectorantia primaria, valet in Scabie Ouium. LINN. Suec. 755.

1106. * *Inula* foliis amplexicaulibus, lanceolatis, ſerratis, diſtinctis ſubtus villoſis, caule ramoſo erecto, villoſo. LINN. Syſt. pag. 766. n. 5. JAHN. n. 20. *Fl. Dan.* t. 413. britannica.

Brittiſcher Alant. Germ. *Britiſh Flea-bane.* Angl. *Enule Britannique.* Gall.

In locis montoſis, ſterilioribus *um den Bieniz* paſſim. Fl. Iul. Aug. Perennis.

dyſenterica. 1107. *Inula* foliis amplexicaulibus, cordato-oblongis, caule villoſo, paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. LINN. Syſt. p. 766. n. 6. BOEHM. n. 235. (ſub *Aſtere*) *Fl. Dan.* t. 410.

Pharm. *Conyzae mediae* ſ. *Arnicae Suedenſis* Herba, Flores.

Purgirender ſ. *Ruhralant*; *Badekraut*; *falſch Wohlverley; Hundsauge.* Germ. *Middle Flea-bane.* Angl. *Enule dyſſentérique, ou Coniſe des près.* Gall.

Vſ. Decoctum herbae ſpecificum contra dyſenteriam in bello Ruſſorum cum Perſianis ex optato adhibitum fuiſſe fertur: dudum autem a M. *Hofmanno* reclamatum. In ſcabie etiam laudatur.

pulicaria. 1108. *Inula* foliis amplexicaulibus vndulatis, caule proſtrato, floribus ſubgloboſis, radio breuiſſimo. LINN. Syſt. pag. 766. n. 9. BOEHM. n. 182. (ſub *Conyza*) BLACKW. t. 103. *Fl. Dan.* t. 613.

Flöhkraut; Chriſtinenkraut; *kleine Dürrwurz.* Germ. *Small Flea-bane.* Angl. *Enule pulicaire*; *Herbe du St. Roche*, *ou Herbe aux puces* Gall.

In foſſis inundatis copioſe ad et poſt *Lindenau an dem Teiche* aliisque locis frequens. Flor. Iul. Aug.

ſalicina 1109. *Inula* foliis lanceolatis, recuruis ſerrato-ſcabris, ramis anguſtatis, floribus inferioribus altioribus. LINN. Syſt. pag. 767. BOEHM. n. 233. (ſub *Aſtere*) *Fl. Dan.* t. 786.

Weidenblättrichter Alant; *gelbes Bergſternkraut.* Germ *Willow-leaved Mountain Starwort.* Angl. *Enule ſalicine, ou Sauliere* Gall.

In locis ſterilibus, *in der Leimgrube*, et inter frutices in alneto ad *Schönfeld etc.* Flor. Iun. Iul. Perennis.

In pratis haec minus grata. Solum enim indicat ſterile.

hirta. 1110. *Inula* foliis ſeſſilibus lanceolatis recuruis ſubſerrato-ſcabris, caule teretiuſculo ſubpiloſo, floribus inferioribus altioribus. LINN. Syſt. p 67. n. 15. BOEHM. n. 234. (ſub *Aſtere*) JACQ. Flor. Auſtr. V. 4. t. 358.

Rau-

Raucher ſ. ſtachlichtblättriger Alant. Germ. *Prickly-leaved Starwort.* Angl. *Enule heriſſée.* Gall.

In humidioribus ad foſſas *unten am Bieniz*, et in ſyluis, *im Bieniz, im Univerſitätsholze, in dem Hegegraſe bei Kriphâne, hinter Altranſtädt etc.* Flor. Iul. Aug. Peiennis.

1111.* *Inula* foliis ſeſſilibus lanceolatis recuruis ſcabris, floribus ſubfaſciculatis LINN. Syſt. pag. 767. LEYS. n. 851. JACQ. Flor Auſtr. V. 2. t. 134. germanica.

Teutſcher Alant. Germ. *German Starwort.* Angl. *Enule Germanique.* Gall.

In nemoribus montoſis, rarius *im Bieniz* praeterito anno inueni. Fl. Iul. Aug.

397. ERIGERON. L. G. 1011. Flöhkraut: Altmannskraut. *Germ.* Flea-bane. *Angl.* Vergerette. *Gall.*

1112. *Erigeron* caule floribus paniculatis, hirtis, foliis lanceolatis, ciliatis. LINN. Syſt. p. 754. n. 6. canadenſe.

Conyza floribus ex alis foliorum paniculatis. BOEHM. n. 184.

Kanadiſches Flöhkraut; weiſſe Dürrwurz. Germ. *Canada Flea-bane.* Angl. *Vergerette de Canada.* Gall.

In aggeribus et ruderatis circa vrbem, in campis, muris, et copioſe *in der Leimgrube hinter Altranſtädt* et alibi frequenter. Fl. Iul. Aug. Annua.

1113. *Erigeron* pedunculis alternis vnifloris. LINN. Syſt. p. 754. n. 12. BOEHM. n. 183. (ſub *Conyza*) acre.

Pharm. *Conyzae minoris* Herba.

Scharfes Flöh-Berufkraut; blaue Dürrwurz; ſcharfes Altmannskraut. Germ. *Blue-flowered Flea-bane.* Angl. *Vergerette âcre.* Gall.

In locis ſterilioribus, arenoſis, montoſis, *in der Sandgrube, bei dem Pulverthurme, auf dem Sandberge bei Nauendorf* et *Ruckmarsdorf*, *im Bieniz.* Fl. Iul. Aug. Annua.

Herba Ruga *Wedelii*, qua quidem contra Sodam vtuntur. RVPP. Ienenſ. 178

398. SOLIDAGO. L. G. 1035. Goldruthe. *Germ.* Golden-rod. *Angl.* Verge dorée. *Gall.*

Virga aurea. 1114. *Solidago* caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis, erectis, confertis. LINN. Syſt. p. 764. n. 11. BOEHM. n. 236. BLACKW. tab. 169. *Fl. Dan.* tab. 663.

Pharm. *Virgae Aureae* ſ. *Conſolidae Saracenicae Veterum* Herba.

Wahre Goldruthe; *gülden Windkraut*; *St. Petersſtab.* Germ *Common Engliſh Golden-Rod.* Angl. *Verge d'or commun, ou Verge dorée.* Gall.

In ſyluis et ericetis, in ſylua Academica, *im Bieniz*; porro in paſcuis inter pagos *Schönfeld* et *Abtnauendorf*; porro copioſe ad foſſiculas *bei Seehauſen*, in hortis quoque multis occurrit. Flor. Iul. — Sept. Perennis.

399. CINERARIA. L. G. 1036. Aſchenpflanze. *Germ.* Ragwort. *Angl.* Jacobée. *Gall.*

paluſtris. 1115. *Cineraria* floribus corymboſis, foliis radicalibus petiolatis lanceolatis ſerrato-ſinuatis; caulinis amplexicaulibus integris. WILDEN. Prodr. Berol. n. 828.

Cineraria floribus corymboſis; foliis lato-lanceolatis, dentato-ſinuatis, caule villoſo. LINN. Syſt. p. 765. BOEHM. n. 237. (ſub *Solidagine*) *Fl. Dan.* tab. 573.

Var. α) *Cineraria* foliis integris.

Sumpfaſchenpflanze. Germ. *Marſh hairy-ſtalked Ragwort.* Angl.

Ad foſſas inter Arundines et Typhas, *in dem Gerberwaſſer*, atque in paludibus ad pagum *Hohenleine etc.* Fl. Iun. Iul. Perennis.

400.

400. SENECIO. L. G. 1033. Kreuzpflanze. *Germ.* Groundſel. *Angl.* Seneçon. *Gall.*

* *Floribus floſculoſis.*

1116. *Senecio* corollis nudis, foliis pinnato-ſinuatis amplexicaulibus, floribus ſparſis. LINN. Syſt. p. 756. n. 9. BOEHM. n. 170. BLACKW. t. 132. *Fl. Dan.* tab. 513. KERN. B. I. p. 51. t. 69. vulgaris.

Pharm. *Senecionis* Herba.

Gemeine Kreuzwurz; *Kreuzkraut*; *gemeine Kreuzpflanze*; *Goldkraut*; *Grimmkraut*; *Gründkraut*; *Sau-ſ. Speywurz; Vogelkraut.* Germ. *Common Groundſell.* Angl. *Seneçon vulgaire.* Gall.

In ruderatis, agris cultis, hortis in *Serto bei und an dem Schneckenberg* copioſiſſime, in muris, ad ſepes vbique frequentiſſime. Flor. Vere ineunte in Autumnum vsque.

Furunculis impoſita contuſa herba medetur apud Helſingos. — Seminibus delectantur Paſſeres Canarienſes caueis incluſi.

** *Floribus radiatis: radio reuoluto.*

1117. *Senecio* corollis reuolutis: foliis pinnatifidis, viſcidis; ſquamis calycinis laxis, longitudine perianthii. LINN. Syſt. p. 757. n. 17. BOEHM. n. 171. viſcoſus.

Klebrichte Kreuzwurz; wollicht Kreuzkraut. Germ. *Seneçon viſqueux.* Gall.

In ruderatis *vor dem grimmiſchen Thore hinter der Wohnung des Aufpaſſers*, in muris e. g. *im Zwinger zwiſchen dem Barfußpförtchen und dem Ranſtädter Thore*, etiamque circa pagos frequens. Fl. Iun. Iul. Annua.

1118. * *Senecio* corollis reuolutis, foliis pinnatifidis. denticulatis, caule corymboſo, erecto. LINN. Syſt. p. 757. n. 18. LEYS. n. 859. WILDEN. Prodr. Berol, n. 821. *Fl. Dan.* t. 869. ſyluaticus.

Wald Kreuzwurz. Germ. *Seneçon des bois.* Gall.

 In

In nemoribus montoſis, humidis *im Linkler Hölzgen* Il. POHLIVS inuenit, etiam *in der Kämmerei bei Nauendorf* et alibi paſſim mihi occurrit; porro ad ſepes et vias frequens. Fl. Iul. Aug.

*** *Floribus radiatis: radio patente, foliis pinnatifidis.*

erucaefolius. 1119. *Senecio* corollis radiantibus, foliis pinnatifidis, dentatis ſubhirtis, caule erecto. LINN. Syſt. p. 757. n. 26. JAHN. n. 5.

Rauckenblätrige Kreuzwurz. Germ. *Seneçon à feuilles de Roquette.* Gall.

In pratis *hinter der Funkenburg* et in ſyluis copioſe. Fl. Iun. Iul. Perennis.

Iacobaea. 1120. *Senecio* corollis radiantibus; foliis pinnato-lyratis: laciniis lacinulatis, caule erecto. LINN. Syſt. pag. 758. n. 31. BOEHM. n. 171.

Var. α) *Iacobaea* foliis inſtar Erucae laciniatis. } TOVRN.
β) *Iacobaea* foliis ad Raphanum accedentibus. } TOVRN.

Pharm. *Iacobeae* Herba, Flores.

St. Iacobsblume; Zehrkraut; Krötenkraut. Germ. *Seneçon Jacobée; Herbe de Saint Jaques, ou Armoiſe des Herboriſtes.* Gall.

In paſcuis *auf dem Gickerlingsberge* et pratis ſyluaticis. Var. α) in ſyluis montoſis et ceduis: β) in pratis *nach dem Kuhthurme, bei dem Geſundbrunnen nach der Tabacksmühle zu*, ad foſſiculas et ad margines ſyluarum. Fl. Iun. — Aug. Perennis.

Vſ. Planta viridi ſaturato colore tingit tota. Attamen radix, caulis et folia ante floreſcentiam colligenda tunc cum laneis veſtimentis coquitur. Color autem a radiis ſolaribus debilitatur. Vid. *Act. Stockh.* Anni 1741. p. 148.

****

**** *Foliis radiatis: radio patente, foliis indiuiſis.*

1121. *Senecio* corollis radiantibus, foliis enſiformibus acute ſerratis, ſubtus ſubuilloſis, caule ſtricto. LINN. Syſt. pag. 758. n. 39. BOEHM. n. 173. *Fl. Dan.* tab. 385. paludoſus.

Sumpfkreuzwurz. Germ. *Marſh Ragwort.* Angl. *Seneçon des marais.* Gall.

In pratis vliginoſis, ad viam Halenſem et *hinter Gunndorf.* Fl. Iun. Iul. Perennis.

401. TVSSILAGO. L. G. 1032. Huflattig; Roſshuf. *Germ.* Clot'sfoot. *Angl.* Pas d'âne.

1122. *Tuſſilago* ſcapo vnifloro, imbricato, foliis ſubcordatis, angulatis, denticulatis. LINN. Syſt. p. 755. n. 7. BOEHM. n. 167. *Fl. Dan.* t. 595. Farfara.

Pharm. *Farfarae* Radix, Herba, et *Tuſſilaginis* Flores.

Gemeiner Huf- ſ. *Brandlattich; Roßhuf; Erdkrone; Ohmblätter; Bruſtlattich.* Germ. *Common Clot's-foot.* Angl. *Pas d'âne, ou Taconet.* Gall.

In agris humidioribus *hinter Leutſch, bei Eutritſch am Graben, hinter Nauendorf* in locis argillaceis, *bei Scherbitz* atque in foſſiculis ad viam publicam verſus *Markranſtädt.* Fl. Mart. April. Perennis.

Obſ. Planta, vbi copioſe creſcit, ibidem ſolum argilloſum atque ſimul humidum indicat, vnde aquilegis ſignum. *Plin.* Figit argillum ad ripas praeruptas fluuiorum.

Vſ. Folia iuniora in iuſculis vel pulmenti adinſtar eduntur a nonnullis gentibus. Folia aëre exſiccata Tabaci ſuccedaneum. Radix, teſtante *Cordano,* eſculenta. Folia et Flores in infuſo hecticis et iis diarrhoea colliquatiua laborantibus cum euentu optimo dedit Cl. *Percival.* *) Tuſſis fumo foliorum hauſto, more tabaci, interdum curata eſt apud Suecos. Fomes e radicibus ad excipiendas ſcintillas praeparari poteſt. Flores ab Apibus frequenter quaeruntur.

*) *Eſſays, medical and experimental.* Vol. II. p. 224.

hybrida. 1123. *Tuſſilago* thyrſo oblongo, floſculis femineis nudis, plurimis LINN. Syſt. p. 755. n. 11.

Tuſſilago foliis ſpicatis, floſculis pauciſſimis hermaphroditis. BOEHM. n. 169.

Baſtard Roßlattich Germ. *Long-ſtalked Butter-Bur.* Angl. *Tuſſilage hybride, ou grand Pétaſite.* Gall.

In locis humidioribus *hinter Eutritſch* et alibi. Fl. April. Perennis.

Petaſites. 1124. *Tuſſilago* thyrſo ouato, floſculis femineis nudis paucis. LINN. Syſt. p. 756. n. 12.

Tuſſilago floribus ſpicatis, floſculis omnibus hermaphroditis. BOEHM. n. 168. BLACKW. t. 222. *Fl. Dan.* t. 842.

Pharm. *Petaſitidis* Radix, Flores.

Peſtilenzwurzel; Schweißwurz; großer Huf Roßlattich; Neunkraftwurz; Giftwurz. Germ. *Common Butter-Bur.* Angl. *Chaperonniere; ou Tuſſilage Pétaſite; Herbe ou Teigneux.* Gall.

In pratis humidis ſpongioſisque locis iuxta fluuiorum ripas, *in dem Graben hinter Eutritſch, bei Kleindölzig* et ibidem in multis hortis ruſticanis, *bei Ketſchau, Alt-* et *Markranſtädt etc.* Flor. Mart. April. Perennis.

Obſ. Gallinaceum genus et minora varia animalcula ſub foliis ſeſe occultant, dum imbres perfundunt terram.

402. ASTER. L. G. 1034. Sternblume. *Germ.* Starwort. *Angl.* Eſpargoute. *Gall.*

* *Herbacei integrifolii; pedunculis nudis.*

Tripolium. 1125. *Aſter* foliis lanceolatis integerrimis, carnoſis, glabris ramis inaequatis, floribus corymboſis. LINN. Syſt. pag. 761. n. 8. SCHREB. Spicil. pag. 18. n. 911. *Fl. Dan.* t. 615.

Tripolien ſ. Meerſternblume. Germ. *Sea Starwort.* Angl. *Aſter des marais.* Gall.

In

In locis ſalſis, e. g. ad ſalinas Ketſchauienſes frequens. Fl. Iul. Aug. Perennis.

1126. * *Aſter* foliis lanceolatis, obtuſis, ſcabris, trinerviis, integris, pedunculis nudiuſculis, corymboſis, ſquamis calycinis obtuſis. LINN. Syſt. pag. 761. n. 9. POLL Palat. II. n. 801. LEYS. n. 870. Amellus.

Aſter atticus caeruleus vulgaris. C. B. P. p. 267.

Virgils Sternblume. blau Sternkraut. Germ. *Blue Italian Starwort.* Angl. *Oeil de Chriſt.* Gall.

Habitat in Europae auſtralis collibus.

In hortis ſuburbanis ruſticanisque vbique frequenter in pagis et ad hortorum ſepes paſſim occurrit et quaſi indigena. Fl. Aug. Sept. Perennis.

Obſ. Caul. erectus, teres, hirſutus, ex viridi rubellus, piloſus, ſuperiora verſus ramoſus. *Fol* alternis radicalibus et caulinis inferioribus petiolatis, ouatis vel obouatis, integerrimis, ad paſſim anteriora verſus crenatis acutis, caulinis ſummis ſeſſilibus, omnibus neruoſis, laete viridibus, ſubpubeſcentibus. Flores corymbum formantes. *Pedunc* alares, alterni, ſubfolioſi, vniflori, ſcabriuſculi. Floſculi *Radii* ex violaceo-caerulei, patentes. *Diſci* contra lutei.

Eſt etiam flos in pratis, cur nomen Amello. *Virg.*

** *Herbacei integrifolii; pedunculis ſquamoſis.*

1127. *Aſter* foliis linearibus integerrimis, caule paniculato, pedunculis racemoſis: pedicellis folioſis. LINN. Syſt p. 761. n. 13. ericoides.

Aſter ericoides dumoſus. DILL. Elth. 40. t. 36. fig. 40.

Heideartiger Aſter- ſ. Sternblume. Germ. *Buſhy Heath-like Starwort.* Angl.

In America ſeptentrionali ſponte naſcitur. Apud nos nunc copioſe colitur in hortis et in Horto *Winkleriano, Löhriano etc* et in aliis Vrbi vicinis occurrit. Fl. Aug. Sept. Perennis.

acris. 1128. *Aſter* foliis lanceolato-linearibus ſtrictis, integerrimis, planis, floribus corymboſis, faſtigiatis, pedunculis folioſis. LINN. Syſt. p. 761. n. 17. JAHN. n. 19.

Scharfes Sternkraut. Germ. *Narbonne, or Purple Starwort.* Angl. *Aſter âcre.* Gall.

Ad margines agrorum ad *Leſſen* frequens et alibi. Fl. Iul. Aug. Perennis.

Nouae Angliae. 1129. * *Aſter* foliis lanceolatis, alternis, integerrimis, ſemiamplexicaulibus, floribus confertis terminalibus, caule hiſpido. LINN. Syſt. p. 761. n. 20.

Aſter nouae angliae altiſſimus hirſutus, floribus amplis purpureo coerulaceis. HERM. Par. 98. t. 98.

Neuengländiſche Sternblume. Germ. *New England Starwort.* Angl.

Habitat in Noua Anglia. In hortis ab Hortulanis copioſe colitur. Perennis.

Obſ. Caul. fuſcus. Pedunculi breuiſſimi, vt vix appareant. Flos ex purpureo-violaceus.

*** *Herbacei ſerratifolii; pedunculis laeuibus.*

cordifolius. 1130. *Aſter* foliis cordatis, ſerratis, petiolatis, caule corymboſo, pedunculis aphyllis, caulibus laeuibus. LINN. Syſt p. 762. n. 23.

Aſter latifoliis autumnalis. CORN. Canad. 64. tab. 65.

Herzblättriges Sternkraut. Germ. *Cordated-leaved Starwort.* Angl.

In Aſia et America ſeptentrionali habitat.

In hortis valde frequens. Flor. Aug. Sept. Perennis.

Obſ. Caul. ſublaeuis, ſuperne magis ramoſus. *Fol.* radicalia cordata, acute ſerrata, ſubtus piloſiuſcula; *Caulina* inferiora ouata, ſerrata petiolis emarginatis; ſuprema ſpatulato-lanceolata, amplexicaulia. Panicula corymboſa. Pedunculi nudi. *Cal.* imbricati; arcti. Radius exalbidus, vix purpuraſcens, 12—petalus. Flos paruus.

1131. * *Aſter* foliis lanceolatis: inferioribus crenatis, caule corymboſo, pedunculis nudis, calycibus hemiſphaericis. LINN. Syſt. p. 762. n. 25. LEYS. n. 874. *Fl. Dan.* t. 486. annuus.

Iähriges Sternkraut. Germ. *Annual white Starwort.* Angl. *Aſter annuel.* Gall.

In locis arenoſis, ſterilioribus, frequens in Horto *Boſiano*, paſſim *in der Lehm- und Sandgrube.* Flor. Iul. Aug.

**** *Herbacei ſerratifolii, pedunculis ſquamoſis.*

1132. *Aſter* foliis lanceolatis, ſubſerratis ſeſſilibus, caule paniculato, ramulis vnifloris, ſolitariis, calycibus ſquarroſis. LINN. Syſt. p. 762. n. 31. Noui Belgii.

Aſter nouae belgiae latifolius vmbellatus, floribus dilute violaceis. HERM. Lugd. 66. t. 67.

Neuholländiſcher Aſter. Germ. *New-Holland. Starwort.* Angl.

In Virginia et Penſyluania habitat. Noſtros ornat hortos, vbi in magna copia nunc colitur. Perennis.

1133. *Aſter* foliis ouatis, angulatis, dentatis, petiolatis, caulibus patentibus, folioſis, terminalibus. LINN. Syſt. p. 763. n. 36. Chinenſis.

Aſter chenopodii folio, annuus, flore ingenti ſpecioſo. DILL. Elth. 38. t. 34. f. 38.

Chineſiſches Sternkraut; chineſiſcher Aſter. Germ. *Chineſe Starwort, or China Aſter.* Angl. *Aſter de la Chine.* Gall.

Habitat in China. In hortis fere omnibus frequentiſſime occurrit et ibidem flore ſimplici, ſemipleno, vel ex toto pleno, et coloribus permultis ludit.

401.* TAGETES. L. G. 1064. Sammtblume. *Germ.* African Marigold. *Angl.* Oeillet d'Inde. *Gall.*

1134.* *Tagetes* caule ſubdiuiſo patulo. LINN. Syſt. pag. 770. n. 1. patula.

Ta-

Tanacetum africanum ſ. Flos africanus minor. C. B. P. p. 132.

Var. β. Tagetes flore pleno.

Weit ausgebreitete ſ. kleine afrikaniſche Sammtblume; indianiſche Nelke; Studentenblume; Tuneſerblume; Schreiberroſe. Germ. *Trench Marigold.* Angl.

Habitat in Mexico et Iaponia.

In hortis fere omnibus valde vulgaris. Annua.

erecta. 1135. * *Tagetes* caule ſimplici erecto, pedunculis nudis vnifloris. LINN. Syſt. p. 770. n. 2.

Tanacetum africanum maius, ſimplici flore. C. B. P. p. 133.

Var. β) Tagetes indicus, flore ſimplici fiſtuloſo.
γ) Tagetes indicus, flore fiſtuloſo duplicato. } TOVRNEF. Inſt. p. 488.

δ) Tagetes maximus erectus, flore maximo multiplicato. BAVH. Hiſt. 3. p. 100.

Aufrechtſtehende Sammtblume; groſſe ſtaudige Studentenblume. Germ. *African Marigold.* Angl.

In Mexico habitat.

In hortis quoque vbique varie figurata et colorata deprehenditur. Flor. Iul. in Autumnum vsque Annua.

Haec et illa ſpecies hortulanis communiter appellari ſolent *Flores Africani*, quia has plantas ex Africa in Europam *Carolus Quintus* primum attulit. — Ob odorem eorum graueolentem ſuſpectae habentur.

404. HELENIVM. L. G. 1041. Helenie. *Germ.* Baſtard Sun-Flower. *Angl.*

autumnale. 1136. *Helenium* foliis decurrentibus ſerratis. LINN. Syſt. p. 769.

Aſter luteus alatus. Cornut. Canad. 62. t. 63.

Herbſthelenie; unächter kleiner Alant; Baſtardſonnenblume. Germ. *Autumnal Baſtard Sun-Flower.* Angl.

Habitat in Canada, Florida.

In

In hortis, vbi ſaepe flore pleno ludit, frequens. Fl. Aug. Sept. Perennis.

405. ANTHEMIS. L. G. 1052. Kamille. *Germ.* Camomille. *Angl.* Antemide, ou Camomille.

* *Radio diſcolore* ſ. albo.

1137. * *Anthemis* ſoliis pinnato-compoſitis, linearibus, acutis ſubuilloſis. LINN. Syſt. p. 776. n. 8. BLACKW. t. 798. nobilis.

Chamaemelum nobile ſ. Leucanthemum odoratius. C. B. P. p. 135.

Pharm. *Chamomillae Romanae* Flores.

Römiſche Kamille; *edle Chamille.* Germ. *Sweetſcented Camomille.* Angl. *Camomille noble*, *ou romaine*, *ou des Boutiques.* Gall.

In hortis copioſe, paſſim in ruderatis et reiectamentis hortorum, haud rarius in agris cultis. Fl. Iul. — Sept. Annua.

Vſ. Vires medicae vt in *Matricaria Chamomilla.* Attamen ex noſtra maior olei aetherei copia extrahitur.

1138. *Anthemis* receptaculis conicis; paleis ſetaceis, ſeminibus coronato-marginatis. LINN. Syſt. p. 776. n. 9. SCHREB. Spicil. pag. 18. n. 923. (ſub *Chamaemelo*) aruenſis.

Acker-falſche, geruchloſe Kamille; Hundskamille; *Kuhdill*; *Hundsdille*; *wilde Hermel*; *Ochſenauge*; *Rindsauge*; *Mairankraut.* Germ. *Corn Camomille.* Angl. *Camomille des champs, ou Antemide champêtre.* Gall.

In campis, agris cultis et neglectis vbique copioſe. Fl. Iun. — Aug.

Obſ. Flores digito triti odorem ſpargunt foetidum: Folia iuniora ab Ouibus deuorantur. Apes flores fugiunt.

1039. *Anthemis* receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus nudis. LINN. Syſt. p. 776. n. 11. Cotula.

Cha-

Chamaemelum foliis plane glabris, pinnis pinnatis, pinnulis latiuſculis. BOEHM. n. 239.

Pharm. *Cotulae Foetidae* Herba, Flores.

Stinkende Kamille; Stinkchamille; *Hunds-* ſ. *Krötendill*; *Gänſekropf*. Germ. *Stinking Mawweed*. Angl. *Camomille puante; ou Marute*. Gall.

In aruis inter ſegetes, *auf den Spitälfeldern*, ad vias et alibi. Fl. Iun. Iul. Annua.

Vſ. Haec bufones allicit. Pulices fugat et Apibus infenſa.

** *Radio concolore ſ. luteo.*

tinctoria. 1140. *Anthemis* foliis bipinnatis, ſerratis, ſubtus tomentoſis, caule corymboſo. LINN. Syſt. p. 777. n. 17. SCHREB. Spicil. p. 145. n. 1065. (ſub *Chamaemelo.*)

Färberkamille; Gill-Streichblume. Germ. *Ox-eye German.* Angl. *Camomille Oeil de boeuf.* Gall.

In locis ſiccis, collibus aridis *im Bieniz* paſſim et rarius inter ſegetes; frequens vero in multis hortis. Fl. Iul. Aug. Perennis.

Vſ. Flores luteo inficiunt colore lucido, atque in Suecia valde aeſtimatur.

406. ACHILLAEA. L. G. 1053. Garben. *Germ.* Yarrow. *Angl.* Achilliere, ou Millefeuille. *Gall.*

* *Foliis integris.*

Ptarmica. 1141. *Achillaea* foliis integris lineari-lanceolatis amplexicaulibus ſerrulatis. WILD. Tr. de Achill pag. 10. n. 3.

Achillaea foliis lanceolatis, acuminatis argute ſerratis. LINN. Syſt. pag. 777. n. 12. BOEHM. n. 241. BLACKW. t. 276. *Fl. Dan.* t. 643.

Pharm. *Ptarmicae* Radix, Flores, Herba.

Weiſſer ſ. *teutſcher Wieſenbertram* ſ. *Dorant*; *weiſſer Rheinfarn*; *wilder Dragun*; *Wieſendragun; Achillenkraut*; *gemeines Nieſskraut.* Germ. *Common Sneezewort or Gooſe Tongue.* Angl. *Achilliere ſternutatoire, Ptarmique, ou Herbe à éternuer.* Gall.

In

In agris, pratis *hinter Gunndorf bei der Ziegelſcheune*, in ſyluaticis pratis *im Roſenthale*, *bei dem Geſundbrunnen*; in dumetis inter prata *der groſſen Funkenburg und der Ziegelſcheune*. Fl. Iun. — Aug. Perennis.

Vſ. Caules iuniores vernoli tempore Acetariis admiſcentur in Irlandia. In Sibiria decoctum laudatur iis mictu cruento et haemorrhagia vteri laborantibus. Bobus, vaccis, capris, ouibus, ſuibus etc. pabulum gratum. *)

** *Foliis bipinnatis vel ſubbipinnatis.*

1142. *Achillaea* foliis bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis, caulibus ſupérne ſulcatis. LINN. Syſt. pag. 778. n. 18. BOEHM. n. 240. BLACKW. tab. 18. *Fl. Dan.* t. 737. millefolium.

Achillea foliis bipinnatis glabris: pinnarum laciniis linearibus dentatis. WILDEN. Tr. de Achill. pag. 30. n. 27.

Var. α) *Achillaea* floribus albido purpureis.

Pharm. *Millefolii* Herba, Flores.

Gemeine Schafgarbe; *Feldgarbe; Schafribbe; Tauſendblatt; Karpenkraut.* Germ. *Common Yarrow*, *or Milfoil.* Var. α) *Purple flowering Yarrow.* Angl. *Achilliere — Millefeuille*; *Herbe au Charpentier*; *Herbe aux Voituriers.* Gall.

In pratis, verſuris et ad vias vbique. Var. α) in locis arenoſis, ſterilioribus praecipue. Flor. Iun. — Aug. Perennis.

Incolae Sueciae praeprimis Dalekarlos Limenſes hac ad cereuiſiam citiſſime inebriantem coquendam vtuntur. LINN.

Vſ. Herba pabulum pecoribus ſalutare et in Scabie ouina maxime laudatur.

1143. * *Achillaea* foliis ſubbipinnatis pubeſcentibus; pinnis oblongis, pinnatifidis inciſuris aequalibus. WILD. Tr. de Achill. p. 36. n. 25. nobilis

Achil-

*) vid. *Gmel. Flor. Sibir.* Tom. II. p. 196.

Achillea foliis bipinnatis, inferioribus nudis planis, ſuperioribus obtuſis tomentoſis, corymbis conuexis confertiſſimis. LINN. Syſt. pag. 770. n. 19. LEYS. n. 817.

Edle Garben. Germ. *Noble, or Sweet Yarrow.* Angl. *Achilliere noble.* Gall.

In locis montoſis, ſabuloſis iuxta lateritiam ad *Kleinzſchocher, im Bieniz* et in muris paſſim. Flor. Iul. Aug.

Obſ. Calycibus magis oblongis, cylindricis, rarius albis, diſco ochroleuco et calycinae ſquamae margine minime nigricante, a priori diſtinguitur.

407.* ZINNIA. L. G. 1056. Zinnien. *Germ.*

pauciflora 1144. * *Zinnia* floribus ſeſſilibus. LINN. Syſt. pag. 771. n. 1.

Rudbeckia foliis oppoſitis, ouato acutis, calyce imbricato, radii petalis piſtillatis. ZINN. Goetting. pag. 409. t. 1.

Wenigblumige Zinnie. Germ. *Yellow Zinnia.* Angl.

Habitat in Peru. In hortis noſtratibus haud infrequens. Fl. Aug. Sept. Annua.

Obſ. Caul. teres, erectus, compoſitus. *Fol.* oppoſita, ſeſſilia, amplexicaulia, cordato-lanceolata, glabra, ſubtrineruia, integerrima, margine ſcabra. *Cal.* cylindricus, terminalis, ſeſſilis, ſolitarius, glabris ſquamis rotundatis dente adpreſſus. *Coroll.* lutea, perſiſtens. *Sem.* omnia longa triquetra, in radio nuda, in diſco contra ſimplici aut duplici ariſta coronata. Rami ex alis foliorum, non flori proximis, cauli ſimiles altiores. LINN.

multiflora 1145. * *Zinnia* ramis villoſis, numeroſis, lateralibus primarium ſuperantibus. JACQ. Obſerv. Bott. II. pag. 19. t. 40.

Zinnia floribus pedunculatis. LINN. Syſt. p. 771. n. 2. LINN. Faſc. Decad 2. t. 12.

Vielblumige Zinnie. Germ. *Red Zinnia.*

Ha-

Habitat in Louiſania. Apud nos in hortis priuatis publicisque vbique et fere ibidem ſpontanea. Flor. Aug. Sept. Annua.

Obſ. Caul. teres, erectus, villis pubeſcens, pallido-vireſcens. Rami omnes ab extremis foliis apicem verſus paulatim incraſſantur ibidemque pedunculos formant fiſtuloſos, ſtriatos, leuiter ſulcatos, glabriuſculos, vnum alterumque pollicem longos, rami caeterum omnes axillares, oppoſiti, paſſim laterales, rariſſime ſimplices. *Folia* ex lanceolato-ouata, integerrima, vtrinque ſcabriuſcula, 3 vel 5 neruia, ſubpetiolata, oppoſita. Calyx ouato-cylindricus e ſquamis 26 — vel plurimis, arcte adpreſſis, compoſitus. Squamae exteriores breuiores pedunculo fiſtuloſo cohaerentes, ouatae, concauae, interiores tubulis floſculorum Radii ſubjectae, oblongae, anguſtiores; caeterum omnes verſus apicem extrorſum linea ſemicirculari et tranſuerſali notatae et quaſi unguem referentes. *Corollae* radius floſculis 18 ad 30 numero variis, femineis, fertilibus, conſtans; quorum limbus obuerſe ouatus, obtuſus emarginatus, patens, perſiſtens, colore ſuperne ſaturate coccineo, ſubtus ex fuluo rubente. Floſculi Diſci hermaphroditi, omnes fertiles primum interiores exterioribus minores, deinde ſucceſſiue excreſcunt; limbo infundibuliformi, in lacinias 5, breuiſſimas, obtuſas, lineares diuiſo. Stigmata in radio rubella, in diſco decolora. Hermaphroditis pappus et ariſta vnica, paleae oppoſita. Paleae hermaphroditis membranaceae, apice fuſcae. Radii floſculis paleae nullae, nec ſeminibus pappus.

FRVSTRANEA.

408. CENTAVREA. L. G. 1066. Flockenblume. *Germ.* Centaury or Matſellon. *Angl.* Jacée. *Gall.*

* *Cyani, calycinis ſquamis ſerrato ciliatis.*

phrygia. 1146. *Centaurea* calycibus recuruato-plumoſis, foliis indiuiſis, oblongis, ſcabris. LINN. Syſt. p. 785. n. 7. JAHN. n. 21. *Fl. Dan.* t. 520.

Phrygiſche Pflockenblume. Germ. *Broad-leaved woolly-headed Auſtrian Centaury, or Finland Knapweed.* Angl. *Centaurée de Phrygie.* Gall.

In pratis nemoroſis *unten am Bieniz* et *hinter Klein-Dölzig, bei Kriphäne auf dem Behomot,* porro in ſepulcreto ad *Altranſtädt* copioſe. Flor. Iul. Aug. Perennis.

montana. 1147. * *Centaurea* calycibus ſerratis: foliis lanceolatis decurrentibus, caule, ſimpliciſſimo. LINN. Syſt. p. 785. n. 14. LEYS. n. 880. JACQ. Flor. Auſtr. V. 4. T. 371.

Berg-Flockenblume. Germ. *Mountain Blue-Bottle, or Blue Batchelor's.* Angl. *Centaurée des montagnes, Bluet grand.* Gall.

In ſyluis elatioribus ſparſim *im Bieniz* mihi occurrit. Flor. Iul. Aug. Perennis.

Cyanus. 1148. *Centaurea* calycibus ſerratis foliis linearibus integerrimis: infimis dentatis. LINN. Syſt. p. 785. n. 15. BOEHM. n. 245. BLACKW. t. 270. KERN. B. II. p. 84. T. 129.

Pharm. *Cyani* Flores.

Gemeine Kornblume; Ziegenbon, Zacharias ſ. *Kornflockenblume.* Germ. *Blue Corn-Bottle, or Blue bottles.* Angl. *Centaurée Bluët; Caſſelunette Aubifoin.* Gall.

In agris inter ſegetes praecipue ſecalinas vbique frequens. Flor. Iun. Aug. Annua.

Vſ.

Vſ Flores recenter expreſſi cum alumine mixti ſuccum dant caeruleum pro ſcriptura. Tingit pulchre ſaccharum caeruleum. LINN. Suec. p. 301. Floribus vtuntur pro condimento tabacum fumantes.

1149. *Centaurea* calycibus ciliatis, ſquamis planis, fo- paniculata
liis bipinnatis: ramis pinnatifidis linearibus, caule paniculato. LINN. Syſt. p. 785. n. 16. SCHREB. Spic p. 19. n. 925. JACQ. Flor. Auſtr. V. 4. t. 320.

Quaſtenförmige Flockenblume; kleine Kornblume. Germ *White leaved purple panicled Knapweed*, Angl. *Centaurée paniculée.* Gall.

In agris ad eorum margines et ad vias *nach Gohlis, Meckern, Stameln etc.* Flor. Iul. Aug. Annua.

1150. *Centaurea* calycibus ciliatis, foliis pinnatifidis, ſcabioſa.
pinnis lanceolatis. LINN. Syſt. p. 786. n. 23. BOEHM. n. 883.

Skabioſenartige Flockenblume; Eiſenwurzel, Groſse Skabioſen; Flockenſkabioſe. Germ. *Great Matt-ſellon.* Angl.

In agris et ad ſepes hortosque oleraceos et alibi. Flor. Iun. Iul. Perennis

Obſ. Radix aratoribus nimis tenax. Semina ſero Autumno Paſſeribus cibum praebent.

1151. * *Centaurea* calycibus ciliatis: ſquamula ouata: nigra.
ciliis capillaribus erectis, foliis lyrato-angulatis, floribus floſculoſis. LINN. Syſt. p. 785.

Schwarze Flockenblume. Germ. *Centaurée noire.* Gall.

In agris elatioribus arenoſis, *hinter dem Brandvorwerke.* Flor. Iul. Aug. Perennis.

** *Rhapontica: calycinis ſquamis aridis ſcarioſis.*

1152. *Centaurea* calycibus ſcarioſis laceris, foliis lan- Jacea.
ceolatis; radicalibus ſinuato-dentatis, ramis angulatis. LINN. Syſt. p. 786. n. 30. BOEHM n. 246. *Fl. Dan.* t. 519. Var. *Iacea* anguſtifolia.

Gemeine Flockenblume; *Schwarzes Flockenkraut.* Germ. *Common Knapweed.* Angl. *Centaurée Jacée, ou Jacée des près, ou des bois.* Gall.

In pratis nemoroſis et agris *bei dem Brandvorwerke nach Gonnewiz zu, auf den Gerberwieſen, bei dem Geſundbrunnen* et in apricis vbique. Flor. Iul. Aug. Perennis.

Vſ. Flores luteo-tinctorii *Serratulae* ſuccedaneum praebent. Folia pecoribus pabulum.

*** *Calcitrapae: calycinis ſpinis compoſitis.*

Calcitrapa. 1153. *Centaurea* calycibus ſubdublicato-ſpinoſis, ſeſſilibus, pinnatifidis, linearibus, dentatis, caule piloſo. LINN. Syſt. p. 787. n. 48, BOEHM. n. 244.

Pharm. *Calcitrapae* Radix.

Wegſterndiſtel. Germ. *Purple Star Thiſtle.* Angl. *Chauſſe-trape ou Chardon étoilé.* Gall.

In campeſtribus locis, circa vrbes et pagos paſſim. Flor. Iun. Iul. Annua.

Vſ. Agno Paſchali Iudaico veſcebantur cum condimento, quod Hebraice מְרֹרִים *(Merorim)*, Graece πικρις, in Bibliis Suecicis *Bitter Salſo* vocatur. *(Exod.* XII, 8.) Olim in febribus intermittentibus et contra calculos praecipue commendata. vid. SEGUIER 2. p. 154. LIEUTAUD. p. 707.

409. COREOPSIS. L. G. 1062. Käpchen; Wanzengeſicht. *Germ.* Tick-Seed. *Angl.*

Bidens. 1154. *Coreopſis* foliis lanceolatis, ſerratis, oppoſitis, amplexicaulibus. LINN. Syſt. p. 782. n. 11. SCHREB. Spicil. p. 19. n. 924.

Waſſer- ſ. *zweijähriges Wanzengeſicht.* Germ. *Aquatick Tick-ſeed.* Angl.

Ad foſſas, in ſtagnis et locis paludoſis vbique. Flor. Iul. Aug. Annua.

1155. * *Coreopſis* foliis ſubternatis integerrimis. LINN. Syſt. p. 782. n. 5. *Ejusd* Hort. Vpſ. p. 269. tripteris.

Rudbeckia foliis compoſitis integris. ROY. Lugdb. 181.

Hohe virginiſche unächte Sternkrautſtaude; dreifache Coreopſis; Gelbe Veilchen. Germ. *Ternate-leaued Coreopſis.* Angl.

Habitat in Virginia. — In hortis fere omnibus et in hortulis *Pomoerii Grimmenſis* verſus *Collegium Rubrum;* valde frequens. Fl. Iul. in Septembrem vſque. Perennis radix.

Obſ. Caulis humanae altitudinis, laeuis, glaber, articulatus. Folia oppoſita, pleraque ternata, ſaepe quoque in caule ferme pinnata, glabra, foliolis lanceolatis ſeſſilibns, introrſum anguſtioribus ad baſin. Calyx calyculo patulo.

410. * RVDBECKIA. L. G. 1061. Amerikaniſche Zwergſonnenblume; Rudbeckie. *Germ.* Dwarf American Sunflower. *Angl.*

1156. * *Rudbeckia* foliis compoſitis, laciniatis. LINN. Syſt. p. 782. n. 1. laciniata.

Doronicum americanum, laciniato folio. C. B. P. p. 516.

Aconitum helianthemum canadenſe. CORN. Canad. 178. et 179.

Große Rudbeckie; die falſche canadiſche Sonnenblumenſtaude. Germ. *Jagged leaued Dwarf Sunflower.* Angl.

Habitat in Virginia et Canada.

In hortis fere omnibus ſplendidis copioſe et ad hortorum ſepes ruſticanorum paſſim. Flor. Iul. — Sept. Perennis.

411. HELIANTHVS. L. G. 1060. Sonnenblume. *Germ.* Sunflower. *Angl.* Soleil. *Gall.*

1157. *Helianthus* foliis omnibus cordatis, trineruatis, pedunculis incraſſatis, floribus cernuis. LINN. Syſt. p. 781. n. 1. BOEHM. n. 242. annuus.

Jährige ſ. *gemeine Sonnenblume; Sonnenkrone.* Germ. *Annual Sunflower.* Angl. *Soleil annuel; Herbe du Soleil; Couronne du Soleil; Tourneſolle.* Gall.

In hortis ſuburbanis et ruſticanis copioſiſſime; in aggeribus circa Vrbem, in ruderatis et rejectamentis hortorum haud infrequens. Fl. Iul. in Autumnum vſque. Annuus.

Hortos ob varios florum pulchros colores illuminat.

Vſ. Semina oleum praebent praeſtans, In nonnullis regionibus haec eduntur pueris. Ex Seminum farina panis coquitur in India. Receptacula carnoſa *Cinarae* adinſtar praeparantur et lubenter comeduntur. Semina toſta odorem Fabis Caffeae ſimilem ſpargunt et potum exhibent haud ingratum.

multiflorus. 1158. * *Helianthus* foliis inferioribus cordatis, trinervatis, ſuperioribus ouatis. LINN. Syſt. p. 781. n. 3.

Helenium indicum ramoſum. C. B. P. p. 277.

Vielblumige Sonnenblume, kleinere Sonnenblume; gemeine ſ. *beſtändige Sonnenblumenſtaude.* Germ. *Commom perennial Sunflower.* Angl. *Soleil multiflore.* Gall.

Habitat in Virginia. In hortis fere vbique, in agris oleraceis, ad ſepes hortorum ruſticorum paſſim. Fl. Iul. — Sept. Perennis.

tuberoſus. 1159. *Helianthus* foliis auato - cordatis, triplineruiis. LINN. Syſt. p. 781. n. 4. — BOEHM. n. 243. JACQ. Hort. V. 2. t. 161.

Knollige Sonnenblume; Unterartiſchocken; Jeruſalemsartiſchocken; Erdäpfel; Erdbirnen melius. Germ. *Tuberous Sunflower, or Jeruſalem Artiſhocke.* Angl. *Soleil Taupinambour; Poire de terre.* Gall.

Ad margines argrorum et ad foſſiculas: in agris oleraceis, ruderatis, ad ſepes pagorum frequens. Praeterea in agris verſus *Stötteritz, Sellerhauſen, nach den Straßenhäuſern zu* et in agris oleraceis magnis et alibi colitur. Hic rariſſime floret. Radix perennis.

Vſ. Tubera hujus Helianthi, qui in Braſilia habitat, in culinis notiſſima ſunt et communiter incoquuntur

quntur carnium juſculis. Haec autem tubera ſaepe flatus gignunt, qua de re hodie non magis copioſe coluntur. Vbi haec planta creſcit, ibidem ob radicem repentem difficilius eradicari poteſt.

NECESSARIA.

412. FILAGO. L. G. 1070. Fadenkraut. *Germ.* Cotton-weed. *Angl.* Herbe à Coton. *Gall.*

1160. *Filago* panicula dichotoma, floribus rotundatis, axillaribus, hirſutis: foliis acutis. LINN. Syſt. p. 795. n. 2. germanica.

Gnaphalium caule dichotomo, ſphaeris floribus in angulo diuiſionis ſeſſilibus. BOEHM. n. 176.

Teutſches Fadenkraut; Schimmelkraut; Filzkraut; Engelblümchen. Germ. *German Cotton-weed.* Angl. *Cottoniere commune. Herbe à Coton.* Gall.

In agris elatioribus, arenoſis, cultis, *vor dem Hälliſchen Thore nach Gohlis* et *Eutritſch* copioſe. Flor. Iun. Iul. Annua.

1161. *Filago* caule ſubdichotomo, erecto; floribus conicis terminalibus axillaribusque. LINN. Syſt. p. 796. n. 4. montana.

Gnaphalium caule erecto, ramoſo, foliis breuiſſimis; glomerulis ſeſſilibus diſſitis, prope ſummitates poſitis. BOEHM. n. 178.

Berg-Ruhrkraut ſ. *Fadenkraut.* Germ. *Mountain Cotton-weed.* Angl. *Cotoniere de montagne.* Gall.

In agris lapidoſis, montoſis *bei der Wachsbleiche vor dem Hälliſchen Thore, im Bieniz, vor Nauen* et *Rückmarſchdorf etc.* Flor. Iun. Iul. Annua.

1162. *Filago* caule paniculato, floribus conicis lateralibus. LINN. Syſt. p. 796. n. 6. aruenſis.

Gnaphalium caule erecto, ramoſiſſimo, glomerulis florum ad alas longe ſeſſilibus. BOEHM. n. 177.

Acker Fadenkraut ſ. *Acker Filzkraut, Ackerruhrkraut; groſſes Schimmelkraut.* Germ. *Corn Cotton-weed.* Angl. *Cotoniere des champs.* Gall.

In agris arenoſis cultis vbique. Flor. cum prioribus Annua.

Bruta intactam relinquunt herbam.

413. CALENDVLA L. G. 1073. Ringelblume. *Germ.* Marigold. *Angl.* Souci. *Gall.*

aruenſis. 1163. *Calendula* ſeminibus cymbiformibus, muricatis, incuruatis, extimis erectis protenſis. LINN. Syſt. p. 791.

Caltha floribus minimis pallentibus. BOEHM. n. 277.

Feld ſ. *Ackerringelblume*, *Warzenkraut*; *Gilken*; *Sonnenwende*, *Hausſonnenwirtel.* Germ. *Field Marygold.* Angl. *Souci de vigne ou des champs.* Gall.

In agris inter ſegetes copioſe. Flor. Iun. Iul. Annua.

Vſ. Flores luteo inficiunt colore.

officinalis. 1164. * *Calendula* ſeminibus cymbiformibus muricatis incuruatis omnibus. LINN. Syſt. p. 791. n. 3. LEYS. n. 883. BLACKW. 96. KERN. B. I. p. 47. t. 61.

Pharm. *Calendulae* Herba, Flores, Semina.

Gewöhnliche Ringelblume; *Gold* ſ. *Butterblume*; *Warzenkraut.* Germ. *Pot*, *or Pale-coloured-Marygold* Angl. *Souci ou Poucie officinal*, *ou Souci des Boutiques.* Gall.

In cultis, hortis, oleraceis, rejectamentis hortorum e. g. in horto *Reicheliano*, *Löhriano etc.* et in ruderatis frequens. Flor. Iun. — Sept. Annua.

Vſ. Corollae radius pigmentum luteum ſucco expreſſo cum alumine cocto, praebet. Siccatis corollis Croci loco ruſtici pro tinctura vtuntur ad cibos condiendos ob bonum et fragrantem ſaporem odoremque.

MONO-

MONOGAMIA.

414. IASIONE L. G. 1090. Schafsblume. *Germ.* Sheep's Scabious. *Angl.*

1165. *Iaſione* foliis lineari-lanceolatis obſolete ſerratis; petalis ſtylo longiſſimo apice glabro breuioribus. — LINN. Cliff. 426. Eiusd. Syſt. p. 799. BOEHM. n. 44. *Fl. Dan* t. 319. montana.

Berg-Schafblume; Schaafrapunzel; blaue Flockenblume. Germ. *Iaſione.* Gall

In montibus ſiccis et collibus *auf dem Gickerlingsberge, im Bieniz, auf den Sandbergen* ad *Nauendorf* et *Rückmarsdorf; auf den Gonnewitzer Schanzen* copioſe et paſſim *hinter den Staßenhäuſern nach Probſtheide;* et in ſiccis *nicht weit von dem Geſundbrunnen* intra frutices. Flor. Iun. — Aug. Perennis.

415. VIOLA. L. G. 1092. Veilchen. *Germ.* Violet. *Angl.* Violette. *Gall.*

* *Acaules.*

1166 * *Viola* acaulis, foliis cordatis, piloſo-hiſpidis. LINN. Syſt. p. 802. n. 6. *Fl. Dan.* t. 618. hirta.

Rauches Veilchen Germ. *Violette heriſſée.* Gall.

In pratis *hinter Reichels Garten, bei dem Brandvorwerke, im Roſenthale etc.* Flor. Aprili.

1167 * *Viola* acaulis, foliis reniformibus. LINN. Syſt. p. 802. n. 7. LEYS. 896. *Fl Dan.* t. 85. paluſtris.

Sumpfveilchen. Germ. *Marſh-Violet.* Angl. *Violette des marais.* Gall.

In locis paludoſis *bei Pomſſen* et *Holzhauſen* praeterito anno et nuper *in der Prellheide* ſub Alnis inueni. Flor. April. Perennis.

1168. *Viola* acaulis, foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus, pedunculis, radicatis. LINN. Syſt. p. 803. n. 8. BOEHM. n. 454. BLACKW. t. 55. *Fl. Dan.* t. 309. Viola RIVIN. t. 117. pent. odorata.

Pharm. *Violae* ſ. *Violariae* Herba, Flores, Semina.

Märzveilchen; wohlriechende Veilchen; *blaue Veilchen*; *Märzviole; Violenkraut.* Germ. *Marſh purple, or ſpring Violet.* Angl. *Violette de Mars*; *ou Violette commune*, *ou odorante.* Gall.

In locis vmbroſis et ſyluaticis *im Roſenthale* multiſque hortis ad ſepes copioſiſſime. Flor. Mart. Aprili.

Obſ. Varietas flore albo ſaepius in agris verſus *Gunndorf* et hortis occurrit.

Vſ. E petalis ſyrupus violarum violaceus variis praeparatis pharmaceuticis colorandis aptus conficitur. Saepius vero adulteratus exſtat et e floribus *Aquilegiae* paratur. Porro ſaepius in aquarum mineralium examine ad detegendum acidum cum Alcali adhibetur. Ab acidis enim rubeſcit, ab alcalinis contra viride imbuitur colore.

** *Cauleſcentes.*

canina. 1169. *Viola* caule adultiore adſcendente, foliis oblongo cordatis. LINN. Syſt. p. 803. n. 9. BOEHM. n. 455.

Viola inodora. RIV. pentap.

Var. α) *Viola* folio rotundiore.

β) *Viola* flore albo.

Pharm. *Violae Caninae* Radix.

Hundeveilchen; *Roſsveilchen*; *wilde Veilchen*; *ſpätes* ſ. *Maiveilchen.* Germ. *Dog's Violet.* Angl. *Violette ſauvage.* Gall.

In pratis humidis, et apricis, paſcuis, margine ſyluarum, in ſyluis caeduis, *im Roſenthale*, in alneto ad *Schönfeld* et alibi copioſe. Flor. April. — Iunio.
Hypnum taxifolium. LINN. Syſt. pag. 950. n. 2. SCHREB. Spicil. p. 86. n. 1051. WEIS. Crypt. p. 216. WEB. Spicil. Gott. p. 42. n. 120. *Fl. Dan.* tab. 473. fig. 1.

Taxblättriges Aſtmoos ſ. *Spaltzahn*. Germ. *Hypne à feuilles d'If*. Gall.

In ſyluaticis humidis *im Roſenthale*, ad vias vdas, vmbroſas et ad aggeres in ſyluis, v. c. in ſylua *Academica* frequens. Fl. Mart. cum thecis.

adianthoides 1248. * *Fiſſidens* fronde pinnata ſubramoſa, medio ſetifera; pinnis oblongis acutis; thecis ſubcylindricis: operculi acumine breui. WILDEN. Prodr. Berol. n. 921.

Fiſſidens trunco diuiſo, erectiuſculo, medio thecigero; foliis lanceolato-pinnatis. TIMM. Fl. Megapol. n. 751.

Hypnum adianthoides. LINN. Syſt. pag. 950. n. 6. WEB. Spicil. Gott. p. 47. p. 124.

Krautfarnartiges Knotenmoos ſ. *Spaltzahn.* Germ. *Hypne adiantin.* Gall.

In pratis et paſcuis ſpongioſis, turfoſisque frequens.

denticulatus 1249. *Fiſſidens* fronde pinnata ſubſimplici, baſi ſetifera: pinnis cuneiformibus acutis, coniugatis; thecis cylindricis: operculo obtuſo. WILD. Prodr. Berol. n. 922.

Hypnum denticulatum fronde pinnata ſimplici: pinnis duplicatis baſi pedunculiferis. LINN. Syſt. pag. 930. n. 3. SCHREB. Spicil. p. 86. n. 772. WEB. Spicil. p. 43. n. 171.

Muſcus ſquamoſus non ramoſus maior et minor, capitulis incuruis. VAILL. Pariſ. t. 29. f. 8. BOEHM. n. 772.

Gezahnter Spaltzahn. Germ. *Hypne denticulé.* Gall.

In locis vdis nemoroſisque atque in arborum truncis, e. g. in Alneto ad *Schönfeld*, *im Roſenthale* et alibi frequens. Viget Octobr. per Hyemem.

Obſ. Foliola ouato-triangularia, acuminata, ſerie ſimplici ſ. duplici imbricata, bifaria, falcata. *Opercula* breuia, exacte conica. *Surculi* ſimplices vel ramoſi, e centro diffuſi, decumbentes.

ſciuroides. 1250. *Fiſſidens* ſurculo ſubramoſo, foliis imbricatis, ouato-lanceolatis, apice piliferis, thecis oblongis, operculo conico. ROTH. Flor. Germ. I. p. 560.

Hypnum ſciuroides ſurculis erectis, ramoſis, incurvatis. LINN. Syſt. p. 952. n. 44. SCHREB. Spicil. p. 98. n. 770. BOEHM. n. 770. WEIS. Crypt. p. 258.

Krumm-

Krummäſtiger Eichhornſchwanzartiger Spaltzahn. Germ. *Hypne queue d'ecureuil.* Gall.

In arborum vetuſtarum truncis *im Roſenthale* ad Salicum truncos ad Fagos antiquas *vor Gunndorf* et alibi. Flor. Octobre in Ver vsque cum thecis.

443.* DICRANVM. HEDW. G. M. 13. Gabelzahn. *Germ.*

1251. *Dicranum* ſurculo ramoſo, foliis oblongis, acutis, carinatis; thecis ſubcylindricis: ſetis axillaribus. WILDEN. Prodr. Berol. n. 923. purpureum.

Dicranum caule dichotomo foliis carinatis; axiliis pedunculiferis, theca cernua. TIMM. Flor. Megapol. n. 787.

Mnium purpureum. LINN. Syſt. p. 946. n. 7.

Bryum purpureum capſulis inclinatis ſtriatis, operculo conico, foliis linearibus lanceolatis, carinatis, caule ſubdiuiſo. SCHREB. Spicil. p. 79. n. 738. BOEHM. n. 738.

Bryum purpureum antheris ſubnutantibus axillaribus; caule dichotomo: foliis carinatis. WEIS. Crypt. p. 198.

Var. β. *Bryum* polytrichoides paluſtre, ſetis longioribus rubris ſericeis. DILL. Muſc. 387. tab. 49. fig. 52.

Purpurartiges gabelförmiges Sternmoos; *purpurartiger Gabelzahn.* Germ. *Mnie purpurin.* Gall.

Supra lapides, ad muros, in agris, ſyluis, lignis, tectis pagorum ſtramineis et fere vbique. Fl. vernali tempore.

1252. *Dicranum* ſurculo ramoſo, foliis lineari-lanceolatis recuruis ſecundis, thecis erectis oblongo-cylindricis: operculis conicis acuminatis. WILD. Prodr. Berol. n. 924. ſcoparium.

Dicranum erectum, foliis rigidiuſculis ſecundis, thecis oblongis cernuis. TIMM. n. 783.

Bryum

Bryum ſcoparium. LINN. Syſt. p. 948. n. 9. BOEHM. n. 756. WEIS. Crypt. p. 213. WEB. Spicil. p. 71. n. 145. *Fl. Dan.* t. 824. f. 1.

Beſenartiges Knotenmoos ſ. *Gabelzahn.* Germ.

In ſyluis et nemoribus ad arborum truncos vbique. Martio cum capſulis.

glaucum. 1253. *Dicranum* ſurculo ramoſo, foliis ouatis, acutis imbricatis; thecis oblongis: operculis acuminatis, recuruis. WILD. Prodr. Berol. n. 926.

Bryum glaucum. LINN. Syſt. p. 948. n. 11. SCHREB. Spicil. p. 77. n. 739.

Bryum trichoides, erectis capitulis, albidum fragile. BOEHM. n. 739.

Hypnum glaucum. WEIS. Crypt. p. 208. WEB. Spicil. p. 75. n. 150.

Eiſengraues Knotenmoos; *blau angelaufener Gabelzahn.* Germ. *Bri glauque.* Gall.

In ericetis apricis *im Bieniz*, aliis Muſcis immixtum ad arbores. Primo Vere cum thecis.

cirrhatum. 1254. *Dicranum* foliis capillaceis congeſtis, tortilibus, capſulis ouato cylindraceis breuiſſime ciliatis. HALL. Hiſt. n. 1786. (ſub Hypno) SCHREB. Spicil. p. 78. n. 748. BOEHM. n. 748.

Mnium cirrhatum. LINN. Syſt. p. 946. n. 9. *Fl. Dan.* t. 538. f. 4.

Gezackter Gabelzahn. Germ *Mnie crêpe.* Gall.

In tectis ſtramineis et muris pagorum vicinorum, ad aggeres inter alios Muſcos. Febr. Martio.

heteromallum. 1255. *Dicranum* ſurculo ſubſimplici, foliis ſetaceis recuruis; thecis ouatis: operculis acuminatis recuruis. WILD. Prodr. Berol. n. 925.

Bryum heteromallum vaſculis erectis, foliis ſetaceis ſecundis. LINN. Syſt. p. 948. n. 18. SCHREB. Spicil. p. 78. n. 1036. *Fl Dan.* t. 479. HEDW. Muſc. Frond. II. p. 93. t. XXXIV.

Hypnum heteromallum foliis capillaribus, heteromallis, capſulis ouatis, operculis ariſtatis. WEIS. Crypt. p. 215. WEB. Spicil. p. 72. n. 146.

Ein-

Einſeitiger Gabelzahn. Germ. *Bri élégant.* Gall.

In locis ſyluaticis *im Oberholze* ad aggeres et copioſe ad vallem piſcinae in pineto ad *Lindenthal.* Septembr. et Octobr. floret. Vere, praecipue Martio, cum thecis.

1256. *Dicranum* thecis ouatis nutantibus, foliis ſubulatis, ſurculo ſimpliciſſimo, medio pedunculifero. LINN. Syſt. p. 929. n. 35. SCHREB. Spicil. pag. 81. n. 1041. ſub *Bryo ſimplici.* varium.

Veränderlicher Gabelzahn. Germ.

In locis ſyluaticis, *im Bieniz* et agris frequens: *hinter der Schönfelder Mühle,* porro verſus *Lindenthal* in locis gramine copioſiori veſtitis Cel. HEDW. deprehendit. Octobr. — Martio cum capſulis.

γ) *Denticulis ciliatis, tortilibus.*

444. * Tortula HEDW. M. G. 14.

1257. *Tortula* ſurculo breuiſſimo ſubdiuiſo, foliis ouatis acutis, apice piliferis; thecis oblongis: operculis conicis acutis. WILD. Prodr. Berol. n. 927. muralis.

Bryum murale ſurculis ſimplicibus ceſpitoſis, foliis piliferis erectis; thecis cylindricis erectiuſculis. LINN. Syſt. pag. 948. n. 8. BOEHM. n. 742. SCHREB. Spicil. p. 76. n. 742. WEIS. Crypt. p. 189. WEB. Spicil. p. 100. n. 169.

Var. β. *Bryum* cauliculo breuiſſimo, foliis ouato-lanceolatis, patulis, capſulis ariſtatis. HALL. Hiſt. n. 1826. BOEHM. n. 747. SCHREB. n. 747. var.

Mauer-Knotenmoos. Germ. *Boi des mures.* Gall.

In tegulis, muris, lapidibus vbique; var. in ſaxis, muris ſeptentrionalibus, ſuburbanis. Martio cum capſulis.

1258. *Tortula* ſurculo breuiſſimo ſimplici, foliis ouatis obtuſiuſculis; thecis cylindraceis, ſubulatis; operculo conico, acuto. WILD. Prodr. Berol. n. 928. ſubulata.

Bryum

Bryum ſubulatum. LINN. Syſt. p. 948. n. 6. BOEHM. n. 744. SCHREB. Spicil. p. 76. n. 744. WEIS. Crypt. p. 187. WEB. Spicil. p. 99. n. 168.

Pfriemenförmiges Knotenmoos. Germ. *Bri ſubulé.* Gall.

In pratis vliginoſis et ſyluis humidioribus, *im Roſenthale,* in alneto ad *Schönfeld,* poſt hunc pagum, in aggeribus e. g. ſiniſtrorſum ad viam *nach Gohlis.* Aprili cum thecis.

445. * BARBVLA. HEDW. G. M. 15. Bartmoos. *Germ.*

ruralis. 1259. *Barbula* ſurculo ramoſo, foliis reflexis obouatis, obtuſis, apice piliferis; thecis cylindricis: operculis conicis acutis. WILD. Prodr. Berol. n. 929.

Bryum rurale foliis piliferis recuruatis, thecis cylindricis teretiuſculis. LINN. Syſt. p. 948. n. 7. BOEHM. n. 741.

Hypnum rurale. WEIS. Crypt. p. 210. WEB. Spicil. p. 73. n. 147.

Feldknotenmoos ſ. *Bartmoos.* Germ. *Bri ruſtique.* Gall.

In tectis ſtramineis, muris, ad arborum truncos vbique frequens. Vere cum capſulis.

conuoluta 1260. * *Barbula* foliis omnibus lanceolatis, perigonialibus obtuſis in cylindrum conuolutis. HEDW. Muſc. Frond. I. p. 86. T. XXXII.

Mnium ſetaceum. LINN. Syſt. p. 946. n. 8.

Borſtenartiges Sternmoos ſ. *Bartmoos.* Germ. *Mnie ſétacé.* Gall.

In pratis, ad aggeres, foſſas et in muris copioſe. Omni tempore floret. Thecae circa tempus vernale matureſcunt.

vnguiculata. 1261. *Barbula* foliis lineari-lanceolatis, carinatis, ſurrectis; perigonialibus maſculi floris cum faſciculo, theca obliqua, ſurculo ſubramoſo. HEDW. Muſc. Frond. I. p. 59. t. XXIII.

Bryum

Bryum vnguiculatum antheris erectis oblongis pedunculis axillaribus, foliis erectis, acutis, carinatis. LINN. Syſt. Ed. R. IV. p. 479. WEB. Spicil. p. 105. n. 174.

Bryum vnguiculatum capſulis vrceolatis, operculo longo obliquo, foliis lanceolatis tortilibus, cauliculis erectis. SCHREB. Spicil. p. 78. n. 1037.

Zugeſpiztes Bartmoos. Germ.

In hortorum areis, ad viam *nach Gonnewiz*, in locis argillaceis, *in der Leimgrube*, porro in muris argillaceis locisque humilioribus, e. g. in pratis ſyluaticis gregatim reperitur. Initio Veris praecipue Martio et Aprili opercula cum calyptra deponit. Iul. et Aug. viget.

1262. * *Barbula* foliis recuruato-patulis, perigonialibusque interioribus maſculi exfaſciculatis; thecis oblongis; operculo vbique roſtrato. HEDW. Muſc. Frond. I. p. 62. T. XXIV. fallax.

Tauſchendes Bartmoos. Germ.

In ambulacro ſuperiori circulari *horti Reicheliani* *Cel.* HEDW. detexit, et nuperrime his locis ipſe deprehendi. Flor. Iul. Aug. et ineunte ſubſequentis anni Vere thecae cadunt.

1263. *Barbula* trunco exiguo, foliis patentibus margine inuolutis, thecis oblongis erectis. HEDW. Muſc. Frond. I. p. 65, T. XXV. rigida.

Bryum ſtellatum acaule, foliis inuolutis, operculis cuſpidatis, pectine ſpirali. SCHREB. Spicil. p. 80. n. 1040.

Steifes Bartmoos; Sternförmiges Knotenmoos. Germ.

In muris e limo exſtructis, e g. *um die Milchinſel*, ad *Schönfeld*, Flor. Iunio.

1264. *Barbula* capſulis obliquis, foliis ſubulatis baſi dilatatis vndulatis demum tortilibus, cauliculis erectis. SCHREB. Spicil. p. 79. n. 1056. ſub *Bryo criſpo*. mutabilis.

Veränderliches Knotenmoos. Germ.

 Ad

Ad foſſas *unten am Bieniz* aliisque in locis humidis frequens. Rariſſime apud nos floret.

Obſ. Cauliculi humiles foliis e baſi lata, fere ſubrotunda, vndulata, ſubulatis, acutis, poſt exſiccationem criſpatis laxius praediti. Setae oblongae, virides, baſi rubeſcentes. Capſula obliqua. Operculum conicum, acuminatum, rubellum. SCHREB.

d. *Periſtomate figurato, duplici.*

α. *Periſtomate dentato alato. 1) denticulis apice liberis.*

446. NECKERIA. HEDW. G. M. 16.

criſpa. 1265. *Neckeria* ſurculis ramoſis, erectiuſculis; foliis diſtichis oblongis, obtuſis, rugoſis; thecis oblongis; operculo roſtrato, roſtro reflexo. WILDEN. Prodr. Berol. n. 931.

Hypnum criſpum ſurculis ramoſis, frondibus ſubpinnatis: foliis vndulatis planis. LINN. Syſt. p. 950. n. 13. WEIS. Crypt. p. 221. WEB. Spicil. p. 54. n. 128. BOEHM. n. 764. Synon. DILL. Gill. 217.

Krauſe Neckerie. Germ. *Hypne crepu.* Gall.

Ad arborum truncos in ſiccioribus.

viticuloſa. 1266. *Neckeria* ſurculis ramoſis decumbentibus, foliis oblongis, acutis, patulis; thecis oblongis: operculis conicis. WILDEN. Prodr. Berol. n 934.

Hypnum viticuloſum ſurculis repentibus; ramis vagis teretibus, erectis, foliis patulis acuminatis. LINN. Syſt. p. 951. n. 18.. BOEHM. n. 761. (Syn. Hall.) SCHREB. p. 94. n. 761.

Schlankäſtige wacholderblättrige Neckerie. Germ. *Hypne Sarmenteux.* Gall.

In ſyluis ad arborum truncos *im Roſenthale*, *im Gonnewizer - Raſchwizer Holze*, aliisque frequens. Aprili cum capſulis.

dendroides. 1267. *Neckeria* ſurculo erecto; inferne nudo, ſuperne faſciculato, ramoſo, folioſo: foliis lineari - lanceolatis,

tis, imbricatis; thecis ſubcylindricis, erectis: operculis roſtello incuruo. WILDEN. Prodr. Berol. n. 932.

Hypnum dendroides ſurculo erecto, ramis faſciculatis, terminalibus, ſimpliciuſculis; thecis erectis. LINN. Syſt. p. 951. n. 33. BOEHM. n. 769. WEIS. Crypt. p. 245. WEB. Spicil. p. 74. n. 148. *Fl Dan.* t. 823. f. 2.

Geradäſtige baumförmige Neckerie. Germ. *Hypne arboré.* Gall.

In locis humidioribus, ſyluaticis ad radices Alni, porro in pratis et paſcuis frequens. Flor. Octobr. in Ver vſque cum thecis.

1168. *Neckeria* ſurculis erectis ramoſis, teretibus, foliosis: foliis oblongo-ouatis, acutis, imbricatis; thecis ouatis nutantibus; operculis acuminatis. WILDEN. Prodr. Berol. n. 933. curtipendula.

Hypnum curtipendulum ſurculis vagis teretibus, foliis ouatis acutis, patulis, perichaetiis longiſſimis thecis pendulis. LINN. Syſt. p. 952. n 31. SCHREB. Spicil. p 101. n. 1075. WEB. Spicil. p. 76. n. 151.

Kurzſtielige Neckerie. Germ.

In ſyluis ad arborum truncos, *im Oberholze, Univerſitätsholze* frequens. Aprili cum thecis.

1269. *Neckeria* ſurculo ramoſo, repente, foliis oblongis, ſetaceis terminatis, arcte imbricatis; thecis erectis cylindricis: operculis acuminatis recuruis. WILDEN. n. 938. ſericea.

Hypnum ſericeum ſurculo repente, ramis confertis, erectis, foliis ſubulatis, thecis erectis. LINN. Syſt. p. 952. n. 41. BOEHM. n. 759.

Seidenartige Neckerie. Germ. *Hypne Soyeux.* Gall.

In ſyluis ad terram et arborum truncos vbique copioſe. Martio.

1270. *Neckeria* ſurculo ramoſo, erecto, foliis lineari-lanceolatis, falcatis carinatis, apice ſetaceis, ſecun- adunca.

 dis;

dis; thecis obliquis, oblongis: operculis conicis, obtuſis, WILDEN. Prodr. Berol. n. 937.

Hypnum aduncum ſurculis erectiuſculis, ſubramoſis, foliis ſecundis, recuruatis, ſubulatis. LINN. Syſt. p. 951. n. 25. SCHREB. Spicil. p. 90. 1056. WEIS. Crypt. p. 240. WEB. Spic. p. 65. n. 146.

Krumme Neckerie. Germ. *Hypne crochu.* Gall.

In ſyluis, *im Gunndorfer* et *Klein Dölziger Holze*, in Sylua Academica, in pratis vdis Schoenfeldicis frequens. Maio.

447. LESKEA. HEDW. G. M. 17.

attenuata. 1271. *Leſkea* ſurculis ramoſiſſimis, ramis incuruatis apice gracileſcentibus, foliis ſecundis, ouatis, carinatis, obtuſis; capſulis erectis, cuſpidatis. SCHREB. Spicil. p. 100. n. 1073. ſub *Hypno.*

Leſkea attentuata trunco varie romoſo, ramis apice gracileſcentibus incraſſatisque, incuruis; foliis ouato acuminatis ſecundis; thecis erectis. HEDW. Muſc. Frond. I. p. 33. T. XII.

Ad arborum radices, praecipue ad Carpini Betuli truncos in ſyluis, *im Roſenthale*, ad *Gonnewitz*, *Raſchwitz* frequens. Rarius cum thecis.

complanata. 1272. *Leſkea* fronde ramoſa: foliis diſtichis, imbricatis, acinaciformibus, acuminatis, compreſſis, thecis ouatis: operculo conico. SCHREB. Spicil. p. 87. n. 778. (ſub *Hypno*) LINN. Syſt. p. 950. n. 7.

Hypnum complanatum fronde pinnata ramoſa: foliis imbricatis acutis complicatis compreſſis. LINN. Syſt. p. 650. n. 7. WEIS. Crypt. p. 218. WEB. Spicil. p. 48. n. 125.

Ebenes Aſtmoos. Germ. *Hypne aplati.* Gall.

Ad truncos arborum vbique, praecipue in ſyluis *im Roſenthale etc.* Primo Vere thecas maturat.

polyantha. 1273. *Leſkea* ſurculis ramoſis, ramis breuiſſimis, foliis ſubulatis acutis; thecis oblongis: operculis conicis, obtuſis. WILDEN. Prodr. Berol. n. 942.

Hyp-

Hypnum polianthos ſurculis ramoſiſſimis, ramis rectis, teretibus, multifloris, thecis erectis, oblongis; operculis conicis obtuſis. SCHREB. Spic. p. 97. n. 1070.

Hypnum filifolium ſurculis vagis ramoſiſſimis; ramis filiformibus; antheris obliquis LINN. Syſt. p. 952. n. 37.

Vielblühendes Aſtmoos. Germ.

Ad truncos arborum inprimis Salicum frequens. Hyeme cum thecis.

1274. *Leſkea* frondibus reptantibus, ramoſiſſimis; ramis teretibus, foliis ouato-lanceolatis arcte imbricatis pilo terminatis; thecis cylindricis. ROTH. I. p. 464. myoſuroides.

Hypnum myoſuroides. LINN. Syſt. p. 952. n. 46. SCHREB. Spicil. p. 97. n. 1069. WEB. Spic. p. 93. n. 163. var. γ. craſſius.

Mâuſeſchwanzartiges Aſtmoos. Germ. *Hypne Queue-de-rat.* Gall.

Ad truncos arborum *im Oberholze* vulgaris.

1275. *Leſkea* ſurculis repentibus, vagis ramoſis, foliis ouatis, acutis, ſecundis; thecis cylindraceis: operculis obtuſis. WILDEN. Prodr. Berol. n. 943. paludoſa.

Hypnum paluſtre ſurculis repentibus, ramis confertis erectis, foliis ouatis ſecundis; thecis erectiuſculis. LINN. Syſt. p. 951. n. 31. SCHREB. Spicil. p. 101. n. 1074.

Hypnum heterophyllum ſurculo repente ſimplici, ramis erectis, ſetas ſubaequantibus: operculo mucronato. NECK. Meth. p. 168. n. 21.

Sumpf Aſtmoos. Germ. *Hypne de marais.* Gall.

In nemoribus paludoſis, pratis et ad ſublicas putridas ad Pliſſam. Autumno cum thecis.

1276. *Leſkea* fronde ramoſa: foliis diſtichis imbricatis acinaciformibus, obtuſis. SCHREB. ſpicil. p. 88. n. 1053. trichomanoides.

Leſkea ſurculo ramoſo: foliis diſtichis oblongis, ſubulatis, obtuſis; thecis ſubcylindricis, roſtello reflexo. WILDEN. Prodr. Berol. n. 941.

Ll 3 Ad

Ad arborum radices truncosque in nemoribus vmbroſis ad *Connewitz*, *im Roſenthale*. Vere cum thecis maturis.

448. HYPNVM. L. G. 1312. HEDW. G. M. 18.
Aſtmoos. *Germ.* Hypne. *Gall.*

* *Frondibus pinnatis.*

ſyluaticum. 1277. *Hypnum* fronde pinnata ramoſa, procumbente, foliolis acutis, medio pedunculifera, foliolis acutis. LINN. Syſt. p. 950. n. 9. SCHREB. Spicil. p. 87. n. 1052.

Wald Aſtmoos. Germ. *Hypne des forets.* Gall.

In aggeribus humidis, vmbroſis ad lateritiam Meusdorfienſem, *im Oberholze.*

** *Surculis vagis.*

triquetrum. 1278. *Hypnum* ramis vagis recuruis, foliis ouatis recuruatis patulis. LINN. Syſt. p. 950. n. 14. BOEHM. n. 767. SCHREB. Spicil. p. 90. n. 767.

Dreiſchneidiges Aſtmoos. Germ. *Hypne triangulaire.* Gall

n nemoribus ad arborum truncos, e. g. *im Roſenthale*, ad *Connewiz*, *Raſchwiz*, *im Klein- und Groß-Zſchocherſchen Holze* et in pratis multis valde frequens. Hyeme cum capſulis.

loreum. 1279. * *Hypnum* ſurculis reptantibus, ramis vagis erectis, foliis ſecundis: thecis ſubrotundis. LINN. Syſt. p. 950. SCOP. Flor. Can. p. 157. n. 17.

Hypnum loreum montanum, capſulis ſubrotundis DILL. Muſc. p. 305. n. 40.

Langrankig haarblättriges Aſtmoos. Germ. *Hypne à courroie.* Gall.

In ſyluis montoſis ad terram, *im Bieniz* paſſim. Aprili cum thecis.

1280.

1280. *Hypnum* ramis vagis erectiuſculis, foliis ouatis, acutis, mucronatis, patulis, operculis conicis. SCHREB. Spicil. p. 90. n. 1057. rutabulum.

Hypnum ramis vagis ſubrepentibus, foliis ouatis mucronatis, imbricatis. LINN. Syſt. p. 950. n. 50. *Fl. Dan.* t. 524. f. 2.

Krückenförmiges Blüthen Aſtmoos. Germ. *Hypne fourgon.* Gall.

In nemoribus ad arborum tuncos, *im Roſenthale* et aliis vbique frequens. Hyeme cum thecis.

1281. *Hypnum* ramis vagis recuruis, foliis ouatis lanceolatis vndique patentibus, operculis mucronatis. SCHREB. Spicil. p. 91. n. 1058. ſtriatum.

Geſtreiftes Aſtmoos. Germ.. *Hypne ſtrié.* Gall.

In nemoribus vmbroſis, humidis ad arborum truncos, *im Roſenthale*, *in dem Wäldchen hinter Schönfeld*, in locis ſubudis paſſim. Vere cum thecis.

1282. *Hypnum* ſurculis ramoſis vagis, foliis ouatis, acutis, patulis; thecis oblongis: operculis conicis. WILDEN. Prodr. Berol. n. 957. fluitans.

Hypnum foliis lanceolatis, alternis remotis. LINN. Flor. Suec. n. 1034. SCHREB. Spicil. p. 92. n. 1060.

Platt breites und ſpizblättriges Fluſs - Aſtmoos. Germ.

In aquis ſtagnantibus *im Teiche vor Meckern*, *in der Leimgrube*, *am Gonnewitxer Wege*, ad radices Alnorum in pratis Schönfeldicis et alibi copioſe. Rarius floret.

1283. *Hypnum* ramis vagis erectis, foliis ouatis, concauis, obtuſis, apice piliferis, operculis cuſpidatis. SCHREB. Spicil. p. 91. n. 1059. piliferum.

Haarförmiges Aſtmoos. Germ.

In nemoroſis vmbroſis vdis ad *Gonnewiz* et *Raſchwiz.*

Obſ. Hypno rutabulo ſimile eſt, ſed foliis magis adpreſſis, ouatis, omnibus fere concauis, per ſiccitatem baſi ſtriata, integerrima, apice rotundo in pilum tenuiſſimum rectum elongatum terminantibus.

luteſcens. 1284. *Hypnum* ſurculis vagis procumbentibus, foliis ouatis lanceolatis, ſubulatis, ſtriatis, capſulis obliquis. HVDS. Angl. 421. SCHREB. Spicil. p. 98. n. 1071.

Leuchtendes Aſtmoos. Germ. *Hypne luiſant.* Gall.

In pratis et nemoribus ad radices arborum copioſe. Vere cum capſulis.

intricatum 1285. *Hypnum* ſurculis repentibus, ramis breuibus: foliis laxis lanceolatis acuminatis, thecis obliquis, cernuis, mucrone obliquo. SCHREB. Spicil. p. 99. n. 1072.

In nemoroſis ſyluaticisque: *im Roſenthale am Wege* ad truncos radicesque arborum; porro in horto *Reicheliano*, in Sylua Academica, et alibi. Flor. Vernali tempore.

vndulatum 1286. * *Hypnum* ſurculis ramoſis, frondibus ſubpinnatis, foliis vndulatis complicatis. LINN. Syſt. p. 950. n. 12. WEIS. Crypt. p. 220. WEB. Spicil. Flor. Götting. p 55. n. 129.

Wellenförmiges Aſtmoos. Germ. *Hypne ondulé.* Gall.

In ſyluis elatioribus, ad radices arborum paſſim *im Bieniz, in der Prellheide.* Cum thecis mihi non ouiam venit.

*** *Surculis pinnatis.*

filicinum. 1287. *Hypnum* ſurculo ſimpliciter pinnato, foliis oblongis acuminatis, reflexis, ſecundis: thecis ſubcylindricis; operculis connuexis. WILD. Prodr. Berol. n. 945.

Hypnum ſurculis pinnatis; ramulis diſtantibus, foliis imbricatis, incuruis, acutis, ſecundis. LINN. Syſt. p. 950. n. 16. BOEHM. n. 771. WEB. Spic. Gott. p. 56.

Farenkrautartiges Aſtmoos. Germ. *Hypné Fougere* Gall.

In pratis paduloſis et foſſis inundatis vbique, Mart. April. cum thecis.

1288.

1288. *Hypnum* ſurculis proliferis plano-pinnatis; pedunculis aggregatis. LINN. Syſt. p. 950. n. 17. BOEHM. n. 766. WEIS. Crypt. p. 230. WEB. Spicil. p. 60. n. 133. proliferum.

Sproſſendes Aſtmoos. Germ. *Hypne prolifere.* Gall.

In ſyluis et nemoribus inferius ad arborum truncos copioſe. Vere cum thecis.

Vſ. Ad aedificiorum ligneorum fiſſuras obturandas prae calore et frigore, vt in Suecia, et ad filtra lactis adhibetur.

1189. *Hypnum* ſurculis plano-pinnatis, continuatis, pedunculis aggregatis. LINN. Syſt. p. 950. n. 19. BOEHM. n. 765. WEIS. Crypt. p. 231. WEB. Gott. p. 61. n. 134. parietinum.

Blaſsgrünes büſchlichtes geſiedertes Aſtmoos. Germ. *Hypne des mures.* Gall.

In nemoribus vmbroſis ad arborum radices *im Roſenthale*, porro in horto Boſiano *in der Tiefe*. Febr. Mart. cum thecis.

1290. * Hypnum ſurculis ſubproliferis, plano-pinnatis cuſpidatis, pedunculis aggregatis. LINN. Syſt. p. 950. n. 18. delicatulum.

Hypnum filicinum tamariſci foliis minimis non ſplendentibus ſetis et capſulis ex alis breuioribus. DILL. Hiſt. Muſc. 346. T. 83. f. 6.

Sehr zartes Aſtmoos. Germ.

In nemoribus et ſyluis e. g. in ſylua academica praeterito anno copioſe reperi. Iun. Iul. cum thecis.

1291. *Hypnum* ſurculis ſupinnatis decumbentibus: ramulis remotis, foliis ouatis, thecis cernuis. LINN. Syſt. p. 951. n. 20. SCHREB. Spicil. p. 88. n. 1054. WEIS. Crypt. p. 235. WEB. ſpic. p. 62. praelongum.

Ad arborum emortuorum truncos earumque radices et in terra ipſa argilloſa, humida, in horto *Reicheliano*, *im Roſenthale*, ad *Gonnewiz*, *Raſchwiz*. Hyeme cum thecis.

Criſta caſtrenſis. 1292. * *Hypnum* ſurculis pinnatis: ramulis approximatis: apicibus recuruis. LINN. Syſt. p. 951. n. 21. LEYS. n. 1082. WEIS. Crypt. p. 233. WEB. Spicil. Fl. Gott. p. 63.

Gelb Federbuſch - Aſtmoos. Germ. *Hypne créte.* Gall.

In ſyluis ſiccioribus ad arborum radices *im Bieniz* paſſim. Vere cum thecis.

abietinum. 1263 *Hypnum* ſurculis pinnatis teretiuſculis, remotis, inaequalibus. LINN. Syſt. p. 951. n. 22. SCHREB. Spicil. p. 89. n. 1035.

Tannenförmig gefiedertes Aſtmoos. Germ. *Hypne ſapinet.* Gall.

In paſcuis aridioribus et arenoſis, ſterilibus *auf dem Gickerlingsberge*; *auf dem Wege nach Lindenthal.* Rariſſime apud nos floret.

**** *Foliis reflexis,*

cupreſſiforme. 1294. *Hypnum* ſurculis ſubpinnatis, foliis ſecundis recuruis, apice ſubulatis. LINN. Syſt. p. 951. n. 24. BOEHM. n. 762. WEIS. Crypt. p. 234. WEB. Fl. Gott. p. 65.

Cypreſſenartiges Aſtmoos. Germ. *Hypne Cypres.* Gall.

In ſyluis et nemoribus ad arborum radices, *im Roſenthale*, ſylua Academica etc. frequens. Vere cum thecis.

Schreberi. 1295. *Hypnum* ſurculis pinnato-ramoſis apice ſubulatis, foliis oblongo-acutis laxe imbricatis; thecis oblongis: operculis conicis. WILDEN. Prodr. Berol. n. 955.

Hypnum compreſſum ramis apice attenuatis; foliis ouato-lanceolatis, ſetis elongatis, capſulis inclinatis, ouatis: operculo conico. SCHREB. Spicil. p. 96. n. 1067.

Zuſammengepreßtes Aſtmoos. Germ. *Hypne comprimé.* Gall.

In

In ſyluis, *im Bieniz* copioſe, et nemoribus humidis locisque inundatis *im Roſenthale*, *Univerſitäts-Gonnewizer*, *Raſchwizer Holze*, porro in Alneto ad *Schönfeld.*

1296. *Hypnum* ſurculis ramoſis, foliis lanceolatis acutis, reflexis, thecis oblongis: operculis acutis. WILDEN. Prodr. Berol. n. 952. ſquarroſum.

Hypnum ramis vagis, foliis lanceolatis complicato-carinatis quinqueneruiam recuruatis. LINN. Syſt. p. 951. n. 30. SCHREB. Spicil. p. 93. n. 1063. *Fl. Dan.* t. 535. f. 2.

Sparrigtes Aſtmoos. Germ. *Hypne rude.* Gall.

In nemoribus paludoſis ad *Gautſch*, *Zaepen* frequens, in pratis *im Roſenthale* et alibi.

***** *Surculis faſciculatis.*

1297. *Hypnum* ſurculis erectis, ramis faſciculatis terminalibus, ſubdiuiſis, thecis ſubnutantibus, inclinatis LINN. Syſt. p. 951. n. 33. BOEHM. n. 769. WEIS. Crypt. p. 246. WEB. Fl. Gott. p. 74. *Fl. Dan.* t. 823. f. 2. alopecurum.

Gekrümt ſtiges, *baumförmiges Aſtmoos.* Germ. *Hypne Queue-de-renard.* Gall.

In ſyluis et nemoribus humidis vmbroſisque ad *Gonnewiz, Gautſch, Klein- und Groß-Zſchocher etc.*

****** *Surculis teretiuſculis.*

1298. *Hypnum* ſurculis pinnato-ſparſis, ſubulatis, foliis ouatis obtuſis, conniuentibus. LINN. Syſt. p. 952. n. 36. WEIS. Crypt. p. 249. WEB. Fl. Gott. p. 78. purum.

Hypnum ramis teretibus, foliis ouatis, ſetis praelongis, capſulis inclinatis ariſtatis. SCHREB. Spicil. p. 94. n. 1065.

Rundglattſchuppigt ſchlankes Aſtmoos. Germ. *Hypne pur.* Gall.

In pratis paſcuis *vor dem Ranſtädter Thore*, in horto Reicheliano, in ſyluis et nemoribus, *im Oberholze.* Martio cum thecis.

1299.

Illecebrum. 1299. *Hypnum* ſurculis ramisque vagis teretibus, erectiuſculis obtuſis. LINN. Syſt. p. 952. n. 38. SCHREB. Spicil. p. 95. n. 1066. WEB. Fl. Gott. p. 78.

Wurmförmiges Aſtmoos. Germ. Hypne *vermicule.* Gall.

In pratis et nemoribus, *im Roſenthale* ad *Raſchwiz*, in aggeribus, in horto Reicheliano, ad viam publicam verſus *Gohlis* et alibi frequens. Rariſſime cum thecis.

riparium. 1300. H*ypnum* ſurculis teretibus ramoſis, foliis acutis patulis diſtantibus. LINN. Syſt. p. 952. n. 39. SCHREB. Spicil. p. 94. n. 1064. WEIS. Crypt p. 250. WEB. Fl. Gott. p. 80.

Stenglichtes Ufer-Aſtmoos. Germ. H*ypne des riues.* Gall.

In foſſis pratorum Schoenfeldicorum, ad fluuiorum ripas e. g. *Pliſſam* paſſim. Cum capſulis Septemb.

ſtellatum. 1301. H*ypnum* ſurculis erectis, teretibus, foliis ouatis longe mucronatis, erecto patulis, coloratis. SCHREB. Spicil. p. 92. n. 1061.

Sternförmiges Aſtmoos. Germ.

In pratis paludoſis Schoenfeldicis. Iul. cum thecis. Rariſſime tamen his regionibus floret.

cuſpidatum. 1302. H*ypnum* ſurculis pinnato-ramoſis, apice longe cuſpidatis, foliis oblongo-acuminatis; thecis cylindraceis; operculis conicis. WILDEN. Prodr. Berol. n. 956.

H*ypnum* ſurculis vagis, apice foliis conuolutis acuminatis. LINN. Syſt. p. 952. n. 40. BOEHM. n. 765.

Zugeſpiztes Aſtmoos. Germ. H*ypne pointu.* Gall.

In pratis humidis et paludibus muſcoſis vbique, Mai. Iun. cum thecis.

****

******* *Surculis confertis.*

1303. * *Hypnum* ſurculo repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, thecis ouatis ſubnutantibus. LINN. Syſt. p. 952. n. 42. WEIS. Crypt. p. 253. WEB. Fl. Gott. p. 66. velutinum.

Kriechendes haarblättriges Aſtmoos. Germ. *Hypne velouté.* Gall.

In ſyluis et pomariis ad arborum radices, ad ſepes et in caeſpitibus frequenter. Hyeme cum capſulis.

1304. *Hypnum* ſurculis repentibus, ramis filiformibus: foliis oblitteratis, capſulis cylindraceis, mucrone breuiſſimo recto. SCHREB. Spicil. p. 99. n. 760. LINN. Syſt. p. 95. n. 43. ſerpens.

Hypnum ſurculis repentibus, ramis filiformibus, foliis oblitteratis. LINN. Syſt. p. 952. n. 43. WEIS. Crypt. p. 257. WEB. Fl. Gott. p. 97.

Hypnum repens trichoides, terreſtre minimum, capſulis majuſculis oblongis erectis. BOEHM. n. 760.

Faſericht kriechendes Aſtmoos. Germ. *Hypne traînant.* Gall.

Ad ſepes, in ſyluis et nemoribus ad arborum radices, e. g. *im Roſenthale, Streitholze, etc.* Vernali tempore cum thecis.

1305. *Hypnum* ſurculis erectis, ramulis breuiſſimis, foliis lanceolatis adpreſſis, ſtriatis nitentibus, perichaetiis longiſſimis, capſulis obliquis. SCHREB. Spic. p. 92. n. 1562. WEB. Fl. Gott. p. 86. n. 159. nitens.

Hypnum ramis breuiſſimis, foliis lanceolatis ſubulatis nitentibus. LINN. Syſt. p. 952. n. 50.

Glänzendes Aſtmoos. Germ. *Hypne luiſant.* Gall.

In paludibus pratorum Schoenfeldicorum. Aprili cum thecis.

449. BRYVM. L. G. 1311. HEDW. G. M. 19.
Knotenmoos. *Germ.* Bri. *Gall.*

* *Thecis pedunculatis, erectis.*

androgynum. 1306. *Bryum* ſurculo ramoſo erecto, foliis lanceolatis, patulis; thecis cylindraceis: operculis acuminatis, ſeta terminali. WILDEN. Prodr. Berol n. 962.

Mnium androgynum caule ramoſo androgyno. LINN. Syſt. p. 946. n. 2. BOEHM. n. 73. WEIS. Crypt. p. 163.

Bryum androgynum. WEB. Fl. Gott. p. 122.

Zwitterartiges Knotenmoos. Germ. *Bri androgyne.* Gall.

In pratis et ſyluis vliginoſis inter alios Muſcos. Martio.

aeſtiuum. 1307. *Bryum* thecis erectis, ſubrotundis, axillaribus, foliis ſubulatis diſtantibus. LINN. Syſt. p. 949. n. 26. SCHREB. Spicil. p. 77. n. 1035. WEIS. Crypt. p. 195.

Sommer Knotenmos. Germ. *Bri d' été.* Gall.

In humidis limoſis, *in der Leimgrube* et alibi.

** *Thecis nutantibus.*

argenteum. 1308. *Bryum* capſulis pendulis, ſurculis cylindraceis, imbricatis laeuibus. LINN. Syſt. p. 949. n. 30. BOEHM. n. 749. SCHREB. Spicil. p. 82. n. 1089. WEIS. Crypt. p. 199. WEB. Fl. Gott. p. 111. *Fl. Dan.* t. 880. f. 2.

Silberartiges Knotenmoos. Germ. *Bri argenté.* Gall.

In aſſeribus, tegulis, muris, locis humidis pinguioribus, ad aggeres ſoli expoſitas, in ollis hortorum copioſe. Octob. cum thecis.

delicatulum. 1309. *Bryum* foliis lanceolatis, remotis tenerrimis, thecis ouatis, pendulis, operculo obtuſo. HEDW. Muſc. Frond. I. p. 52. T. XX.

Bryum

Bryum carneum thecis pendulis ſubgloboſis, foliis acutis alternis. LINN. Syſt. p. 949. n. 34.

Sehr zartes Knotenmoos. Germ. *Bri incarnat.* Gall.

In ſyluis, campis humidis, *im Roſenthale* in conſortio *Phaſci pallentis* et *Gymnoſtomi truncatuli.* *Cel.* HEDW. inuenit, porro in ſylua academica reperi, aliisque ſyluis commune. Aug. floret et Vere primo thecas maturat.

1310. Br*yum* capſulis pendulis pyriformibus, obtuſis: foliis lanceolatis, alternis, caule rubiginoſo. SCHREB. Spicil. p. 83. n. 1042. bimum.

In pratis paludoſis Schoenfeldicis etc. Maio cum capſulis.

450. MNIVM. L. G. 1310. HEDW. G. M. 20.
Sternmoos. *Germ.* Mnie. *Gall.*

1311. *Mnium* ſurculo ſubramoſo erecto, foliis lanceolatis, apice ſetaceis incuruis; thecis ſubrotundis obliquis: operculo conico vmbilicato obtuſo. WILDEN. Prodr. Berol. n. 965. fontanum.

Mnium capſulis ſubrotundis obliquis, caule ſimplici geminato inflexo. HUDS. Angl. 704. LINN. Syſt. p. 946. n. 4. WEIS. Crypt. p. 145. *Fl. Dan.* t. 298.

Bryum fontanum. SCHREB. Spicil, p. 75. n. 1032. WEB. Spicil. Gott. p. 120. n. 189.

Brunnen Sternmoos. Germ. *Mnie des fontaines.* Gall.

In pratis ſpongioſis, paludoſis verſus *Schönfeld.* Aprili.

O*bſ.* Vbi hic muſcus creſcit, fontes frigidos indicare fertur.

1312. *Mnium* ſurculo ramoſo dichotomo, foliis ſubulatis, acutis, carinatis: thecis oblongis: operculo conico. WILDEN. Prodre Berol. n. 966. paluſtre.

Mnium paluſtre caule dichotomo, foliis ſubulatis. LINN. Syſt. p. 946. n. 5. SCHREB. Spicil. p. 122. n. 1077. WEIS. Crypt. p. 165.

Bryum paluſtre. WEB. Fl. Gott. p. 122. n. 192.

Sumpf Sternmoos. Germ. *Mnie des marais* Gall.

In pratis paludoſis verſus *Schönfeld* ad *Abtnaundorf* frequens. Hyeme et Vere.

hornum. 1313. *Mnium* ſurculo ſubſimplici, foliis oblongis obtuſiuſculis; thecis oblongis nutantibus: operculis conuexis: calyptris rectis. WILDEN. Prodr. Berol. n. 967.

Mnium hornum thecis pendulis, pedunculo curuato, ſurculo ſimplici, foliis magine ſcabris. LINN. Syſt. p. 946. n. 11. (ſub *Bryo.*) WEIS. Crypt. p. 149.

Bryum hornum. SCHREB. Spicil. p. 83. n. 1046. WEB. Fl. Gott. p. 115.

In pratis Schoenfeldicis ad Alnorum radices. Flor. Aprili, Maio.

capillare. 1314. *Mnium* thecis pendulis, pedunculis longiſſimis, foliis ouatis ſetiferis, carinatis. LINN. Syſt. p. 947. n. 12. SCHREB. Spicil. p. 82. n. 1044. (ſub *Bryo.*)

Haarförmiges Aſtmoos. Germ. *Mnie chevelu.* Gall.

Ad vias cauas, latera foſſarum, ſcrobium, ligna putrefacta, e. g. ad viam publicam *vor dem Peters-Thore*, in horto *Reicheliano*. April. Maio.

crudum. 1315. *Mnium* ſurculo ſimplici, foliis lanceolatis acutis; thecis nutantibus ouatis: operculis conicis: calyptris recuruatis. WILDEN. Prodr. Berol. n. 968.

Mnium trunco ſimplici, foliis inferioribus ouato-lanceolatis, ſummis elongato-linearibus, apice denticulatis: perigonialibus maſculis intimis cuneiformi variis. HEDW. Muſc. Frond. I. p. 99. T. XLVII.

Mnium crudum. LINN. Syſt. p. 947. n. 13.

Bryum crudum capſulis oblongis pendulis, foliis acutis pellucidis, ouatis, ſummis longioribus lanceolatis. SCHREB. Spicil. p. 83. n. 1045.

In

In pratis *Schoenfeldicis* ad Alnorum radices. Mai. Iun. floret et opercula ſub Iunii fine decutit. Perennis.

1316. *Mnium* ſurculo ſimplici, foliis obouatis obtuſis: thecis nutantibus ouatis: operculis conicis acutis. WILD. Prodr. Berol. n. 969. ſerpillifolium.

Mnium punctatum capſulis cernuis, pedunculis aggregatis, foliis obouatis integerrimis obtuſis punctatis. LINN. Syſt. p. 947. n. 16. var. α. *Mnii Serpyllifolii.* (ſub *Bryo*)

Bryum nitidum, ſerpilli rotundis foliis. BOEHM. n. 755.

Bryum punctatum. SCHREB. Spicil. pag. 85. n. 755. WIB. Spicil. p. 116.

Getipfeltes Sternmoos. Germ. *Mnie à feuille de Serpolet.* Gall.

In nemoroſis vmbroſis et humidis ad radices arborum Salicum, in alnetis ad *Gonnewitz*, in locis graminoſis *auf dem Gickerlingsberge.* Martio, Aprili.

1317. *Mnium* capſulis nutantibus, pedunculis aggregatis, foliis alternis ouatis, acutis, ſerratis. LINN. Syſt. p. 947. var. β. *Mnii Serpyllifolii.* SCHREB. Spicil. p. 84. n. 1049. ſub *Bryo.* cuſpidatum.

In pratis *Schoenfeldicis*, ad *Abtnauendorf*, *im Roſenthale* et in foſſis frequens. Martio, Aprili.

1318. *Mnium* ſurculo ſimplici prolifero: foliis oblongis acutis, thecis nutantibus oblongis: operculis conuexis. WILD. Prodr. Berol. n. 971. roſeum

Mnium capſulis nutantibus, pedunculis aggregatis, foliis roſaceo-congeſtis, lanceolatis, acutis. LINN. Syſt. p. 947. n. 16. ſub *Mnio prolifero*, var. γ. *Mnii ſerpyllifolii.* SCHREB. Spicil. pag. 84. n. 1048. ſub *Bryo.*

Roſenartiges Sternmoos. Germ.

In pratis *im Roſenthale* et pomariis frequens.

ligulatum. 1319. *Mnium* ſurculo ſubſimplici, foliis oblongo-lanceolatis ſerrulatis vndulatisque: thecis nutantibus oblongis: operculis conuexis. WILD. Prodr. Berol. n. 972.

Mnium capſulis nutantibus, pedunculis aggregatis, foliis oblongis vndulatis, ſerratis. SCHREB. Spicil. p. 84. n. 1048. LINN. Syſt. p. 947. n. 6. var. γ. ſub *Mnio vndulato.*

Wellenförmiges Sternmoos.

In ſyluis *im Roſenthale*, in pratis *Schoenfeldicis*, *im Oberholze*, *Linkler Hölzchen* et ſolo humido, paludoſo. April. Maio.

caeſpititium. 1320. *Mnium* ſurculis ſubramoſis: ramis breuiſſimis, foliis lanceolatis, apice ſetaceis: thecis ouatis, nutantibus: operculis conuexis. WILD. Prodr. Berol. n. 973.

Mnium thecis pendulis, foliis lanceolatis, acuminato ſetaceis, pedunculis longiſſimis. LINN. Syſt. p. 949. n. 33. ſub *Bryo*. BOEHM. n. 753. NECK. Del. Gall. p. 451. n. 1.

Var. α) *Mnium* ſurculis difformibus: thecis longiuſculis pedunculisque longioribus.

In ſyluis, muris et ſiccis ſterilioribus, ad ſepes frequens. April. Maio.

α) *Periſtomate dentato, alato; dentibus apice cohaerentibus.*

451. KOELREVTERA. HEDW. G. M. 21.

hygrometrica. 1321. *Koelreutera* ſurculo ſubſimplici, foliis oblongis acuminatis, thecis ouatis nutantibus: operculis planis. WILD. Prodr. Berol. n. 974.

Koelreutera trunco exiguo, foliis ouato-lanceolatis, concauis, pedunculo arcuato; theca pyriformi cernua. TIMM. n. 853.

Mnium hygrometricum acaule, theca pendula, calyptra reflexa quadrangulari. LINN. Syſt. pag. 946. BOEHM. n. 752. ſub *Bryo*. *Fl. Dan.* t. 648. f. 2.

Bryum hygrometricum. WEB. Spicil. p. 113.

Gold-

Goldgelbes Sternmoos. Germ. *Mnie hygrometre.* Gall.

In humidis et ſyluis gregatim, copioſe in ſylua Academica et alibi. April. Maio cum thecis.

β) *Periſtomate dentato membranaceo.*

452. WEBERA. HEDW. G. M. 22.

1322. *Webera* foliis lanceolatis: capſulis oblongis, nutantibus. HEDW. Muſc. Frond. I. p. 9. T. IV nutans.

Webera ſurculo ſimplici, foliis ouato-lanceolatis conniuentibus, thecis cylindraceis operculis conicis mucronatis. WILD. Prodr Berol. n. 977.

Bryum nutans foliis lanceolatis, ſubulatis, capſulis vrceolatis, cernuis, operculo conico. SCHREB. Spicil. p. 81. n. 1043.

Bryum aureum. WEB. Flor. Goetting. p. 115. var. β. maius.

Hangendes Knotenmoos. Germ.

Ad latera foſſarum arenoſarum *im Oberholze* Ill. SCHREB. in ſylua autem Academica, tum ad vallum lacus in pineto ad *Lindenthal* HEDW. acutiſſimus naturae perſcrutator reperierunt. Maio floret et Iunio thecas maturat.

1323. *Webera* caule ſimpliciſſimo, foliis perichaetii capillaribus longiſſimis, recuruis, capſula pyriformi. HEDW. Frond. I. p 5. T. III. pyriformis.

Webera ſurculo ſubſimplici, foliis linearibus, thecis pyriformibus nutantibus: operculis conicis. WILD. Prodr. Berol. n. 976.

Mnium pyriforme. LINN. Syſt. p. 947. n. 14. WEIS. Crypt. p. 152.

Bryum aureum. WEB. Fl. Gott. p. 114.

Birnförmiges Sternmoos. Germ. *Mnie pyriforme.* Gall.

In humidis vliginoſis, in murorum interſtitiis et rupium fiſſuris copioſe. Iun. Iul. capſulae matureſcunt et vernali tempore viget.

pomiformis. 1324. *Webera* ſurculo ramoſo, foliis lineari-lanceolatis, ſeta terminatis, imbricato patulis, thecis; globoſis: operculo plano. WILD. Prodr. Berol. n. 975.

Bryum pomiforme thecis erectis ſphaericis. LINN. Syſt. p. 947. n. 3. BOEHM. n. 740. WEIS. Crypt. pag. 181. WEB. Fl. Gott. p. 119.

Apfelförmiges Sternmoos. Germ. Bri *pomiforme.* Gall.

In ſyluis elatioribus, *im Bieniz*, et paſſim in hortorum areis. Aprili cum capſulis.

453. *BARTRAMIA. HEDW. Muſc. Frond. II. p. 111.

Halleriana. 1325. * *Bartramia* foliis e latiori baſi longius ſubulatis, thecis breuius pedunculatis, oualibus lateralibus. HEDW. l. c. p. 111. T. XL.

Bryum foliis mollibus ſubulatis, ſetis breuiſſimis alaribus. HALL. Helvet. n. 1802. T. 45. f. 4. Eiuſd. Opuſc. p. 269.

In ſyluaticis montoſis. Cel. HEDW. omnium primo *Zſchopae* in ſylua fluuium eiuſdem nominis adiacente detexit. Ego nuperrime in locis montoſis ſaxoſis prope vrbem ſic dictam *Grimme* vidi. Flor. Vere primo. Maio vero exeunte ſubſequentis anni opercula deponit.

454. BVXBAVMIA. L. G. 1307. HEDW. G. M. 23.

aphylla 1326. *Buxbaumia* aphylla pedunculato elongato. LINN. Syſt, p. 945. et LINN. jun. Diſſ. Meth. Muſc. p. 25. WEB. Fl. Gott. p. 130. *Fl. Dan.* t. 44.

Buxbaumia aphylla ſurculis foliisque nullis: theca ouata dimidiata: operculo conico obliquo. WILD. Prodr. Berol. n. 978.

Buxbaumia caulescens bulbo villis tecto. SCHMIED. Diſſ. de Buxb. 25. n. 1. Icon. optim.

Blattloſe Buxbaumie. Germ.

In ſyluis arenoſis praeſertim abietinis copioſe. Fl. Autumno in Hyemem vsque.

1327.

1327.* *Buxbaumia* folioſa ſurculo nullo, foliis linearibus obtuſis: theca ſeſſili ouata dimidiata: operculo conico obliquo. WILD. Prodr. Berol. n. 979. foliosa.

Buxbaumia folioſa, acaulis, capſula ſubſeſſili foliis cincta. LINN. Syſt. p. 945. n. 2. et LINN. jun. Diſſ. p. 33. t. 1. f. 4.

Buxbaumia ſeſſilis. SCHMIED. Diſſ. de Buxb. 26. n. 2.

Bryum hallerianum. NECK. Meth. p. 133. n. 44.

Webera diphyſcium. EHRH. Hanov. Magaz. 1779. 17. St. p. 257.

In ſyluaticis vmbroſis praecipue in ambulacro magno abietino poſt *Breitenfeld* Cel. HEDW. detexit, mihique exemplar benigniter communicauit. Aug. Sept. et Hyeme.

γ. *Periſtomate dentato, reticulato.*

455. FONTINALIS. L. G. 1306. HEDW. G. M. 24.
Hüllmoos. *Germ.*

1328. *Fontinalis* foliis complicato-carinatis trifariis acutis, thecis lateralibus. LINN. Syſt. p. 945. BOEHM. n. 781. antipyretica.

Fontinalis antipyretica ſurculo ramoſo, vago, foliis lanceolatis laxe imbricatis: thecis ſubcylindricis: operculis planis mucronatis. WILD. Prodr. Berol. n. 980.

Kühlendes Hüllmoos. Germ.

In foſſis aquoſis, pratenſibus *im Roſenthale, nach Meckern zu.* Vere floret cum thecis.

1329. * *Fontinalis* foliis ouatis concauis trifariis acutis paſſim geminis: thecis terminalibus. LINN. Syſt. p. 945. n. 2. WEB. Spicil. Flor. Gott. p. 25. n. 113. minor.

Fontinalis triangularis minor, carinata, e cymis capſulifera. DILL. Hiſt. Muſc. p. 257. t. 32. f. 2.

Kleines Hüllmoos. Germ.

In riuulis *bei dem Schambergiſchen Guthe*, ſed rarius Cel. HEDW. reperit.

456. * MEESIA. HEDW. G. M. 25.

vliginoſa. 1330. *Meeſia* ſurculo ſubſimplici, foliis oblongo-lanceolatis obtuſis, thecis obliquis, pyriformibus: operculis conicis vmbilicatis. WILD. Prodr. Berol. n. 982.

Meeſia foliis lineari lingulatis, obtuſis, capſula pyriformi cernua. HEDW. Muſc. Frond. I. pag. 1. Tab. II.

Bryum trichodes antheris erectiuſculis: ore ciliato absque annulo pedunculo longiſſimo LINN. Syſt. p. 949. WEB. Spicileg. Gott. pag. 87. *Hypnum trichodes.*

Bri doré. Gall.

In pratis vliginoſis *bei Kleindölzig* Cel. HEDWIG nuperrime detexit. Iunio cum thecis maturis.

B. HEPATICI.

457. IVNGERMANNIA. L. G. 1313. Iungermannie. *Germ.*

* *Foliis pinnatis folioſis.*

aſplenoides. 1331. *Iungermannia* frondibus ſimpliciter pinnatis, foliis pinnatis ouatis, ſubciliatis. LINN. Syſt. pag. 953. WEIS. Crypt. p. 110. WEB. Fl. Gott. pag. 132. WILD. Prodr. Berol. n. 984.

Iungermannia foliis pinnatis, ſubrotundis, ſerratis ex apice florifera. HALL. Hiſt. Helvet. Tom. III. n. 1868.

Lichenaſtrum Aſplenii facie pinnis laxioribus. DILL. Muſc. p. 482. t. 69. f. 5.

Var. β. *Iungermannia* minor foliis ſubrotundis tenuiſſime denticulatis. MICH. Gen. pag. 7. tab. 5. f. 2. HALL. Enum. Helv. p. 121. n. 6. BOEHM. n. 783.

Lichenaſtrum Aſplenii facie pinnis confortioribus. DILL. Muſc. p. 483. t. 69. f. 6.

Milzkrautartige Iungermannie. Germ. *Iungermanne aſplenoide.* Gall.

In

In ſyluis nemoroſis vdis, e. g. in ſylua academica et aliis modo varietatem reperi. Vere cum thecis.

1332. *Iungermannia* frondibus ſimpliciter pinnatis, lanceolatis, apice floriferis, foliis integerrimis. LINN. Syſt. p. 953. n. 5. SCHREB. Spicil. p. 103. n. 1079. WEIS. Crypt. 114. WILD. Prodr. Berol. n. 985. lanceolata.

Iungermannia paluſtris minima, repens, foliis ſubrotundis, denſiſſimis laete viridibus. MICH. Gen. p. 8. t. 5. f. 6. HALL. Enum. Helv. p. 122. n. 11.

Var. β. *Lichenaſtrum* ſurculis foliis ac floribus minoribus, foliolis circa thecas tenuioribus crebrioribus. DILL. Muſc. p. 486. t. 70. f. 10. C. D.

Hellgrüne lanzettblättrichte Iungermannie. Germ. *Iungermanne lancéolée.* Gall.

In terra ſubhumida, muſcis veſtita, *im Oberholze.* Var. in terra arenoſa, ſubhumida, e. g. in agris verſus *Schönfeld* copioſe. Vernali tempore.

1333. *Iungermannia* frondibus ſimpliciter pinnatis, foliis bidentatis, capſulis terminalibus. WILD. Prodr. Berol. n. 986. bidentata.

Iungermannia bidentata ſurculis procumbentibus ramoſis, apicibus floriferis, foliis ouatis bicuſpidatis, ſtipulis lanceolatis, quadridentatis. SCHREB. Spicil. p. 104. n. 1081.

Iungermannia bidentata frondibus ſimpliciter pinnatis, medio floriferis, foliis bidentatis. LINN. Syſt. p. 953. n. 6. WEIS. Crypt. p. 115. WEB. Fl. Gott. p. 133.

Var. β. *Iungermannia bidentata* minor, repens, foliis ſubrotundis bifidis, vagina foliorum cylindracea. MICH. Gen. pag. 8. Ord. VI. n. 4. t. 5. f. 13. HALL. Enum. Helv. p. 123. n. 15. WEIS. Crypt. p. 116.

Lichenaſtrum pinnulis obtuſioribus bifidis minor. DILL. Muſc. p. 488. t. 70. f. 12.

Groß oder klein mondförmig eingeſchnittene ſ. *zweizähnige Iungermannie.* Germ. *Iungermanne doubledent.* Gall.

In vmbroſis ad aggeres et ſepes *im Roſenthale*, *im Oberholze* vtraque occurrit. Autumno et Vere cum capſulis.

bicuſpidata. 1334. *Iungermannia* frondibus ſimpliciter pinnatis, foliis bicuſpidatis, medio capſuliferis. WILD. Prodr. Berol. n. 987.

Iungermannia bicuſpidata ſurculo procumbente, foliis diſtichis quadratis bidentatis, ſtipulis nullis. SCHREB. Spicil. p. 10[illegible]. n. 1082.

Iungermannia bicuſpidata frondibus ſimpliciter pinnatis medio floriferis, foliis bidentatis. LINN. Syſt. p. 954. n. 7. WEIS. Crypt. p. 117. WEB. Flor. Gott. p. 196.

Zweifach gezähnte Iungermannie. Germ.

In ſyluis vmbroſis, *im Oberholze*; in areis horti *Reicheliani* et locis inundatis. Vere ſed rariſſime cum capſulis.

ſcalaris. 1335. *Iungermannia* foliis integerrimis ouatis diſtichis extremo caule ſetifero. HALL. Hiſt. Helvet. n. 1858. SCHREB. Spicil. p. 103. n. 1078.

Iungermannia Scalaris. Schmiedel de Iungerm. p. 70. f. XVII.

Mnium Trichomanis facie, foliis integris. DILL. Muſc. p. 256. t. 31. f. 5.

In foſſis *im Oberholze*, et ad aggeres.

** *Frondibus pinnatis; pinnulis auriculatis ſuperne tectis.*

reptans. 1336. *Iungermannia* ſurculis decompoſitis, medio floriferis, foliis quadratis antice inciſis, ſtipulis quadrifidis. SCHREB. Spicil. p. 106. n. 1083.

Iungermannia reptans frondibus ſubtus bipinnatis, apice reptantibus, foliolis quadridentatis. LINN. Syſt. p. 954. n. 14. WEIS. Crypt. p. 119. WEB. Flor. Gott. p. 144.

Kleine kriechende Erdjungermannie. Germ.

In

In aggeribus vmbroſis vdis *im Oberholze*, in apricis ad *Lindenau* inter alias iungermanniae muſcorum ſpecies. Hyeme et Vere cum capſulis.

1337. * *Iungermannia* frondibus ſuprabipinnatis, apice floriferis, foliolis ciliatis. LINN. Syſt. pag. 953. n. 2. WEIS. Crypt. p. 121. NECKER Delic. Gallobelg. pag. 493. n. 1159. nemoroſa.

Iungermannia foliis bipartitis, auriculatis imbricatis ſupremis pinnatiferis. HALL. Hiſt. Helvet. T. III. p. 8. n. 1859.

Iungermannia nemoroſa, foliis acutioribus auritis, tenuiſſime denticulatis, flore inſidente pediculo breviore. MICH. Gen. p. 7. Ord. I. n. 2. t. 5. f. 8. HALL. Enum. Helv. p. 120. n. 2.

Lichenaſtrum auriculatum, pinnis minoribus crenatis. DILL. Muſc. p. 490. t. 71. f. 1.

Hellgrüne hohlblättrige Haynjungermanne. Germ.

In locis nemoroſis vmbroſis et vdis, v. g. in ſylua Academica ad caudas et arborum radices Cel. HEDW. ſed nunquam cum thecis detexit.

*** *Frondibus imbricatis.*

1338. *Iungermannia* ſurculis repentibus: foliis inferne auriculatis, duplicato imbricatis, ramis aequalibus. LINN. Syſt. pag. 954. n. 16. BOEHM. n. 782. WEIS. Crypt. p. 124. WEB. Fl. Gott. p. 146. WILD. Prodr. Berol. n. 988. complanata.

Iungermannia foliis rotundis, alterne imbricatis, caule plano-multifloro, ſetis breuiſſimis. HALL. Hiſt. Helv. T. III. p. 58. n. 1860.

Plattſchuppigte Iungermannie. Germ. *Iungermanne aplatie.* Gall.

In ſyluis vmbroſis ad arborum truncos valde frequenter. Martio cum thecis.

1339. * *Iungermannia* ſurculis repentibus, foliis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis apice latioribus. LINN. Syſt. p. 954. n. 17. SCOP. Carn. pag. 123. n. 5. WEIS. Crypt. p. 126. WEB. Fl. Gott. pag. 146. WILD. Prodr. Berol. n. 989. dilatata.

Iungermannia dilatata ſurculo reptante imbricato, foliis duplici orbiculatis: ramorum apice latiuſculo. NECKER. Method. 140. n. 19.

Iungermannia foliis imbricatis alternis, orbiculatis, ſetis breuiſſimis. HALL. Hiſt. Helvet. T. III. p. 62. n. 1874

Lichenaſtrum imbricatum minus, ſquamis conuexo-concauis. DILL. Muſc. p. 497. t. 72. f. 27.

Ausgebreitete Iungermannie. Germ.

In ſyluis ad arborum iuniorum truncos et ad Salices *in der Milchinſel*, paſſim in ſylua Academica. Vere cum thecis.

tamariſcifolia. 1340. *Iungermannia* ſurculis decompoſitis, apice proliferis foliis ſubrotundis ſubtus articulatis, ſtipulis ouatis emarginatis. SCHREB. Spicil. p. 108. n. 1086. WILD. Prod. Berol. n. 990.

Iungermannia tamariſcifolia foliis imbricatis ſerie duplici; ſuperioribus ſubrotundis conuexis obtuſis quadruplo-maioribus. LINN. Syſt. pag. 954. n. 18. WEIS. Crypt. p. 128.

Tamariſkenblättrige Iungermannie. Germ.

In ſyluis, nemoribus ad arborum, praecipue Fagorum truncos. Martio cum capſulis.

platyphylla. 1341 * *Iungermannia* ſurculis procumbentibus ſubtus imbricatis, foliis cordatis acutis. LINN. Syſt. p. 954. n. 19. WEIS. Crypt. pag. 125. WILD. Prodr. Berol. n. 991.

Iungermannia foliis imbricatis lanceolatis, ſuperne planis, alternis, inferne concauis, quinquefariis. HALL. Hiſt. Helv. T. III. p. 61. n. 1872.

Lichenaſtrum Arboris vitae facie, foliis minus rotundis. DILL. Muſc. p. 501. t. 72. f. 32.

Muſcoides ſquamoſum maius, atro-virens, foliis ſubrotundis. MICH. Gen. p. 9. Ord. I. n. 2. tab. 6. f. 3. 4.

Groſse Lebensbaumblättrige Iungermannie. Germ. *Iungermanne à feuilles plates.* Gall.

In ſyluis ad terram et ad arborum maxime Fagorum truncos prope radices. Vere primo cum thecis.

1342.

1342. *Iungermannia* ſurculis adſcendentibus, foliis diſtichis, bilobis ſubrotundis integerrimis, lobulis inaequalibus SCHREB. Spicil. p. 104 n. 1080. varia.

Iungermannia varia ſurculis erectiuſculis biſariam imbricatis, foliis bipartitis. LINN. Syſt. pag. 955. n. 22.

Lichenaſtrum foliis variis. DILL. Muſc. 505. t. 73. f. 36. variet. A. B.

Veränderliche Iungermannie. Germ.

In ſyluis ad terram, *im Oberholze.*

**** *Surculis vndique imbricatis: foliolis ſparſis.*

1343. *Iungermannia* ſurculis teretibus, foliis capillaceis aequalibus. LINN. Syſt. p. 954. n. 26. SCHREB. Spicil. p. 109. n. 1087. WEIS. Crypt. p. 130. trichophylla

Iungermannia minima foliis capillariter multifidis. HALL. Hiſt. Helv. T. III. p. 63. n. 1880.

Haarblättrige Iungermannie. Germ.

Ad terram vdam inter alios muſcos, paſſim *im Oberholze* et ſylua Academica. Rarius cum thecis.

***** *Acaules frondibus ſimplicibus.*

1344. *Iungermannia* acaulis, foliolo frondi innato. LINN. Syſt. p. 955. n. 29. BOEHM. n. 785. WEIS. pag. 106. epiphylla.

Iungermannia acaulis, foliis reticulato-rugoſis, thecis dorſalibus diuergentibus glabris. SCOP. Carn. p. 122. n. 1.

Iungermannia fronde foliacea, obtuſe lobata, ex medio florifera. HALL. Hiſt. Helv. T. III. pag. 63. n. 1882. SCHREB. Spicil. p. 110. n. 785.

Lichenaſtrum capitulis rotundis e foliorum medio enaſcentibus. DILL. Muſc. p. 508. t. 74. f. 41.

Hepaticoides Cichorei criſpi folio. VAILL. Pariſ. p. 100. t. 19. f. 4.

Langblättrige Iungermannie. Germ. *Iungermanne foliacée.* Gall.

In

In nemoribus vmbroſis ad foſſas et riuulos, e. g. ad riuulum *hinter dem Bieniz.* April. Maio cum thecis.

multifida. 1345. *Iungermannia* acaulis, fronde bipinnatifida. LINN. Syſt. p. 955. n. 31. SCHREB. Spicil. p. 109. n. 1088. WEIS. Crypt. p. 109.

Lichenaſtrum ambroſiae diuiſura. DILL. Muſc. pag. 511. t. 74. f. 43.

Hepatica arborum globulifera. VAILL. Pariſ. p. 98. T. XXIII. f. 2. pertinet ad furcatam.

Vielfach eingeſchnittene Iungermannie. Germ.

In ſyluis vmbroſis ad orbitas humidas paſſim *im Oberholze.* Abſque thecis.

furcata. 1346. *Iungermannia* acaulis, fronde lineari ramoſa; extremitatibus furcatis obtuſiuſculis. LINN. Syſt. p. 955. n. 32. BOEHM. n. 784. SCHREB. Spicil. p. 109. n. 784. WEIS. Crypt. p. 108.

Iungermannia furcata lineari-ramoſa, dichotoma baſi capitulifera; primordialibus frondoſis terminalibus. NECKER. Method. p. 128. n. 3.

Zweifach geſpaltene Iungermannie. Germ. *Iungermanne fourchue.* Gall.

Copioſe ad arborum truncos in ſylua Academica et *im Oberholze;* rarius vero in locis ſubhumidis. Vernali tempore cum thecis, ſed rarius.

puſilla. 1347. *Iungermannia* ſurculis breuiſſimis apice floriferis, foliis imbricatis antice crenatis, cauliculo ſubtus villoſo. SCHREB. Spicil. p. 107. n. 1085.

Iungermannia puſilla acaulis, fronde ſubpinnatifida, lobis imbricatis, perichaetiis plicato. LINN. Syſt. p. 955. n. 33. TIMM. Fl. Megapol. n. 881.

Sehr kleine Iungermannie. Germ.

Ad aggeres, in foſſis, ſolo arenoſo humido inter vrbem, hortos oleraceos et verſus *Schönfeld*, ad *Lindenau, im Bieniz* et *Oberholze.* Aprili cum thecis.

458. MARCHANTIA. L. G. 1315.

1348. *Marchantia* foliis obtuſe lobatis; receptaculis planis, orbiculatis. WILD. Prodr. Berol. n. 996. polymorpha

Marchantia polymorpha calyce communi decemfido. LINN. Syſt. pag. 955. BOEHM. n. 852. WEB. Flor. Gotr. p. 162.

Marchantia fronde aequabili, cyathis ſerratis, bacillis vmbellatis et ſtellatis octofidis. HALL. Hiſt. Helv. T. III. p. 66. n. 1892.

Var. α) *Marchantia polymorpha* ſtellata pileo laciniato; laciniis teretiuſculis, apice dilatatis, ſub quibus globuli piloſi. SCOP. Carn. Ed. 2. n. 1354. WEIS. Crypt. p. 152. WILD. Prodr. Berol. n. 996. var. α. ſtellata.

Marchantia pileo ſtellato, radiis teretibus. MICH. Gen. p. 2. Tab. I. f. 2. HALL. Enum. Helv. pag. 127. n. 1.

Var. β) *Marchantia polymorpha* vmbellata receptaculis decemfidis, laciniis coniunctis, oblongis obtuſis. WILD. Prodr. Berol. n. 996. var. β. vmbellata.

Marchantia vmbellata pileo plano, crenulato, ſub quo globuli imberbes. SCOP. Carn. Ed. 2. n. 1355. WEIS. Crypt. p. 133. var. β.

Marchantia capitulo non diſſecto. MICH. Gen. p. 1. T. 1. f. 5.

Lichenis fontani maioris et domeſtici minoris. DILL. Muſc. l. c. Varietates vmbellatae. tab. 76. f. 6. C. D. t. 77. f. 7. D.

Pharm. *Hepaticae Fontanae* ſ. *Lichenis ſtellati* Herba.

Vielgeſtaltete Marchantie. Var. α) *langblättrige Sternmarchantie, Steinleberkraut,* var. β) *kurzblättrige Schildmarchantie.* Germ. *Hepatique des fontaines, ou Marchante étoilée.* Gall.

In locis vmbroſis, ſubhumidis pratisque; ad aquarum riuulos, ad muros humidos, e. g. in ſepulchreto St. Pauli ad terram et ad muros et alibi copioſe Vere et aeſtate cum thecis.

Vſ. In decocto cum lactis ſero contra hepatis obſtructiones; porro etiam in ictero et ſcorbuto laudatur.

1349

conica. 1349. *Marchantia* ſurculis dichotomis, ſinuatis, capſula conica, ſubtus ſubquinqueloculari.

Marchantia conica receptaculo communi quinqueloculari ſubouato. LINN. Syſt. p. 955. n. 6. BOEHM. n. 853. SCHREB. Spicil. p. 54. n. 853. WEB. Fl. Gott. p. 165.

Kegelförmige Marchantie. Germ. *Marchante conique.* Gall.

Ad ripas paullo elatiores riuuli prata Schoenfeldica irrigantis, porro ad muros roridos. Maio cum thecis; ſed rarius.

III. ALGAE.

a) *Terreſtres.*

459. ANTHOCEROS. L. G. 1318. Hörnerſchorf. *Germ.* Anthocere. *Gall.*

punctatus. 1350. *Anthoceros* frondibus ſinuatis, criſpis punctatis. WILD. Prodr. Berol. n. 1000.

Anthoceros fronde criſpa ſinuato-laciniata. SCHREB. Spicil. p. 110. n. 1090.

Anthoceros frondibus indiuiſis ſinuatis punctatis. LINN. Syſt. pag. 956. TIMM. Flor. Megapol. n. 884. *Fl. Dan.* t. 396.

Punctirter Hörnerſchorf. Germ. *Spatled Anthoceros.* Angl. *Anthocere* Gall.

In locis ſubhumidis ad latera foſſarum *im Oberholze* et alibi. Autumno cum capſulis.

laeuis. 1351. *Anthoceros* frondibus ſinuatis laeuibus. WILD. Prodr. Berol. n. 1001.

Anthoceros fronde plana crenata. SCHMIED. Ic. pl. I. p. 71. t. 19. SCHREB. Spicil. p. 110. n. 1089.

Anthoceros frondibus indiuiſis ſinuatis laeuibus. LINN. Syſt. p. 956. *Fl. Dan.* t. 396. SCHMID. Ic. tab. 19.

Glatter Hörnerſchorf; *horntragendes Lebermoot.* Germ. *Smooth Anthoceros.* Angl. *Anthocere liſſe.* Gall.

In

In agris arenoſis humidis vbique circa vrbem; in pratis *Schoenfeldicis*, et ad *Delitz* Ill. POHL. reperit. Martio, tum Aug. — Octobr. cum capſulis.

460. RICCIA. L. G. 1317. Riccie. *Germ.* Riccie. *Gall.*

1352. * *Riccia* frondibus ſuperficie papilloſis. LINN. Syſt. p. 956. LEYS. n. 1125. WEIS. Crypt. 328. WILD. Prodr. Berol. n. 997. criſtallina

Lichen paluſtris Rutae folio. DILL. Muſc. p. 535. n. 78. f. 12.

Rundgeſchweift blättrige Riccie. Germ. *Riccie criſtalline.* Gall.

In agris vdis et locis humidis; primo Vere in agris *nach Eutritſch*, et poſt prata Coriariorum.

1353. * *Riccia* frondibus glabris bipartitis, acutis. LINN. Syſt. p. 956. WEB. Spicil. p. 170. minima.

Riccia minima nitida; ſegmentis acutis. MICH. Germ. p. 107. t. 57. f. 6.

Lichen omnium minimus, foliolis ſciſſis, ſuper terram expanſis. DILL. Muſc. p. 534. t. 78. f. 11.

Kleinſte Riccie. Germ. *Riccie très petit.* Gall.

In agris arenoſis, ſiccioribus, e. g. in agris *Schoenfeldicis* aliisque frequenter occurrit.

Obſ. Frondes anguſtiſſimae, glabrae, ad apices acutae. *Web.*

1354. *Riccia* frondibus glabris canaliculis bilobis obtuſis. LINN. Syſt. p. 956. SCHREB. Spicil. pag. 111. n. 1091. WEB. Spicil. p. 172. WILD. Prodr. Berol. n. 998. TIMM. n. 888. *Fl. Dan.* 397 f. 1. glauca.

Var. β. *Riccia glauca*, ciliata, frondibus ad margines albis pilis ciliatis. WEB. p. 143.

Hepatica paluſtris bifurcata, lobis breuioribus carinatis. VAILL. Pariſ. p. 98. t. 19. f. 1.

Blau angelaufene Riccie. Germ. *Riccie glauque.* Gall.

In agris fere vbique, maxime verſus, *Gonnewitz*, *Burghauſen*, *Wagau*, *Schönfeld* cum Anthocerote vtro-

vtroque; porro *auf dem Gickerlingsberge* muſcis immixta. Var. in agris ad *Gunndorf*, *Ehrenberg* collegi Autumno.

fluitans. 1355.**Riccia* frondibus dichotomis lineari-filiformibus. LINN. Syſt. p. 656. JAHN. n. 24. WILD. Prodr. Berol. n. 999. TIMM. n. 889.

Riccia fluitans fronde dichotoma lineari ramoſa; plana; primordialibus obtuſis. NECK. Method. 41. n. 1.

Lichenaſtrum aquaticum fluitans tenuifolium furcatum. DILL. Muſc. 231. t. 74. f. 47.

Hepatica paluſtris dichotoma, ſegmentibus anguſtioribus. VAILL. Pariſ. p. 98. t. 10. f. 3.

Flußriecie. Germ. *Riccie fluttante.* Gall.

In lacubus, nec raro in foſſis exſiccatis et limoſis vdis inter *Lemnas* ad *Leutſch*, *Delitz* et fere ſemper Lemnae triſulcae et minori ſubtegens. Vere et Autumno.

natans. 1356.* *Riccia* frondibus obcordatis ciliatis. LINN. Syſt. p. 956. POLLICH. Palat. Tom. III. Append. p. 319. WEB. Spicil. Flor. Goetting. p. 174. ROTH. Fl. Germ. T. I. p. 49[illegible].

Schwimmende Riccie. Germ.

In locis paludoſis et piſcinis, *in dem Teiche auf der Pfingſtwieſe*, *nicht weit vom Holze*, *wo die Gräben ſind*, Cel. HEDWIG detexit.

461. BLASIA. L. G. 1316. Blaſie. *Germ.* Blaſie. *Gall.*

puſilla. 1357.* *Blaſia* fronde lobata, lobis ſubrotundis, neruis ſetiferis. HALL. Hiſt. Tom. III. pag. 57. n. 1857. LINN. Syſt. p. 956. LEERS Fl. Herborn. n. 906. WEB. Spicil. Flor Goetting. p. 169. WIGG. Prim. Flor. Holſat. pag. 83. *Fl. Dan.* tab. 45. Icon. SCHMID. Diſſ. de *Blaſia*.

Sehr kleine Blaſie. Germ. *Blaſie naine.* Gall.

In

In locis inundatis, vmbroſis, copioſe in *ſylua Academica*, et ad vias cauas humidas *im Roſenthale* paſſim. Autumno cum capſulis.

462. PELTIGERA. WILDEN. Prodr. Berol. p. 347. Lederflechte. *Germ.*

1358. *Peltigera* fronde lata verrucoſa, ſubtus longis radiculis hirſuta. HOFM. Plant. Lichen. Vol. I. Faſc. I. p. 25. T. VI. F. I. aphthoſa.

Peltigera fronde obtuſe lobata, ſuperne verrucoſa, inferne alba villoſa. WILDEN. Prodr. Berol. n. 1002.

Lichen aphthoſus coriaceus repens lobatus obtuſus planus. verrucis ſparſis, pelta marginali adſcendente. LINN. Syſt. p. 961. n. 76. BOEHM. n. 860. HAG. Hiſt. Lich. p. 104. n. LII.

Pharm. *Muſci cumatilis* Herba.

Warzige gemeine Lederflechte. Germ. *Green ground Lieverwort.* Angl. *Lichen à Aphthe.* Gall.

Ad terram in ſyluis et agris elatioribus copioſe. Hyeme.

Vſ. Ruſticolae Vpſalienſes infuſum cum lacte praeparatum, infantibus aphthis laborantibus praebent, dehinc nomen triuiale ortum. Praeterea egregia gaudet virtute anthelmintica. LINN. Amoen. II. pag. 62. et VII. p. 304.

1359. *Peltigera*, minima ſubtus venoſa; peltis ſeſſilibus planis orbiculatis. HOFM. Pl. Lichen. Vol. I. Faſc. I. p. 31. T. VI. f. 2. venoſa.

Lichen venoſus coriaceus repens lobatus obtuſus planus, ſubtus venoſus, villoſus, peltis marginalibus horizontalibus. LINN. Syſt. p. 961. n. 75.

Lichenoides paruum vireſcens, peltis nigricantibus planis. DILL. Muſc. 208. t. 28. f. 09. 110.

Kleinſte Schildflechte. Germ. *Little dark vein'd Lichen.* Angl. *Lichen veiné.* Gall.

Ad terram humidam in locis vmbroſis et ſyluaticis frequens. Hyeme.

canina. 1360. *Peltigera* fronde obtuſe lobata, ſubtus venoſo-villoſa, peltis oblongis adſcendentibus. WILD. Prodr. Berol. n. 1003.

Lichen caninus coriaceus repens lobatus, obtuſus planus ſubtus venoſus villoſus, pelta marginali adſcendente. LINN. Syſt. pag. 961. n. 79. BLCAKW. tab. 336.

Pharm. *Muſci Canini* Herba.

Aſchgraue Hundslederflechte; *Hundsflechte*; *Hundsmoos*; *Steinflechte*; *Erdleberkraut.* Germ. *Lichen canin, ou de terre, ou Mouſſe de chien.* Gall.

Ad terram in ſyluis vbique, rarius ad arbores. Hyeme.

Vſ. Sapor Lichenis exſiccati eſt ingratus mucidusque. Extractum aquoſum, odorem balſamicum valde ingratum vetuſtioris halecis, mephitim referens, ſpirat, ſapore primum dulci, deinde amariuſculo ſubtiliterque acri fere piperino gaudet. Extractum ſpirituoſum, quod in minori copia obtinetur, mellei eſt odoris minusque acre. Angli hunc Lichenem vt medicamentum ſpecificum in hydrophobia atque rabie canina valde commendant; dehinc in ſuis officinis compoſitionem quandam nomine *Pulueris antiliſſi* introduxerunt. Haec autem ex duabus Lichenis partibus vnaque parte piperis nigri conſtat.

horizontalis 1361. *Peltigera* fronde rotunde lobata, ſubtus cinereo rufeſcente, peltis planiſſimis.

Lichen horizontalis coriaceus repens planus ſubtus auenius, peltis marginalibus horizontalibus. LINN. Syſt. pag. 961. n. 81. SCHREB. Spicileg. pag. 123. n. 1116.

Horizontallaufende Lederflechte. Germ.

In ſyluaticis vmbroſis ad arborum radices et in cavis frequens in *ſylua Academica* et alibi. Perſiſtens.

ſyluatica. 1362. *Peltigera* ſubcoriacea ſinuato-laciniata, ſcabra, peltis adſcendentibus paruis. HOFM. Pl. Lichen. Vol. I. p. 21. T. IV. f. 2.

Lichen

Lichen ſyluaticus coriaceus, repens, laciniatus, lacunoſus, peltis marginalibus adſcendentibus. LINN. Syſt. p. 961. n. 80.

Waldlederflechte. Germ. *Lichen des bois.* Gall.

In ſyluis denſioribus vmbroſisque ad radices arborum in *ſylua Academica* valde rara.

Odor poſt multos annos vrinoſus, nauſeoſus praeſertim exſiccatus.

463. LICHEN. L. G. 1319.

* *Foliis imbricatis linearibus.*

1363. *Lichen* corniculatus, erectiuſculus, laciniis linearibus palmatis ciliatis, ſcutellis pedunculatis. HOFM. l. c. Faſc. I. pag. 16. Tab. III. Fig. 4 (ſub *Lichenoide*). ciliaris.

Lichen ciliaris foliaceus, erectiuſulus: laciniis linearibus ciliatis, ſcutellis pedunculatis, crenatis. LINN. Syſt. pag. 95.. n. 4.. BOEHM. n. 868. SCHREB. Spicil. p. 126. n. 868. HAG. Hiſt. Lichen pag. 81. n. XLII. *Fl. Dan.* t. 71..

Augenwimperflechte; gefranzte Baumflechte. Germ. *Hairy or Ciliated Lichen.* Angl. *Lichen cilié.* Gall.

Ad truncos omnium fere arborum in ſyluis fere omnibus vulgaris. Perſiſtens.

Odor in humectato grauis nauſeoſus. Quamdiu ſiccus eſt Lichen, luteus, ſcutellis modo exceptis, cinereus: ſi vero humectatus, totus vireſcit.

1364. *Lichen* foliiformis, laciniatus: laciniis adſcendentibus ſemitubuloſis, margine hiſpidis HOFM. l. c. Faſc. I. p. 13. T. III. f. 2. 3. (ſub *Lichenoide*). hiſpidus.

Lichen hiſpidus foliaceus laciniatus albus: laciniis adſcendentibus obtuſis, piloſis, ſcutellis ſeſſilibus. SCOP. Carn. I. p. 110. SCHREB. Spicil p. 126. n. 120. et HAGEN. Hiſt. Lichen. pag. 80. n. XLI. (*Lichen tenellus*).

Lichen hiſpidus foliaceus laciniatus albidus: laciniis apice obtuſis inflatis, ciliatis, ſcutellis nigris ſeſſilibus. WILD. Prodr. Berol. n. 1024.

Lichen ciliaris, var. *β. albidus.* WEIS. Crypt. pag. 63.

Haarige Flechte; kleinſte Baumflechte. Germ.

In truncis arborum e.g. Salicum, Pruni ſpinoſae et in multis ſepibus frequens. Paſiim in lapidibus. Hyeme.

A *Lichene ciliari* foliis paullo minoribus, tenuioribus, ſemitubuloſis et ſcutellis paruis nigreſcentibus, ſubpedunculatis, magis depreſſis et a *Lichene ſtellari* longioribus exſtantibus radiculis et ſubfuſcis pedunculatisque ſcutellis diſtinguitur. Color conſtanter albus ſ. ex albo cinereus in ſicca et humectata planta.

ſtellaris. 1365. *Lichen* imbricatus: foliolis oblongis laciniatis anguſtis cinereis, ſcutellis puliis. LINN. Syſt. p. 959. n. 45. BOEHM. n. 865. SCHREB. Spicil. p. 127. n. 865. HOFM. Enum. Lichen n. 88. T. XIII. f. 1. 2.

Var. α) *Lichen* imbricatus: foliolis oblongis laciniatis, laciniis latioribus, ſcutellis nigris. HOFM. l. c. n. 88. var. B. T. XIII. f. 1.

Var. β) *Lichen* imbricatus: foliolis anguſtioribus, tenuiter laciniatis, ſcutellis cinereo-nigris. HOFM. l. c. var. C. T. XIII. fig. l. c.

Lichen orbicularis, foliolis anguſtioribus, minus laxis, etiam ad margines radicatis. SCHREB. Spicil. l. c. var. *ſtellaris.*

Sternförmige Blätterflechte. Germ. *Starry Lichen.* Angl. *Lichen étoilé.* Gall.

Var. α. ad arborum ramos, et β. in lapidibus, *auf alten Schindeldächern* frequens. Hyeme.

ſtellariformis. 1366. *Lichen* foliis oblongis planis laciniatis, ſcutellis fuſcis. HOFM. Enum. Lichen. n. 89.

Sternähnliche Blätterflechte. Germ.

In cortice arborum, praecipue Quercuum ſaepius vidi. Perſiſtens.

Obſ. Foliolis latioribus planis, margine lobatis, crenulatis, ſcutellis fuſcis, a priori differt.

1367. *Lichen* imbricatus; foliolis lobatis crenatis obtuſis viridibus, polline conſperſis, ſcutellis nigris, margine crenatis. SCHREB. Spicil. p. 128. n. 1123. HOFM. Enum. Lichen. n. 93. T. XII. f. 2. WILD. Prodr. Berol. n. 1015. puluerulentus.

Beſtaubte Blätterflechte. Germ.

In arborum corticibus, maxime Salicum, vulgaris.

Obſ. Scutellae nigrae, puluere griſeo tectae, margo crenulatus puluerulentus.

1368. *Lichen* imbricatus foliolis linearibus diffuſis crenatis, punctis eminentibus nigris. HOFM. Enum. Lichen. n. 94. T. XI. f. 2. anguſtatus.

Schmale Blätterflechte. Germ.

In arborum cortice cum priori frequens.

Foliolis ſemper anguſtioribus et ſcutellis deſtitutis, a priori facile diſtinguitur.

** *Foliolis imbricatis latioribus.*

1369. *Lichen* imbricatus, foliolis obſolete multifidis laeuibus flaueſcentibus centrifugis, ſcutellis rufo-fuſcis. LINN. Syſt. p. 958. n. 34. SCHREB. Spicil. p. 129. n. 1125. HOFM. Enum. Lichen. n. 95. Tab. X. fig. 3. WILD. Prodr. Berol. n. 1016. HAG. Hiſt. pag. 67. n. 33. centrifugus.

Var. α) *Lichen* fronde puluerulenta viridi.

Concentriſche Schuppenflechte. Germ. *Lichen centrifuge.* Gall.

In lapidibus terminalibus maioribus *zwiſchen dem Berge und Schönfeld* et in aliis frequens. Var. in arborum ramis et lignis putridis ad *Breitenfeld.*

Cum ſolutione Stanni colorem exhibet ſpadiceo-flaveſcentem. HOFM.

1370. * *Lichen* foliiformis, imbricatus, laciniatus, adſcendens, caſtaneus, ſcutellis concoloribus. HOFM. Lichen. p. 102. T. XVII. f. 1. HEDW. Muſc. Frond. Vol. II. p. 8. T. II. ſepincola.

Zaunſchuppenflechte. Germ.

Ad arborum truncos e. g. Crataegi Oxyacanthi, ad *Templum St. Theclae* Cel. HEDW. inuenit.

ſaxatilis. 1371. *Lichen* imbricatus, foliolis ſinuatis, ſcabris, lacunoſis, ſcutellis badiis. LINN. Syſt. pag. 958. n. 35. BOEHM n 864. WILD. Prodr. Berol. n. 1019.

Steinſchuppenflechte. Germ. *Lichen des roches, ou Uſnée du crâne humain.* Gall.

Ad arborum truncos valde frequens: porro in ſaxis et craniis humanis, aëri libero humido longe expoſitis. Cum ſcutellis rariſſime.— Purpureo tingit colore.

pullus. 1372. *Lichen* imbricatus, foliolis lobatis, oliuaceis, ſcutellis integerrimis. SCHREB. Spicil. pag. 131. n. 1127.

Lichen pullus fronde laeui ſcutellifera: germinante diſtorta, primordialibus granuloſis. NECK. Method. p. 94. n. 63.

Kleine ſchwärzlichte Flechte. Germ.

Ad arborum truncos et in lapidibus paſſim.

oliuaceus. 1373. *Lichen* imbricatus, foliolis lobatis nitidis oliuaceis, ſcutellis crenatis. SCHREB. Spicil. pag. 131. n. 1128.

Lichen oliuaceus imbricatus: foliolis lobatis nitidis liuidis. LINN. Syſt. p. 959. n. 37.

Olivenfarbene Flechte. Germ. *Lichen olivâtre,* Gall.

In arboribus et lapidibus.

criſpus. 1374. *Lichen* imbricatus: foliis lobatis truncatis crenatis atro-viridibus, ſcutellis concoloribus. LINN. Syſt. p. 959. n. 40. WILD. Prodr. Berol. n 1013.

Lichen criſpus gelatinoſus, foliis imbricatis lobatis truncatis crenatis atro-viridibus, ſcutellis crenulatis. SCHREB. Spicil. p. 127. n. 1121.

Gekräuſelte Flechte. Germ.

In

In muris argillaceis pagorum e. g. ad *Burghauſen*; in Horto *Reicheliano* ad Tiliae radices. Hyeme et Vere.

Madidus gelatinoſus eſt; ſiccatus vero calcareus. Scutellae badiae.

1375. *Lichen* imbricatus, foliolis criſpis fuluis; peltis parietinus.
concoloribus fuluis. LINN. Syſt. pag. 959. n. 43. BOEHM. n. 861. WILD. Prodr. Berol. n. 1021.

Wandflechte. Germ. *Lichen des murs; Perelle ou Herpette des murs.* Gall.

In arborum truncis, ſepibus et parietibus copioſe.

1376. *Lichen* imbricatus, laciniis anguſtis apice infla- phyſodes.
tis; ſcutellis pedicellatis. WILD. Prodr. Berol. n. 1020.

Lichen phyſodes imbricatus multifidus: laciniis obtuſis ſubinflatis. LINN. Syſt. p. 959. n. 44. SCHREB. Spicil. p. 129. n. 1124.

Lichen enflé. Gall.

In corticibus arborum frequens. Hyeme.

Obſ. Laciniis apice inflatis et ſcutellis pedicellatis, a *Lichene ſaxatili* diſtinguitur.

1377. *Lichen* corniculatus decumbens, ſubuilloſus; la- furfuraceus.
ciniis acutis, inferne nigris aculeatis. HOFM. Lichen. Plant. Faſc. II. pag. 45. Tab. IX. f. 2. (ſub *Lichenoide*).

Lichen furfuraceus foliaceus erectus, laciniatus, ſubtus niger puluerulentus, apicibus albidis; ſcutellis fuſcis concauis. WILD. Prodr. Berol. n. 1031.

Lichen furfuraceus foliaceus decumbens furfuraceus: laciniis acutis ſubtus lacunoſis atris. LINN. Syſt. p. 960. n. 53. BOEHM. n. 859. HAG. Hiſt. Lichen. p. 92. n. XLV.

Kleienflechte ſ. *graubeſtäubte Baumflechte.* Germ. *Grey-horned branny Lichen.* Angl. *Lichen à feuilles d'Abſinthe, ou Lichen furfuracé.* Gall.

 In

In locis ſyluaticis ad truncos arborum et ramos Fagi, Abietis, copioſe. Cum ſcutellis rarius. Vere et Autumno.

Vſ. Hic muſcus per multos annos amaritiem ſuam retinet, dehinc a nonnullis cortici peruuiano ſubſtituitur. Porro colore ex oliuaceo vel viridi-ſpadiceo, ſine omni addito, pannos imbuit.

calicaris. 1378. *Lichen* foliaceus, erectus, ramoſus, lacunoſus, glaber, ſcutellis terminalibus, apicibus reflexis corniculatis. WILD Prodr. Berol. n. 1028.

Lichen calicaris foliaceus erectus linearis ramoſus, lacunoſus, conuexus, mucronatus. LINN. Syſt. pag. 960. n. 60. SCHREB. Spicil. p. 124. n. 1117. HAG. Hiſt. Lich. p. 95. n. XLVII.

Becherartige Flechte; geſchnäbelte Baumflechte. Germ. *Lichen à gobelets, ou Poulmonette calicaire.* Gall.

Ad arborum truncos *im Bieniz* paſſim.

Obſ. Scutellis albidis planis a *Lichene prunaſtri* facile diſtinguendus.

Vſ. Pulchrum purpureum dat colorem, ſi antea vel in vrina putrefacta, vel in ſolutione ſalis alcali volatilis aquoſa, maceratur, ad praeparationem pulueris cyprii prae aliis valde idoneus.

fraxineus 1379. *Lichen* foliaceus erectus, oblongus lanceolatus, ſublaciniatus, lacunoſus, glaber, ſcutellis ſubpedunculatis. LINN. Syſt. pag. 960. n. 61. BOEHM. n. 862. SCHREB. Spicil. p. 123. n. 1116. HAG. Hiſt. Lichen. p. 96. n. XLVIII.

Eſchen- ſ. langblättrige Baumflechte. Germ. *Lichen de Frêne.* Gall.

Ad arbores, praeſertim Salices, Alnos, Fraxinos etc. vbique frequens.

Obſ. Quoad magnitudinem foliorum et diuerſam laciniarum formam innumeras praebet varietates.

prunaſtri. 1380. *Lichen* foliaceus erectus, laciniatus, ſubtus candidus; ſcutellis fuſcis concauis. WILD. Prodr. Berol. n. 1030.

Lichen

Lichen prunaſtri foliaceus erectiuſculus, lacunoſus: ſubtus tomentoſus albus. LINN. Syſt. p. 960. n. 63. BOEHM. n. 856. HAG. Hiſt. Lichen. pag. 97. n. XLIX.

Pflaumenflechte; weiſſe Hirſchhornförmige Baumflechte; weiſſes Lungenkraut ſ. *Lungenmoos*. Germ. *Lichen de prunelier*, *ou Orſeille du prunelle.* Gall.

Ad arbores maxime Salices et Prunum ſpinoſam vbique. Vere ſed rarius cum ſcutellis.

Obſ. Sapore gaudet fatuo, in Quercubus vero amaricante. Wurtembergi hunc ſub nomine *Muſci Acaciae* ad balnea fotusque in prolapſu vteri anique, commendant. Caeterum pulchro rubro, vt *Lichen calicaris*, tingit colore. Pro puluere Cyprio ad dealbandas crines vtilis.

1381. *Lichen* foliaceus repens, pallide viridis rugoſus, inferne ater et aſper; foliolis rotunde lobatis. caperatus.

Lichen caperatus pallide viridis rugoſus, margine vndulatus. LINN. Syſt. p. 960. n. 65. BOEHM. n. 863. SCHREB. Spicil. p. 123. n. 863.

Gerunzelte Flechte. Germ. *Lichen froncé.*

Ad arbores frequens; paſſim in lapidibus et ad muros lapidoſos. Vere. Cum ſcutellis rariſſime.

Vſ. Cum Vitriolo martis ferrugineo tingit colore.

464. * RETICVLALIA. Netzflechte. *Germ.*

1382. *Reticularia* foliacea laciniata; foliolis ſinuatis, truncatis, reticulato-lacunoſis, ſcutellis marginalibus. HOFM. l. c. p. 4. Tab. I. f. 2. (ſub *Pulmonaria reticulata.* officinalis.

Lichen pulmonarius foliaceus, laciniatus, obtuſus, glaber: ſupra lacunoſus, ſubtus tomentoſus. LINN. Syſt. pag. 960. n. 52. BOEHM. n. 857. HAG. Hiſt. Lichen. p. 88. n. XLIV. BLACKW. t. 353.

Pharm. *Pulmonariae arboreae* Herba.

Lungenflechte ſ. *Lungenkraut; Lungenmoos, Baumlungenkraut; Steinlungenkraut.* Germ. *Common Lungwort.* Angl. *Lichen pulmonaire, ou Herbe aux poumons.* Gall.

Ad Abietum, Quercuum Fagorumque truncos et radices in ſyluis antiquis vbique.

Vſ. Sapor eſt mucidus, ſalinus, acris et amarus; odor vix percipiendus vel nullus. In haemoptoe, vteri, menſium, aluique nimio fluxu, contra tuſſim conuulſiuam, phthiſin pulmonalem, laudatur. Ruſtici Sueci ad tuſſim pecudum debellandam adhibent. Decoctum cum ſero lactis in ſcabie. In Sibiria Lupuli loco cereuiſiae, quae valde inebriat, incoquitur. Coriis parandis aptus. Lintea amoene-fuſco inficit colore durabili. Porro *Motacilla Troglodytes* nidum ſuum artificioſiſſimum huius ope Muſci conſtruere fertur.

verrucoſa 1383.* *Reticularia* foliacea ſcrobiculata, foliis ſubrotundis, ſinuatis, ſcutellis rufis. HOFM. l. c. p. 1. T. I. f. 1. (ſub *Pulmonaria*).

Lichen verrucoſus, foliaceus repens, ſubrotundus, ſublobatus crenatus, rugoſus, verrucoſus, verrucis farinaceis, ſcutellis minutiſſimis fuluis. HVDS. Angl. 2. p. 545.

Lichen ſcrobiculatus, coriaceus repens lobatus, obtuſus, ſuperne ſcrobiculatus verrucoſus, inferne villoſus, tumoribus albidis. LIGHTF. Scot. 850.

Warzige Lungenflechte. Germ. *Pitted warty Lichen.* Angl.

In ſyluis ad radices arborum frequens.

farinacea. 1384. *Reticularia* foliacea compreſſa erecta ramoſa: verrucis marginalibus farinoſis. LINN. Syſt. p. 960. n. 56. (ſub Lichene) SCHREB. Spicileg. pag. 125. n. 1118.

Lichen farinaceus foliaceus erectus compreſſus, ramoſus, farinaceus: lateribus verrucoſis. LINN. Syſt. p. 827. HAG. Hiſt. Lichen. p. 93. n. XLVI.

Mehlartige Lungenflechte. Germ. *Lichen farineux, ou Herpette farineuſe.* Gall.

In Salicibus, Fraxinis, Pinubus aliisque vulgaris.

Obſ. Ob defectum ſcutellarum et praeſentiam prominentiarum, polline farinoſo praeditarum, ad latera frondis egredientium, hunc ad hoc genus reduxi.

Vſ.

Vſ. Rubrum dat colorem. *Parus caudatus* nudum ſuum hocce Lichene inueſtit artificioſum. *Zorn.*

465.* VMBILICARIA. HOFM. Nabelflechte. *Germ.*

1385.* *Vmbilicaria* vmbilicata, gibba, punctata, ſubtus fulva. miniata.

Lichen miniatus. LINN. Syſt. p. 962. n. 86. JACQ. Miſcell. V. 2. p. 90. t. 10. f. 3.

Mennichfarbige Nabelflechte. Germ *Lichen fardé.* Gall.

In locis ſaxoſis et lapidibus paſſim. Viget hyeme.

Cum alumine ex hoc obtinuit colorem griſeo-cervinum Cel. *Hofmannus.*

1386.* *Vmbilicaria* vmbilicata vndique laeuis, ſubtus nigra globoſa. deuſta.

Lichen deuſtus vmbilicatus vndique laeuis. LINN. Syſt p. 962. n 90. WEB. Spicil. p. 260.

Lichen deuſtus fronde ſiccitate fragili laeui. NECK. Method. p. 74. n. 36.

Lichenoides coriaceum cinereum, peltis atris, compreſſis. DILL. Muſc p. 219. t. 30. f. 117.

Verbrannte Nabelflechte. Germ. *Lichen brûle.* Gall.

In ſaxis hyemali tempore paſſim occurrit.

1387.* *Vſnea* vmbilicata polyphylla vndique laeuis atro-virens crenata. LINN. Syſt. p. 962. n. 91. (ſub *Lichene*). WEB. Spicil. p. 258. polyphylla.

Lichenoides tenue, pullum: foliis vtrinque glabris. DILL. Muſc. p. 225. t. 30. f. 129.

Nabelflechte mit vielen Blättern. Germ. *Lichen très-découpé.* Gall.

Ad muros ſuburbanos et in marmoreis paſſim occurrit.

466.

466. CLADONIA. WIGG. Primit. 90. Becherflechte, Strauchflechte. *Germ.*

* *Scyphiferae.*

coccifera. 1388. *Cladonia* ſcyphifera ſimplex tuberculis coccineis. WILD. Prodr. Berol. n. 1041.

Var. α) *Lichen cocciferus* ſcyphifer ſimplex, integerrimus, ſtypite cylindraceo, tuberculis coccineis. LINN. Syſt. p. 963. n. 97. SCHREB. Spicil. p. 120. n. 1110. HAG. Hiſt. Lich. p. 118. n. LXII.

Var. β) *Lichen* ſimplex tuberculis ſeſſilibus aut ſtipitatis. DILL. p. 82. t. 14. f. 7. A. F. H. I.

Var. γ) *Lichen* ſimplex tuberculis totum diſcum replentibus. SCHREB. l. c. var. 2.

Var. δ) *Lichen* e margine prolifer, tuberculatus. DILL. l. c. K. L.

Pharm. *Muſci pyxidati* Herba ſ. *Herba Ignis.*

Scharlach rothe Becherflechte; *Feuerkraut*; *Fieberkraut*; *Fiebermoos.* Germ. *Lichen coccifére, ou écarlate, Herbe du feu, ou Herpette écarlatine.* Gall.

In ſterilibus arenoſis, ad margines ſyluarum, *bei dem Univerſitätsholze, im Oberholze,* ad arborum ſtipites putrefactas, *am Bieniz.* Hyeme et Vere.

Cornucopioides. 1389. *Cladonia* ſcyphifera, ſimplex, folio breuior, tuberculis coccineis. LINN. Syſt. p. 963. WEB. Spicil. p. 226. var. g. LEERS n. 981. LEYS. Ed. I. n. 1023.

Lichen infundibulis proliferis, folioſis et fungoſis. HALL. Helv. n. 1929.

Coralloides ſcyphiforme: marginibus radiatis et foliatis. DILL. Muſc. 85. t. 14. f. 9.

Füllhornähnliche Becherflechte. Germ.

In locis montoſis et ericetis paſſim in *ſylua Academica* atque *im Bieniz.*

digitata. 1390. *Cladonia* ſcyphifera ramoſiſſima: ramis cylindricis, calycibus integris nudoſis. LINN. Syſt. pag. 963. WEB. Spicil. p. 225. var. c. ſub *Lichene.*

Lichen

Lichen digitatus ſtipite cruſtaceo, ramoſo; ramulis terminalibus palmatis tuberculatisque. NECK. Method. p. 59. n. 20.

Coralloides ramuloſum, tuberculis coccineis. DILL. Hiſt. p. 95. t. 15. f. 19.

Fingerförmige Becherflechte. Germ. *Lichen digité.* Gall.

In ſterilioribus montoſis, e. g. *im Bieniz* paſſim occurrit.

1391. *Cladonia* ſcyphifera, ſubſimplex, tuberculis fuſcis. WILD. Prodr. Berol. n. 1042. polymorpha

Var. α) *Lichen* pyxidatus ſcyphifer ſimplex crenulatus, calyce integerrimo. HALL. Hiſt. pag. 113. n. 57. pyxidatus.

Lichen ſquamoſus ſcypho integerrimo. SCOP. Carn. p. 370. n. 6.

Lichen pyxidatus ſimplex. WEIS. Crypt. p. 84.

Var. 1. *minor*, cauliculis breuiſſimis, ſcypho minori. HAG. l. c. var. α.

Corollaides ſcyphis humilibus intus fuſcis. DILL. Muſc. p. 86. t. 14. f. 11.

Var. 2. *maior*, ſcypho inſigni. HAG. l. c. var. β.

Lichen pyxidatus ſimplex, tuberculis nullis. SCHREB. Spicil. p. 118. n. 1109. var. 1.

Lichen pyxidatus maior. TOVRN. Inſt. pag. 549. t. 325. f. D.

Var. β) *Lichen* ſcyphifer, ſimplex, crenulatus, tuberculis fuſcis. HAG. Hiſt. Lich. p. 117. n. 61. tuberculatus.

Lichen pyxidatus. LINN. Syſt. pag. 963. n. 99. SCHREB. Spicil. p. 118. n. 1109.

Var. 1. tuberculis ſeſſilibus. HAG. Hiſt. p. 117. var. α. SCHREB. Spicil. p. 119. n. 3.

Lichen ſquamoſus ſcypho tuberculoſo. SCOP. Carn. II. p. 371. var. 8.

Var. 2. tuberculis ſtipitatis. HAG. l. c. var. β. SCHREB. l. c. var. 4.

Lichen ſquamoſus, ſcypho fungifero. SCOP. l. c. var. 9.

Var. γ) *Lichen* caule ſimplici, calyce turbinato: centro ſimpliciter prolifero. LINN. Syſt. Ed. R. T. IV. p. 552. SCHREB. l. c. var. 5. prolifer.

Var.

fimbriatus. Var. δ) *Lichen* ſcyphifer, ſimplex, denticulatus, ſtipite cylindrico. LINN. Syſt. p. 963. n. 100. SCHREB. Spicil. p. 120. n. 1111.

Pharm. *Muſci Pyxidati* Herba, Herba Ignis.

Wohlgeſtaltete Becherflechte. Var. α) *einfache Becherflechte*; β) *büchſenförmiges Erdmoos*; γ) *gezähnte Becherflechte.* Germ. Var. α) *Lichen pixide, ou Lichen en forme de Boete;* δ) *Lichen, ou Herpette frangée.* Gall.

Im Bieniz, im Oberholze, in horto *Reicheliano etc.* Var. β) in muris argillaceis circa pagos; γ) in terra humida, et ad arborum radices, vti *im Roſenthale, Bieniz, Linkler Holze*, et in horto *Reicheliano*; δ) in ramis putredine conſumtis, *im Roſenthale*, *Bieniz* et alibi frequentes. Vere, Hyeme et Autumno.

cornuta. 1392. *Cladonia* ſcyphifera ſimpliciuſcula, ſubuentricoſa, calycibus integris. LINN. Syſt. pag. 963. n. 103. ſub Lichene. SCHREB. Spicil. p. 120. n. 1113. HAG. Hiſt. p. 109. n. 55.

Var. α) Lichen corniculo ſimplici obtuſo. HALL. l. c. p. 71. n. 1907.

β) Lichen corniculo ſimplici duro ſubaſpero. HALL. n. 1905.

γ) Lichen corniculo ſimplici verrucis obſito. HALL. n. 1906.

Gehörnte Becherflechte. Germ. *Lichen cornu.* Gall.

In ramulis et truncis putredine conſumtis *im Roſenthale*, ſylua Academica, *Bieniz* et alibi frequenter occurrit. Hyeme et Vere.

deformis. 1393.* *Cladonia* ſcyphifera, ſimpliciuſcula, ſubuentricoſa: calycibus dentatis. LINN. Syſt. p. 963. n. 104. (ſub Lichene) WEB. Spicil. pag. 213. LEERS n. 987. HAG. Hiſt. p. 116. n. LIX.

Lichen corniculo ſimplici, maximo, laeui. HALL. Hiſt. T. III. p. 71. n. 1909.

Ungeſtaltete Becherflechte. Germ.

In ericetis et locis elatioribus, copioſius *im Bieniz, Univerſitätsholze etc.* Hyeme et Vere.

1394. *Cladonia* ſcyphifera ſubramoſa, radiata, tubercu- radiata.
lis fuſcis. WILD. Prodr. Berol. n. 1043.

Lichen radiatus ſcyphifer ſubramoſus, cylindraceus, elongatus, ſcyphis inaequaliter dentatis radiatisque. SCHREB. Spicil. pag. 122. n. 1114. HAG. Hiſt. Lich. p. 116. n. LX.

Strahlenförmige Cladonie. Germ.

In ſyluis et locis vmbroſis paſſim. Vere. Rarius floret.

1395. *Cladonia* ſcyphifera: ſcyphis ſimplicibus, foliis foliacea.
multifidis ſubtus candidis. WILD. Prodr. Berol. n. 1044.

Lichen foliaceus foliis adſcendentibus multifido-laciniatis, ſubtus niueis ſcyphiferis; ſcyphulis conicis breuiſſimis. SCHREB. Spicil. p. 122. n. 1115.

Blättertreibende Cladonie. Germ.

In elatioribus ſterilibus, *im Bieniz*, *Oberholze*, *Roſenthale*, et *in der Dübenſchen Heide* frequens. Vere.

1396. *Cladonia* ſcyphifera dichotomo-ramoſa, tuber- gracilis
culis fuſcis. WILD. l. c. n. 1045.

Lichen gracilis ſcyphifer ramoſus, denticulatus, filiformis. LINN. Syſt. p. 963. n. 101. SCHREB. Spicil. p. 121. n. 1112. HAG. Hiſt. Lich. p. 112. n. LVI.

Fadenförmige ſ. *ſchlanke Becherflechte.* Germ. *Lichen grêle.* Gall.

Im Oberholze paſſim. Vernali tempore.

Vſ. Si herba maceratur aqua Aluminis cum Vitriolo Martis tunc cinereo tingit colore.

** *Fruticuloſae.*

1397. *Cladonia* fruticuloſa, ramoſiſſima, glauca, ramu- rangiferina.
lis nutantibus. WILD. l. c. n. 1046.

Lichen rangiferinus fruticuloſus, perforatus, ra- alpeſtris.
moſiſſimus, ramulis nutantibus. LINN. Syſt. p. 963. n. 106.

Lichen

Lichen fruticoſus, farinoſus, ſurculis innumeris, nutantibus. HALL. Hiſt. Helvet. III. pag. 78. n. 1975.

Coralloides montanum, fruticuli ſpecie, vbique candicans. DILL. Muſc. p. 107. t. 16. f. 29.

ſyluaticus β. *Lichen rangiferinus* caule ramoſo, alis perforatis, ramis capitatis. LINN. Sp. Pl. p. 1620. n. 66 var. β. SCHREB. Spicil. p. 117. n. 1105. HAG. Hiſt. Lich. pag. 127. n. LXX. var. β.

Lichen caule fruticoſo, folioſo, ramis ſubnutantibus, minute multifidis, fungiferis. HALL. l. c. n. 1956.

Coralloides fruticuli ſpecie candicans, corniculis rufeſcentibus. DILL. Muſc. p. 110. t. 16. f. 30.

Krauſe Strauchflechte; Rennthiermoos vulgo var. α) *Alpen-* et β) *Waldrennthierflechte.* Germ. *Lichen des rennes, ou Coralloide des rennes.* Gall.

In ſyluis ſterilioribus et elatioribus ad terram, *im Oberholze* copioſe, in ſtipitibus arborum putridis detruncatis: var. β) *im Bieniz* paſſim occurrit. Vernali tempore viget.

Hae duae varietates quoad habitum, colorem, tuberculorum magnitudinem et ſubſtantiam differunt. *Alpeſtris* enim valde ramoſior et maior; *ſyluatica* minor et ſimplicior; haec magis rufa, illa contra albicantior: tubercula in priori ſunt minora: in poſteriore ampliora. Prior eſt paullo mollior: poſterior fragilis.

Vſ. Eſt pabulum hibernum primarium in Lapponia. In hyeme cerui aliaque animalia illo ibidem paſcuntur; porro refertur quoque in Carneola in more eſſe, boues et porcos hoc lichene ſaginari. *Heſſelius* tentauit panem ex hoc Lichene coquere. Ad Cyprium puluerem adhiberi poſſe, putat *Hallerus.*

vncialis. 1399. *Cladonia* fruticuloſa, vireſcens, dichotomo-ramoſa, apicibus acutis. WILD. l. c. n. 1074.

Lichen vncialis fruticuloſus, perforatus, ramulis breuiſſimis acutis. LINN Syſt. pag. 963. n. 107. SCHREB. Spicil. p. 118. n. 1108. HAG. Hiſt. Lich. pag. 123. n. LXVI.

Kurz-

Kurzäſtige Strauchflechte. Germ. *Lichen d' un pouce.* Gall.

Im Oberholze inter antecedentem egrediens. Vere.

1399. *Cladonia* fruticuloſa, tubuloſa, ramoſa, ramis erectis furcatis. SCHREB. Spicil. p. 117. n. 1106. ſub Lichene. HAG. Hiſt. Lich. p. 125. n. LXVIII. t. II. fig. 10. furcata.

Gabelförmige Strauchflechte Germ.

In ſterilioribus, arenoſo-ſabuloſis *in und am Bieniz* porro quoque *im Oberholze* frequens.

1400. *Cladonia* fruticoſa, dura, fuſco-nigricans, ramoſiſſima, ſpinoſa; ſurculis furcatis, ſpinoſis. aculeata.

Lichen aculeatus foliaceus diffuſus, compreſſus, ramoſiſſimus; ramulis furcatis ſpinuloſis. SCHREB. Spicil. p. 125. n. 1119.

Coralloides aculeatum, ſubcompreſſum, fuſcum, ſurculis aculeatis, tuberculis radiatis. HOFM. Vol. I. p. 26. Tab. V. fig. 2.

Stachlichte Strauchflechte. Germ.

In ericetis et ſyluis inter Lichenes fruticuloſos aliosque frequens.

Nunquam vidi cum tuberculis.

1401. *Cladonia* fruticuloſa ramoſa, cruſta obducta, tuberculis fuſcis. WILDEN. l. c. n. 1049. paſchalis.

Lichen paſchalis fruticuloſus ſolidus tectus foliolis cruſtaceis. LINN. Syſt. p. 963. n. 111. *Flor. Dan.* tab. 151.

Zipreſſenförmige Srauchflechte. Germ. *Lichen paſcal.* Gall.

In locis elatioribus arenoſis, inter *Hypna*, *im Bieniz* paſſim.

1402. *Cladonia* fruticuloſa ramoſa, apicibus ſimplicibus ſubulatis. WILDEN. l. c. n. 1050. ſubulata.

Lichen ſubulatus ſubdichotomus, ramis ſimplicibus ſubulatis. LINN. Syſt. p. 963. n. 129. SCHREB. Spicil. p. 117. n. 1107.

Pfriemenartige Strauchflechte. Germ. *Lichen alêne.* Gall.

In ſyluis, apricis et locis ſterilioribus, *im Bieniz, Oberholze, in der Dübenſchen Heide* et alibi vulgaris.

467. VERRVCARIA. WIGGERS Primit. p. 85. Warzenflechte. *Germ.*

* *Tuberculis cauis, puluere repletis.*

rugoſa. 1403. *Verrucaria* albicans, tuberculis minutiſſimis, in lineas et punctas confertas diſpoſitis. WILDEN. l. c. n. 1092.

Lichen rugoſus leproſus albicans, lineolis ſimplicibus punctisque nigris confertis. LINN. Syſt. p. 957. n. 8. SCHREB. Spicil. p. 137. n. 1141. HAG. Hiſt. Lichen. p. 46. n. XII. HOFM. Enum. Lich n. 13. T. II. f. 5.

Runzliche Warzenflechte. Germ. *Wrinkled Lichen.* Angl.

Ad arborum maxime Fagorum, Carpinorum etc. cortices *im Roſenthale, Bieniz* etc. copioſiſſime.

Obſ. Tubercula oculis tantum armatis viſibilia. Lineae atrae et puncta confertiſſima.

ſcripta. 1404. *Verrucaria* albicans, tuberculis atris planis linearibus varie flexis. WILDEN. l. c. n. 1063.

Lichen ſcriptus leproſus albicans, lineolis nigris, ramis characteriformibus. LINN. Syſt. Ed R. T. IV. p. 522. SCHREB. Spicil. p. 138. n. 1142. HAG. Hiſt. Lich. p. 43. n. X. HOFM. l. c. n. 14. Tab. III. fig. 2. a.

Karakteriſtiſche Warzenflechte. Germ. *Littered Lichen.* Angl. *Lichen écrit.* Gall.

In truncis et ramis *Quercuum, Fagorum* et praeprimis *Pyri ſylueſtris* aliarumque arborum vulgaris.

hebraica. 1405. * *Verrucaria* albicans, tuberculis planis linearibus, apice diuiſis. WILDEN. l. c. n. 1064.

Lichen

Lichen hebraicus leproſus albicans, lineolis nigris, diuaricatis. HOFM. l. c. n. 15. Tab. III. fig. 2. c.

Rechtwinkelichte Warzenflechte. Germ.

In cortice *Quercuum, Fagorum, Abietum* aliarumque paſſim.

1406. * *Verrucaria* albicans, tuberculis planis linearibus breuiſſimis. WILDEN. l. c. n. 1065. pulicaria.

Lichen pulicaris leproſus albicans lineolis nigris breuiſſimis ſimplicibus. HOFM. l. c. n. 16. Tab III. fig. 2 f.

Flöhförmige Warzenflechte. Germ.

In cortice *Quercunm* et *Fagorum* cum priori immixta.

Obſ. Cruſta tenuis, ſubramoſa, cinereo-alba.

1407. *Verrucaria* leproſa flaueſcens, mappiformis, tuberculis nigris, punctis in lineas curuas notatis. geographica.

Lichen geographicus leproſus flaueſcens, lineolis nigris, mappam referens. LINN. Syſt. p. 957. n. 2. SCHREB. Spicil. p. 138. n. 1143. HAG. Hiſt. Lich. p. 45. n. XI. HOFM. l. c. n. 17. Tab. III. f. 1. *Fl. Dan.* t. 468. f. 1.

Landkartenartige Warzenflechte. Germ. *Map Lichen.* Angl. *Lichen géographique.* Gall.

In lapidibus ad *Schönfeld nach dem Berge zu*, et in ſaxis alibi paſſim.

1408. * *Verrucaria* albicans lineolis planis atris erectis. WILDEN. l. c. n. 1066. Tab. VIII. f. 14. typographica.

Buchdrucker-Letterartige Warzenflechte. Germ.

In Ceraſorum domeſticorum juniorum ramis majoribus et truncis paſſim.

Cruſta valde tenuis, longiuſcula albo-cinerea vireſcens.

1409. *Verrucaria* cruſta albicans, tuberculis impreſſis atris. WILDEN. l. c. n. 1059. pertuſa.

Lichen pertuſus leproſus, verrucis ſubteſſelatis laeuigatis pertuſis, poro vno alteroue cylindrico.

 LINN.

LINN. Syſt. p. 957. n. 7. HAG. Hiſt. Lich. p. 49. n. XVII. HOFM. l. c. n. 18. Tab. III. f. 1.

Sphäria pertuſa ſubcompoſita, aggregata, irregularis, perforata, vireſcens. WEIGEL. Obſeru. p. 46. n. 9. Tab. II. f. 15. WEB. Spicil. p. 282. n. 298.

Durchſtochene Warzenflechte. Germ. *Porous Warty Lichen.* Angl.

In arborum corticibus, praeprimis in cortice *Tiliae* frequens. Hyeme.

Cruſta tenuis, albicans; recens cinereo-vireſcens. Tubercula copioſa, glabra, maxime atra.

colliculoſa. 1410. * *Verrucaria* leproſa, cruſta colliculoſa, atra, tuberculis pallidis.

Lichen colliculoſus; leproſus cinereo-vireſcens, tuberculis albis. HOFM. l. c. n. 19. Tab. II. f 2.

Kleinkörnichte Warzenflechte. Germ.

In arborum truncis, praecipue Carpini Betuli cortice putrefacto, *im Roſenthale* paſſim.

Cruſta recens cinereo-vireſcens; ſicca plane nigra, cortici firmiter adhaerens.

faginea. 1411. *Verrucaria* cruſta albicans, tuberculis planis farinoſis concoloribus. WILD. l. c. n. 1060.

Lichen fagineus leproſus albus, tuberculis albis farinaceis. LINN. Syſt. p. 957. n. 18. SCHREB. Spicil. p. 135. n. 1136. var. 3. HAG. Hiſt. Lich. p. 52. n. XXI. HOFM. l. c. n. 21. Tab. II. f. 4.

Var. α. *Lichen orbiculatus*; cruſtraceus albicans, tuberculis albis farinaceis. SCHREB. Spicil. l. c. n. 1136. HOFM. l. c. n. 13. Tab. VII. fig. 2.

Var. β. *Lichen albeſcens*; cruſtaceus cinereus, ſcutellis concauis farinaceis albidis. HUDS. Fl. Angl. p. 529. HOFM. l. c. C. Tab. VII. f. 5. a.

Var. γ. *Lichen* orbiculis polline amiſo, caluis, concauis. HOFM. l. c. Tab. VII. f. 5. b.

Weiße ſ. *Kalkartige Warzenflechte.* Germ. *Mealy Beech Lichen.* Angl. *Lichen des Hêtres.* Gall.

In

In arboribus variis, praeſertim in *Fagis*, quoque vero haud raro in *Quercubus*, *Tilia* aliisque.

Vſ. Solutione et maceratione Aluminis dat colorem ex roſeo-ferrugineum.

** *Tuberculis ſolidis, terreo granoſis.*

1412. * *Verrucaria* leproſa albeſcens; tuberculo centrali concolori. HUDS. Flor. Angl. Ed. II. p. 325. HOFM. l. c. n. 22. Betulina.

Weiße einhügelichte Birken Warzenflechte. Germ. *Birch Lichen.* Angl.

In truncis et ramis Betulae albae rarius.

Cruſta orbicularis, tenax, alba. Tuberculum ſolitarium, hemiſphaericum, album magnitudine fere ſeminis Cannabis.

1413. *Verrucaria* cruſta fuſca, tuberculis planis atris. WILDEN. l. c. n. 1058. fuſco-atra.

Lichen fuſco-ater leproſus, fuſcus; tuberculis atris. LINN. Syſt. p. 957. n. 10. SCHREB. Spicil. p. 136. n. 1138. HAG. Hiſt. Lich. p. 58. n. XVI. HOFM. l. c. n. 25.

Braunſchwarze Warzenflechte. Germ. *Black nobb'd fuſcous Lichen.* Angl.

In lapidum generibus fere omnibus, e. g. *in dem Schloſſe* frequens. Vere.

1414. * *Verrucaria* leproſa, cruſta albeſcente, granulata: tuberculis atris. HAGEN. Hiſt. *Lichen.* p. 47. n. XIII. Tab. 1. f. 2. (ſub Lichene.) graniformis.

Körnigte Warzenflechte. Germ.

In aſſeribus et lingnis putridis paſſim.

1415. *Verrucaria* leproſa cinereo-vireſcens, tuberculis atris. LINN. Syſt. p. 957. n. 9. ſub. *Lichene ſanguinario.* SCHREB. Spicil. p. 137. n. 1140. HAG. Hiſt. Lich. p. 47. n. XIV. HOFM. l. c. n. 33. Tab. V. fig 3. ſanguinea.

Schwarze kuglichte Warzenflechte. Germ. *Black nobb'd Lichen.* Angl. *Lichen ſanguinaire.* Gall.

In arborum cortice, lignis putridis, copioſe. Tubercula intus ſanguinea.

albo-atra. 1416. *Verrucaria* leproſa alba, tuberculis nigricantibus. HOFM. l. c. n. 35. ſub Lichene.

Weiß ſchwärzlichte Warzenflechte. Germ. *Lichen noir et blanc.* Gall.

In cortice arborum rimoſo frequens.

Cruſta inaequalis, rimoſa; ſicca albicans; madida ex glauco-vireſcens. Tubercula in ſicco nigricantia nebuloſa; in humido nigerrima. v. HOFM. l. c.

muſcorum. 1417. * *Verrucaria* cruſtacea, muſco plerumque innaſcens, polline cinereo veluti conflata, receptaculis florum nigris. MICH. Gen. p. 98. n. 41.

Meelichte Warzenflechte. Germ. *Lichen des mouſſes.* Gall.

In muſcorum pratis et arborum corticibus, e. g. *im Roſenthale* et Sylua Academica paſſim.

*** *Tuberculis ſeſſilibus fungoſis.*

vernalis. 1418. *Verrucaria* leproſa, albido-cinerea, tuberculis ſubrotundis fuſcis.

Lichen vernalis; leproſus albidus, tuberculis ſubrotundis ferrugineis. LINN. Syſt. p. 957. n. 11. LEERS Herb. n. 923. HOFM. l. c. n. 41. Tab. V. f. 1.

Roſtfarbige Warzenflechte. Germ. *Vernal Lichen.* Angl.

In arborum cortice rimoſo et lignis putridis. Vere et Autumno.

Icmadophilla. 1419. *Verrucaria* cruſta glauca-vireſcens, tuberculis planis carneis ſubſeſſilibus. WILDEN. l. c. n. 1054.

Lichen ericetorum leproſus candidus, tuberculis carneis. LINN. Syſt. Ed. XIII. p. 806. var. ſeſſilis. BOEHM. n. 866. SCHREB. Spicil. p. 134. n. 866. HAG. Hiſt. Lich. p. 54. n. XXIII.

Fleiſchfarbige Warzenflechte. Germ. *Lichen des landes.* Gall.

In

In ſyluis humidis *im Oberholze* inter *Ericam vulgarem* et in paſcuis ſterilibus, ſiccis arenoſisque ad *Abtnaundorf*; porro ad truncos putridos inter *Lichenem pyxidatum.*

468. TVBERCVLARIA. WIGGERS Primit. n. 638. Schwammflechte. *Germ.*

1420. Tubercularia leproſa vireſcens, tuberculis ſubſtipitatis planiuſculis atris. SCHREB. Spicil. p. 134. n. 1155. (ſub *Lichene.*) Sabuletorum.

Schwarze Schwammflechte. Germ.

Ad aggeres ſabuloſos, et in muris argillaceis.

Tubercula ſtipitibus breuiſſimis ornata et vix viſibilia.

1421. * *Tubercularia* cruſta glauco-viriſcens tuberculis carneis ſtipitatis. WILDEN. l. c. n. 1052. ſub *Verrucaria.* Baeomyces.

Lichen Baeomyces leproſus albicans, tuberculis ſtipitatis carneis. LINN. Suppl. p. 450. SCHREB. Spicil. p. 134. n. 866. Var. HOFM. l. c. n. 45. Tab. VIII. fig. 3.

Fleiſchfarbige Schwammflechte. Germ. *Fleſh-colour'd Mushroom Lichen.* Angl.

In locis ſterilioribus humidis *im Roſenthale* paſſim. Hyeme, Vere.

Vſ. Addito vitriolo martis et alumine tingit colore cinereo ceruino. HOFM.

369. SCVTELLARIA. Schildflechte. *Germ.*

1422. *Scutellaria* cruſtacea cinerea, granoſa, ſcutellis immerſis atris, margine crenulato. SCHREB. Spicil. p. 132. n. 1133. ſub *Lichene.* HOFM. l. c. n. 50. Tab. VI. fig. 1. ſcrupoſa.

Lichen ſcrupoſus, pertuſus, leproſo cruſtaceus, albus, verrucoſus, tandem teſſelato rimoſus, verrucis laeuibus, porro introlabentibus vno pluribusque in ſcutellos denique nigricantes, margine ſubcrenato. JACQ. Collect. Vol. II. p. 181. Tab. XIII. fig. 3.

Bleifarbige Schildflechte; *Farbeflechte*. Germ.

In muris argillaceis ante portulam Schoenfeldicam.

Vſ. Cum vitriolo martis et alumine color obtinetur dilute umbrino griſeus. HOFM.

tartarea. 1423. *Scutellaria* cruſtacea, ex albido-vireſcens, ſcutellis flaueſcentibus: margine albo. LINN. Spec. Pl. 1608. LEERS Herb. n. 936. HAG. Hiſt Lich. p. 58. n. XXV. ſub Lichene. HOFM. Enum. Lich. p. 42.

Lichenoides tartareum farinaceum, ſcutellarum vmbone fuſco. DILL. Muſc. p. 131. Tab. 18. f. 12.

Weiſslich grüne Schildflechte. Germ. *Lichen tartareux.* Gall.

In ſaxis copioſe oritur.

Obſ. Scutellae valde numeroſae, arcte compreſſae; plurimae earum vndulatae virideſcentes, margine albo cinctae: adultiores multo euadunt majores rotundiores, poſtea magis e flauo colore in fuſcum vergunt.

Vſ. Weſtrogothi ex illo rubrum conficiunt colorem, quem ſub nomine *Boetrelet* per totam ob pulchritudinem diuenditant Sueciam. vid. LINN. et KALM. qui huius deſcribunt praeparationem. Cum alumine pannum tingit pallide ex violaceo-purpureo colore; cum aceto chalybeato pallide roſeo-carneo. HOFM.

caeruleſcens. 1424. Scutellaria cruſtacea, ex albido caeruleſcens; ſcutellis concoloribus, magine albo. HAGEN. Hiſt. Lich. p. 59. n. XXVI. Tab. 1. fig. 5. ſub *Lichene.*

Bläuliche Schildflechte. Germ.

In arborum, maxime Tiliae, cortice.

Byſſina. 1425. *Scutellaria* pulueruIenta, nigricans, ſcutellis minutiſſimis flauis. HOFM. l. n. 59. Tab. 10 fig. 7. ſub *Lichene.*

Staubartige Schildflechte. Germ.

In aſſeribus et lignis putreſcentibus.

Cruſta puluerulenta, maculas formans fuſco-atras, tenuiſſimas. Scutellae copioſae, minutae, flauae. HOFM. l. c.

1426.

1426.* *Scutellaria* puluerulenta, glauca, ſcutellis rubris, ſerratis. HOFM. l. c. n. 60. Tab. VII. fig. 6. Pezizoides.
Kleine gezähnte Schildflechte. Germ.
Ad terram et in arborum radicibus.

1427. *Scutellaria* leproſa luteo-viridis, ſcutellis fuluis. SCHREB. Spicil. p. 137. n. 1139. (ſub Lichene.) fulua.
Lichen fuluus cruſtaceus flauus, ſcutellis fuluis. NECK. Del. Gall. p. 502. n. 8.
Feuergelbe Schildflechte. Germ.
In arborum truncis, praecipue Salicum annoſarum, vulgaris.

1428.* *Scutellaria* leproſa, albido-cinerea, ſcutellis aurantiacis. HOFM. l. c. n. 55. ſub *Lichene.* aurantiaca.
Lichen flauo-rubeſcens: cruſtaceus cinereo-vireſcens, ſcutellis flauo-rubentibus. HUDS. Flor. Angl. Ed. 2. p. 528.
Orangegelbe Schildflechte. Germ. *Orange Lichen.* Gall.
In ſepibus, truncisque arborum maxime Populi tremulae aliarumque copioſe. Omni floret tempore.

1429. * *Scutellaria* cruſtacea alba, ſcutellis cinereis ſeſſilibus planis, margine niueo. SCOP. Carn. Ed 1. p. 81. n. 16. Var. b. (ſub *Lichene.*) carpinea.
Lichen carpineus; leproſus cinereus, tuberculis albidis rugoſis. LINN. Syſt. Ed. R. Tom. IV. p. 527.
Weiſse Landkartenähnliche Schildflechte. Germ. *Horn beam Lichen.* Angl. *Lichen du charms.* Gall.
In Carpinorum cortice, *im Roſenthale.* et alibi.

1430. *Scutellaria* cruſtacea albida, ſcutellis confertis albidis in tubercula demum abeuntibus, SCHREB. Spicil. p. 136. n. 1137. ſub *Lichene.* angulofa.
Kleine weiſse Schildflechte. Germ.
Ad variarum arborum, e. g. Quercuum, Tiliae, etc. cortices et in lapidibus.

pallida. 1431. * *Scutellaria* cruſtacea albicans, ſcutellis pallide rubris, margine albo crenato. HOFM. l. c. n. 66. Tab. 5. f. 2.

Lichen pallidus cruſtaceus cinereus, ſcutellis pallide carneis, margine albo. SCHREB. Spicil. p. 133. n. 1132. HAG. Hiſt. Lich. p. 61. n. XXVIII. t. V. fig. 6.

Lichen cruſta tenace, verrucoſa, cinerea: ſcutellis rufis marginatis. HALL. Hiſt. Helu. n. 2049.

Blaßrothe Schildflechte. Germ.

In arborum corticibus et lignis putridis.

ſubfuſca. 1432. *Scutellaria* cruſtacea albicans, ſcutellis ſubfuſcis: margine cinereo ſubcrenato. LINN. Syſt. p. 958. n. 30. SCHREB. Spicil. p. 132. n. 1129. ſub Lichene. HAG. Hiſt. Lich. p. 62. n. XXX. HOFM. l. c. n. 67. Tab. V. fig. 3.

Braune Schildflechte. Germ. *Lichen brun.* Gall.

In arborum cortice, tegulis, cippis, paſſim lapidibus et alibi frequens. Omni tempore.

atra. 1433. *Scutellaria* cruſtacea albicans rugoſa, ſcutellis atris, margine albo ſubcrenato. HUDS. Angl. Ed. 2. p. 530. n. 32. SCHREB. Spicil. p. 132. n. 1130. HOFM. l. c. n. 68. Tab. IV. fig. 4.

Lichen ſubfuſcus cruſtaceus albicans, ſcutellis nigris: iunioribus lanceolatis cauis. LINN. Syſt. Ed. R. Tab. IV. p. 530.

Lichen nigricans cruſtaceus albicans, ſcutellis atris, margine cinereo laeuis. NECK. Delic. Gallo. p. 504. n. 11. HAG. Hiſt. Lich. p. 63. n. XXXI.

Schwärzliche Schildflechte. Germ. *Black cupped Lichen.* Angl.

In arborum e. g. fagorum cortice, et lapidibus maioribus. Omni tempore.

atrata. 1434. *Scutellaria* cruſtacea, trunco fere per totum ſcutellis atris exſtructo, diſco concolore.

Lichen atratus, trunco mere ſcutelliformi, atro, diſco concolore. HEDW. Muſc. Frond. II. Tab. XXI. a.

Ge-

Geſchwärzte Schildflechte. Germ.

In ramulis *Tiliae Europaeae* emortuis, putrilaginoſis D. HEDWIG. primum reperit. Omni fere tempore viget.

1435. * *Scutellaria* albicans, tuberculis pulverulentis, ſcutellis pallidis; margine albo, crenulato, puluerulento. HOFM. l. c. n. 70. Tab. VII. fig. 3. ſub *Lichene.* androgyna.

Warzenartige Schildflechte. Germ.

In lingnis et ſcandulis putridis paſſim. Vernali et Autumnali tempore.

Vſ. Cum aqua calcis viuae et vrina colore tingit pallide flauo-carneo.

370. PSORA. HOFM. Enum. Lich. p. 57. Schuppenflechte. *Germ.*

1436. *Pſora* cruſtacea flaua, ſcutellis luteis. LINN. Syſt. p. 958. n. 22, SCHREB. Spicil. p. 132. n. 1131. HOFM. l. c. n. 72. Tab. IX. fig. 3. ſub Lichene candelario. candelaria.

Gelbe Schuppenflechte; *blaßgelbe Lichtflechte*; *Lichtmoos*; *Mauerkrätze.* Germ. *Yellow farinaceous or cruſtet Lichen.* Angl. *Lichen jaune, ou des chandelliers, ou Herpette chandelière.* Gall.

In parietibus, vetuſtis muris, lignis putreſcentibus, cippis, ad arborum cortices; porro ſupra ſaxa ad lapides alibique vulgaris. Hyemali tempore poſt pluuiam maxime viget et per totum fere annum.

Vſ. Ruſtici Smolandiae a parietibus hunc abradere et linteo inuoluere ſolent; dehinc luteo tinctum colore excoctum cum ſebo miſcent et candelas, ob luteum colorem, cereis ſimiles, pro diebus feſtiuis praeparant. LINN. It. Oeland. p. 39. Cum Sale ammoniaco et alumine colorem dat pallide cinereo-carneum; cum alumine et vitriolo martis cinero viridem. HOFM.

In hoc Lichene intra cuculum habitat *Phalaenae Lichenellae* femina, quae aptera, laeuis, nigra eſt. HAG.

1437.

flaueſcens. 1437.* *Pſora* cruſtacea, flauo-vireſcens, ſcutellis rufo-luteis. HUDS. Flor. Angl. Ed. 2. p. 528. ſub *Lichene.*

Grüngelbe Schuppenflechte. Germ.

In arborum corticibus, aſſeribus putreſcentibus, parietibus ligno exſtructis, muris etc. copioſe.

Obſ. Cruſta orbiculari, rugoſa, vireſcente; ſcutellis fuſco-flaueſcentibus, conuexis, a priori diſtinguitur.

Vſ. Cum vitriolo martis color obtinetur ſpadiceo-fuſcus.

Murorum. 1438.* *Pſora* cruſtacea imbricata, foliis pulpoſis, anguſtis luteis, ſcutellis concoloribus. HOFM. l. c. n. 80. Tab. IX. fig. 2.

Goldgelbe Schuppenflechte. Germ.

In muris et tectis vbique. Omni tempore.

Vſ. Per ſe tingit colore cinereo-coriaceo; cum vitriolo Mart. ochraceo-carneo; cum alumine et vitr. mart. pallide cinereo-carneo; cum vitr. mart. et aqua vulgari ex cinnamomeo ſpadiceo; cum hepate ſulphuris et aceto chalybeato cinereo violaceo. HOFM.

muralis. 1439. *Pſora* imbricata, flauo-vireſcens, ſcutellis concoloribus demum luteſcentibus; margine pallido. SCHREB. Spicil. p. 130. n. 1126. (ſub *Lichene.*) HOFM. l. c. Tab. IX. fig. 1.

Lichen palleſcens, cruſtaceus albicans, ſcutellis pallidis. LINN. Syſt. p. 958. n. 28.

Blaſſe gelbgrünlichte Mauer Schuppenflechte; Steinkrätze. Germ.

In tectis, ſchiſteis, tegulis, lapidibus cotaceis, aſſeribus trabibusque putridis et vbique.

caeſia. 1440. * *Pſora* cruſtacea, adpreſſa, albido-cinerea, ſcutellis concoloribus, tuberculis intermixtis caeſiis. HOFM. Pl. Lich. Vol. I. p. 37. Tab. VII. fig. 1. *Ej.* Enum. Lich. n. 82. Tab. XII. fig. 1.

Himmelblaue Schuppenflechte; bläulichte Hügel*krätze.* Germ.

In lapidibus, tectis ſchiſteis, tegulis trabibusque ſepimentorum et alibi frequens.

Vſ.

Vſ. Cum alumine colore tingit griſeo-vmbrino. HOFM.

1441. *Pſora* imbricata: foliolis oblongis lobatis, inciſis, cinereis, laeuibus: ſcutellis nigris margine crenulato. SCHREB. Spicil. p. 128. n. 1222. *Lichen granoſus.* granoſa.

Körnigte Schuppenflechte. Germ.

In tectis ligneis putridis, et ad Salicum truncos.

1442. * *Pſora* cruſtacea imbricata, orbicularis, ſcutellis fuſcis: margine crenulato. HOFM. l. c. n. 84. Tab. X. fig. 1, 2. ſub *Lichene.* palleſcens.

Lichen palleſcens cruſtaceus albicans: ſcutellis pallidis. LINN. Sp. Pl. p. 1608. n. 15. HAGEN. Tent. p. 61. n. 27.

Lichen fronde laciniata appreſſa ceruina concolore. HALL. Hiſt. Helu. n. 2024.

Hirſchgraue Schuppenflechte. Germ. *Pale glaucous Lichen.* Gall.

In lapidibus, arborum corticibus, aſſeribus trabibusque putridis frequenter.

1443. *Pſora* cruſtacea imbricata, foliolis margine verrucoſis puluerulentis, ſcutellis fuſco-nigricantibus. HOFM. l. c. n. 85. Tab. IX. fig. 1 ſub *Lichene.* orbicularis.

Lichen orbicularis fronde germinante deformi: ſcutellifera tuberculata, primordialibus farinoſis. NECK. Method p. 88. n. 57.

Lichen orbicularis imbricatus: foliolis obtuſe multifidis, ſcutellis ſubfuſcis. NECK. Delic. Gallob. p. 509. n. 19.

Lichen puluerulentus foliolis lobatis, crenatis, obtuſis, viridibus, polline conſperſis: ſcutellis nigris, margine crenatis. SCHREB. Spicil. p. 128. n. 1123. HAG. Hiſt. Lich. p. 66. n. XXXII. t. II. f. 8.

Kreisformige Schuppenflechte. Germ.

In arborum praecipue Carpini et Quercus corticibus.

Omphalodes. 1444. *Pſora* imbricata: foliolis multifidis glabris obtuſis, incanis, punctis vagis eminentibus. LINN. Syſt. p. 959. n. 36. (ſub *Lichene.*) BOEHM. n. 867. HAG. Hiſt. Lich. p. 72. n. XXXV.

Lichen nigricans omphalodes. VAILL. Bot. Par. p. 116. tab. 20. fig. 10.

Schwärzliche Schuppenflechte. Germ. *Lichen ombiliqué.* Gall.

In lapidibus paſſim deprehenditur.

471. VSNEA. HOFM. Haarflechte. *Germ.*

mollis. 1445. * *Vſnea* fronde articulata, pendula, intus tomentoſa: ramis furcatis compreſſis, lacunoſis, glabris. NECK. Method. M. p. 74. n. 35. (ſub *Lichene.*)

Lichen *diuaricatus* filamentoſus, pendulus, angulatus, articulatus, intus tomentoſus: ramis divaricatis, peltis orbiculatis ſeſſilibus. LINN. Syſt. p. 964. n. 119. WEB. Spicil. p. 227.

Lichen ramoſus, lacunatus, flaccidus. HALL. Hiſt. T. III. p. 82. n. 1975.

Vſnea mollis, ramis longis compreſſis. DILL. Muſc. p. 62. t. 12. fig. 5.

Weiche voneinandergeſperrte Haarflechte. Germ. *Lichen écarte.* Gall.

Intra *Circuli Lipſienſis* ſyluas ad Abietes paſſim.

plicata. 1446. * *Vſnea* filamentoſa, pendula, ramis implexis, ſcutellis radiatis. LINN. Syſt. p. 964. n. 116. HAG. Hiſt. p. 134. n. 74.

Vſnea vulgaris loris longis, implexis. DILL. Muſc. p. 56. f. 11.

Pharm. *Muſci arborei* ſ. *Quercini* Herba.

Verworrne Haarflechte, Eichenmoos. Germ. *Lichen entrelacé.* Gall.

In ſyluis denſioribus ſiccioribusque ab arborum antiquarum, Quercuum et Fagorum ramis pendet frequenter. Omni fere tempore.

Vſ. Veteres hunc Lichenem in tuſſi conuulſiua et haemorrhagia narium laudarunt, et pinubus betulisque collectam lanam crudam, antea alumine maceratam

ceratam, ſi cum aqua coquatur, viridi tingere colore, affirmat KALMIVS.

1447. *Vſnea* filamentoſa, pendula, trunco articulato glabro, fibrillis tenuioribus. barbata.

Lichen barbatus filamentoſus, pendulus ſubarticulatus, ramis patentibus. LINN. Syſt. p. 964. 117. SCHREB. Spicil. p. 116. n. 1104. HAG. Hiſt. Lich. p. 133. n. LXXIII.

Langbärtige Haarflechte. Germ. *Lichen barbu, ou Uſnée barbue.* Gall.

In locis ſyluaticis, *im Oberholze, Bieniz*, ad Fagos; Quercus etc. paſſim.

1448. *Vſnea* filamentoſa, pendula, axillis compreſſis. jubata. LINN. Syſt. p. 964. n. 121. (ſub *Lichene.*) SCHREB. Spicil. p. 115. n. 1100. HAG. Hiſt. Lich. p. 139. n. LXXVIII.

Vſnea jubata nigrans. DILL. Muſc. 64. t. 12. f. 7.

Langherabhängende Haarflechte. Germ. *Lichen chevelu, ou noir; Uſnée chevelue.* Gall.

In Pinubus aliisque arboribus *im Oberholze etc.* Vere.

Vſ. Rubro tingit colore.

1449. *Vſnea* filamentoſa, ramoſa, diuaricata, decumbens, implicato-flexuoſa. LINN. Syſt. p. 964. n. 124. *Lichen* chalybeiformis. SCHREB. Spicil. p. 115. n. 1101. HAG. Hiſt. Lich. p. 138. n. LXXVII. *Fl. Dan.* t. 262. chalybeiformis.

Drathförmige Haarflechte. Germ. *Lichen-fil-de-Fer.* Gall.

Ad Quercuum aliarumque arborum truncos *im Bieniz*; in ſepimentis ligneis ſemiputridis ad *Parneck.*

1450. *Vſnea* filamentoſa ramoſiſſima, erecta, tuberculis farinaceis ſparſis. LINN. Syſt. p. 964. n. 125. (ſub *Lichene.*) SCHREB. Spicil. p. 116. n. 1102. HAG. Hiſt. Lich. p. 137. n. LXXVI. hirta.

Sträu-

Sträubige ſ. rauche Haarflechte. Germ. *Licnen heriſſé ou Uſnée heriſſée.* Gall.

In arborum truncis, dumetis, ſepibus vbique vulgaris.

Pro ſarcotico egregio et in decocto ad firmandos pilos commendatur.

florida. 1451. *Vſnea* filamentoſa ramoſa, erecta, ſcutellis radiatis. LINN. Syſt. p. 965. n. 129. (ſub *Lichene.*) SCHREB. Spicil. p. 116. n. 1103.

Vſnea vulgatiſſima tenuior et breuior cum orbiculis. DILL. Muſc. 69. t. 13. f. 13.

Pharm. *Vſneae carnii humani* Herba.

Sterntragende Haarflechte. Germ. *Lichen fleuri, ou Uſnée fleurie.* Gall.

In ramis Pinus aliarumque arbornm emortuis, *im Oberholze* frequens.

hippotrichodes. 1452. * *Vſnea* filamentoſa, teres, nigra, apice diuiſa. WILDEN. Prodr. Berol. n. 1038.

Lichen hippotrichodes teres capillaris, niger, ſubſimplex, extremitatibus diuiſis. WEB. Spicil. n. 266.

In foliis Pinuum dejectis *im Oberholze, in der Dübenſchen Heide* copioſe Perſiſtens. Cum tuberculis rarius.

472. LEPRA. WIGGERS. Primit. p. 95. Staubflechte. *Germ.* Biſſe. *Gall.*

Antiquitatis. 1453. L*epra* puluis ater. WILDEN. l. c. 1067.

Lichen antiquitatis puluerulentus ater. SCHREB. Spicil. p. 138. n. 1144. HAG. Hiſt. Lichen. p. 42. n. IX.

Byſſus Antiquitatis puluerulenta atra. LINN. Syſt. p. 974. n. 8. WEIS. Crypt. p. 14.

Schwarzgraue Staubflechte. Germ. *Crey Rook Byſſus.* Angl. *Buſſe noir. Gall.*

Ad ſaxa, lapides argilloſas et muros antiquos frequenter.

1454. *Lepra* puluis flauus. flaua.
Lepra candelaria. WIGG. Primit. n. 1039.
Lichen flauus puluerulentus flauus. SCHREB. Spic. p. 139. n. 1145. HAG. Hiſt. Lich. p. 39. n. V.
Byſſus candelaris puluerulenta flaua lignis adnaſcens. LINN. Syſt. p. 974. n. 11. WEIS. Crypt. p. 15. *Flor. Dan.* t. 899. f. 1.
Gelbe Staubflechte. Germ. *Yellow Powder Byſſus.* Angl. *Lichen ou Biſſe jaune.* Gall.
In arborum corticibus, aſſeribus et ad parietes fere vbique in magna copia.

1455. *Lepra* puluis inanus. incana.
Lichen incanus puluerulentus albus, globulis rotundatis. SCHREB. Spicil. p. 139. n. 1147. HAG. Hiſt. Lich. p. 35. n. II.
Byſſus incanus. LINN. Syſt. p. 974. n. 13. GLED. Meth. Fung, 29. n. 4. var. α. WEIS. Crypt. p. 16.
Grauweiße Staubflechte. Germ. *Mealy Byſſus.* Angl. *Biſſe blanc.* Gall.
Ad latera foſſarum, *nach dem Bieniz zu*, porro *um das Oberholz* et in ambulacris vmbroſis ſyluaticis atque hortis.

1456. *Lepra* puluis ſulphureus. luteſcens.
Lichen luteſcens puluerulentus verrucoſus, ſulphureus; HOFM. Enum. Lich. n. 3.
Schwefel ſ. *blaßgelbe Staubflechte.* Germ.
In cortice Arborum et aſſeribus putredine corruptis etc. Autumno et Vere.

1457. *Lepra* puluis ruber. rubens.
Var. α. *Lichen rubens*, puluerulentus ruber. HOFM. l. c. n. 5. tab. 1. f. 5.
β. *Lichen croceus* puluerulentus croceus. SCHREB. Spicil. p. 139. n. 1446.
Dunkel ſ. *zinnobergelbe Staubflechte.* Germ. *Lichen rouge, ou ſafrané.* Gall.
In arborum e. g. Quercuum etc. corticibus *im Roſenthale*; in Querceto *vor Markranſtädt* et alibi.

roſea. 1458. *Lepra* puluis e glebis maxime ſparſis roſeis conſtans. WILDEN. Prodr. Berol. n. 1072.

Lichen roſeus puluerulentus conglomeratus roſeus. SCHREB. Spicil. p. 140. n. 1150. HOFM. l. c. n. 6.

Roſenfarbige Staubfleckte. Germ.

In cortice Tiliarum Salicumque paſſim.

cinnabarina. 1459. * *Lepra* puluis e glebis cruſtaceis cinnabarinis conſtans.

Lichen cinnabarinus puluerulentus; cruſta glebuloſa cinnabarum. HAG. Hiſt. Lich. p. 41. n. VII.

Lichen cruſta cinnabarina. HALL. Hiſt. Helu. III. p. 104. n. 2098.

Zinnobergelber Staubflechte. Germ.

In corticibus arborum variarum e. g. Quercuum, Tiliarum etc. emortuis et aſſeribus putredine corruptis paſſim oritur. Autumno.

cinerea. 1460. * *Lepra* puluis obſcure cinereus.

Lichen puluerulentus, cinereus rupes operiens. HAG. Hiſt. Lich. p. 35. n. III. LINN. Syſt. p. 974. ſub Byſſo. ROTH. Tent. Flor. Germ. p. 490.

Schwarzgraue Staubflechte. Germ.

In ſaxis vbique.

ferruginea. 1461. * *Lepra* puluis cinereo ferrugineus.

Lichen ferrugineus puluerulento-cruſtaceus, rimoſus, cinereus. HOFM. l. c. n. 12. tab. 2. fig. 3.

Graue Staubflechte. Germ.

Ad truncos Salicum, Quercuum, Fagorum aliarumque arborum paſſim.

Botryoides. 1462. *Lepra* puluis e glebis minimis conſtans, luteo-viridis.

Lichen Botryoides puluerulentus, viridis. HAG. Hiſt. Lich. p. 40. n. VI. HOFM. l. c. n. 7. t. 1. fig. 2. WEIS. Crypt. p. 15.

Tremella botryoides. SCHREB. Spicil. p. 141. n. 1153.

Grüne körnigte Staubflechte. Germ. *Green Cluſter Byſſus,* Angl. *Biſſe vert.* Gall.

In

In terra e. g. *in der Allee*; in variis hortorum recrementis, nec non in fructibus variis; porro ad parietes verſus Septentrionales regiones ſpectantes et ad tecta veterana.

1463. L*epra* puluis candidus, calcaris indolis. lactea.
Lichen lacteus puluerulento-cruſtaceus, albiſſimus. SCHREB. Spicil. p. 139. n. 1148. HAG. Hiſt. Lichen. p. 36. n. I. HOFM. l. c. n. 8. tab. 1 fig. 3.
Byſſus lactea. LINN. Syſt. p. 974. n. 14. WEIS. Crypt. p. 17. *Flor. Dan.* t. 840. f. 4.
Weiße kalkartige Staubflechte. Germ. *Byſſe laiteux.* Gall.
In corticibus arborum muſcisque variis frequens.

1464. L*epra* puluis laete viridis. viridis.
L*ichen viridis* puluerulentus viridis. SCHREB. Spic. p. 139. n. 1149. HAG. Hiſt. Lich. p. 40. n. VI. var. α.
B*yſſus* botryoides ſaturate virens. DILL. Muſc. p. 3. tab. 1. fig. 5.
Hellgrüne Staubflechte. Germ.
In Quercuum annoſarum etc. cortice paſſim.

1465. * L*epra* puluerulento - cruſtacea elegantiſſime viridis. aeruginoſa.
Byſſus aeruginoſa. WEIS. Crypt. p. 18.
Grünſpanfarbige Staubflechte. Germ.
Ad truncos putreſcentes Salicum et ad radices Fagorum, Quercuum etc. denudatas frequenter legi.

473. BYSSVS. L. G. 1324. Haaraftermoos. *Germ.*

1466. B*yſſus* filamentis plumoſis natantibus. LINN. Syſt. p. 974. n. 2. Flos Aquae.
Häutige Waſſerblume. Germ. *Biſſe Fleur-d' eau.* Gall.
In aquis ſtagnantibus frequens. Viget Aeſtate. — In exſiccatis alba euadit.

ſeptica. 1467. * *Byſſus* capillacea, molliſſima, parallela, fragiliſſima, pallida. LINN. Syſt. p. 973.
Faulichtes Haaraftermoos. Germ. *Biſſe ſeptique.*
In cellis locisque aëri mephitico expoſitis vbique.

phoſphorea. 1468. *Byſſus* lanuginoſa, violacea lignis adnaſcens. LINN. Syſt. p. 974. n. 3.
Byſſus capillacea fructificationibus ſparſis, filamentis breuibus integris et tenuiſſimis, baſi craſſa reptante. GLED. Meth. Fung. p. 22. n. III. BOEHM. n. 878.
Violettes Haaraftermoos. Germ. *Biſſe phoſphore.* Gall.
In nemoribus lignis putrefactis et deiectis innaſcens praeprimis in putridis *Coryli*, *Aceris*, *Populi*, *Vlmi* aliarumque arborum truncis lignisque emortuis et quidem in virgultis omnibusque circa *Lipſiam* ſyluis et dumetis frequens. Vere et Autumno.
Noctu lucet.

caerulea. 1469. *Byſſus* capillacea, minima, filamentis ſimplicibus, integerrimis, omnium tenuiſſimis breuibusque.
Byſſus capillacea, caerulea, fructificationibus ſparſis filamentis integerrimis et omnium tenuiſſimis et breuibus. GLED. Meth. Fung. p. 23. n. III. var. b.
Blaues Haaraftermoos. Germ.
Muſcis et Ericis obſidet circa pagos *Schönfeld*, *Mockau*, *Störmthal*, *Belgershayn*, *Pomſſen*, *Steinbeck* et in *Sylua Academica* paſſim. Vere et Autumno.

velutina. 1470. *Byſſus* capillacea, viridis, filamentis ramoſis. LINN. Syſt. p. 974. n. 5. WEIS. Crypt. p. 12.
Byſſus capillacea, viridis, fructificationibus ſparſis, filamentis breuibus tenuiſſimis, partim ſimplicibus, partim ramoſis. GLED. Meth. Fung. p. 19. n. I. var. b. BOEHM. n. 875.
Grünes ſeidenartiges Haarmoos. Germ. *Biſſe velours.* Gall.

Ad

Ad terram vdam parietesque ligneos humidos et muros, ſaxa, prope terram, atque in hortorum ollis. Vere et Autumno.

Obſ. A *Lepra Botryoide* diſtinguitur colore magis viridi et ſtructura filamentoſa. WEIS.

1471. * *Byſſus* capillacea, fuſco-nigricans molliſque, filamentis bifidis vel integris. fuſco-nigricans.

Byſſus capillacea fuſco-nigricans et mollis: fructificationibus ſparſis, filamentis breuiſſimis, partim ſimplicibus, partim ramoſis. GLED. Meth. Fung. p. 20. n. I. var. c.

Schwarzbraunes Haaraftermoos. Germ.

In ſyluis ad Vlmórum, Carpinorum, Quercuum aliarumque cortices, praecipue poſt pluuias crebriores.

1472. *Byſſus* capillacea, fructificationibus ſparſis, filamentis integris at productioribus, baſi latiſſima. GLED. Meth. Fung. p. 21. n. II. BOEHM. n. 876. nigra.

Byſſus nigra, velutina. LEERS. Herborn. n. 1006.

Schwarzes Haaraftermoos. Germ. *Biſſe noir.* Gall.

In locis ſubterraneis cellis vino cereuiſiaeque dicatis, vbi ligna integra, dolia et parietes cellarum obducit, frequenter obſeruatur.

1473. *Byſſus* filamentis ramoſis fuluis. HUDSON. Flor. Angl. Ed. 2. p. 606. fulua.

Byſſus fructificationibus ſparſis, filamentis productioribus, craſſis, baſi latiſſima, in plures figuras diſci aemulas expanſa. GLED. Meth. Fung. p. 22. n. II. var. a. BOEHM. n. 877.

Feuergelbes Haaraftermoos. Germ. *Biſſe jaun.* Gall.

In lignis putridis aërique humido expoſitis, doliis quoque vinariis adneſcens. Hyeme.

1474. *Byſſus* lanuginoſa, albiſſima filamentis longioribus implexis lignis adnaſcens. RETZ. Prodr. Flor. Scand. n. 1548. Bombycina.

Byſſus floccoſa euanida floccoſa niuea. SCHREB. Spic. p. 144. n. 1160. LEERS. Herb. n. 1005. B. *cellaris.* WEIS. Crypt. p. 18.
Weiſses Seidenhaaraftermoos. Germ.
In cellis ad dolia, trabes etc. frequens.

coriacea. 1475. *Byſſus* perennis denſiſſima albicans. SCHREB. Spicil. p. 144. n. 1160. SCHOLL. Suppl. p. 341. n. 1123. WILDEN. Prodr. Berol. n. 1078.
Lederartiges Haaraftermoos. Germ.
In Quercuum annoſarum truncis et alibi, paſſim.

b. ALGAE AQVATICAE.

474. CONFERVA. L. G. 1323. Grasleder, Waſſerſchlamm. *Germ.* Conferue. *Gall.*

a. *Filamentis ſimplicibus, aequalibus, geniculis deſtitutis.*

riuularis. 1476. *Conferua* filamentis ſimplicibus, aequalibus, longiſſimis. LINN. Syſt. p. 972. BOEHM. n. 879. WEIS. Crypt. p. 20.
Langes Bachgrasleder ſ. *Waſſerſchlamm.* Germ. *Conferue des ruiſſeaux.* Gall.
In riuulis lentius fluentibus aquisque ſtagnantibus frequens. Aeſtate.

fontinalis. 1477. *Conferua* filamentis ſimpliciſſimis, aequalibus digito breuioribus. LINN. Syſt. p. 972. n. 2. WEIS. Crypt. p. 21. *Flor. Dan.* t. 651. f. 3.
Brunnen Grasleder. Germ.
In fontibus limpidis, circa canalium aquam ducentium, et veteratis paſſim. Aeſtate.

abbreuiata. 1478. *Conferua* paluſtris, filamentis breuioribus et craſſioribus. SCHREB. Spicil. p. 143. n. 1157.
Abgekürztes Ledergras. Germ.
In foſſiculis pratorum ad *Abnauendorf* et riuulis ſalinis *Ketſchauienſibus etc.* paſſim. Aeſtate.

b. *Fila-*

b. *Filamentis ramoſis aequalibus.*

1479. *Conferua* filamentis aequalibus ramoſis, aureas bullas includentibus. LINN. Syſt. p. 973. n. 3. SCHREB. Spicil. p. 142. n. 1156. WEIS. Crypt. p. 22. LEERS. Herb. n. 1019. bulloſa.

Schaumiges Ledergras; *Wieſenpelz*; *Wieſenwatte.* Germ. *Conferue bulleuſe*, *ou Queue de Renard.* Gall.

In foſſis paludoſis lacubusque copioſe. Aeſtate.

1480. * *Conferua* filamentis aequalibus baſin verſus ramoſioribus. LINN. Syſt. p. 973. n. 4. WEIS. Crypt. p. 23. LEERS. n. 1020. canalicularis.

Röhren Ledergras. Germ.

In riuulis canalibusque aquam vehentibus. Autumno viget.

1481. *Conferua* filamentis aequalibus, ramoſis exſiccatione coeuntibus in aculeos. LINN. Syſt. p. 973. n. 3. SCHREB. Spicil. p. 143. n. 1159. WEIS. Crypt. p. 24. amphibia.

Schwammwatte ſ. *Ledergras.* Germ.

In foſſis humidis ad *Kerſchau* prope machinas gradatorias et in locis vdis fere vbique. Aeſtate.

c. *Filamentis anaſtomoſantibus.*

1482. * *Conferua* filamentis reticulatim coadunatis. LINN. Syſt. p. 973. n. 11. JAHN. n. 26. WEIS. Crypt. p. 24. LEERS. Herb. n. 1022. reticulata.

Nezförmiges Ledergras. Germ. *Conferue en veſeau.* Gall.

In aquis ſtagnantibus ad *Leutſch* et riuulis paſſim. Aeſtate.

d. *Filamentis geniculatis.*

1483. * *Conferua* filamentis geniculatis, ramulis breuioribus multifidis. LINN. Syſt. p. 973. n. 19. WEIS. Crypt. p. 25. glomerata.

Büſchelartiges Ledergras. Germ.
In foſſis *hinter Mockau* et riuulis paſſim. Aeſtate.

capillaris. 1484. *Conferua* filis geniculatis ſimplicibus, articulis alternatim compreſſis. LINN. Syſt. p. 973. n. 14. SCHREB. Spicil. p. 143. n. 1158. LEERS. Herb. n. 1025.
Haarförmiges Ledergras. Germ. *Conferue capillaire.* Gall.
In locis vmbroſis ad Pliſſae oras et in ſtagnis paſſim. Aeſtate.

farinea. 1485. * *Conferua* filamentis geniculatis ramoſiſſimis e centro confertiſſimis elongatis viridibus, ramulis confertis tenuiſſimis. LEYS. Hal. n. 1204.
Mehlartiges Ledergras. Germ.
In riuulis ſalinis ad *Ketſchau dicht bei den Gradierhäuſern* nuperrime detexi.

475. VLVA. L. G. 1322. Matte, Waſſermoos. *Germ.* Ulue. *Gall.*

inteſtinalis. 1486. * *Vlua* tubuloſa ſimplex. LINN. Syſt. p. 972. n. 3. JAHN. n. 25. WEIS. Crypt. p. 27.
Darmmatte. Germ. *Sea-graſs.* Angl. *Boyau de chat, ou Feuille de mer; Ulue inteſtinale.* Gall.
In foſſis, lacubus aquisque ſtagnatibus vbique, Viget aeſtate.

compreſſa. 1487. *Vlua* tubuloſa ramoſa, compreſſa. LINN. Syſt. p. 972. n. 5. SCHREB. Spicil. p. 141. n. 1154.
Platte f. zuſammengedrückte Matte. Germ.
Aquis ſalſis, *in und bei den Gradierhäuſern* ad *Ketſchau*, innata. Aeſtate viget.

FVNGI.

FVNGI.

A. Semina Fungorum externa in ſuperficie infera membranae Fungum obtegentis, aut lamellas, aut tubas formantis, aut Apophyſium ad inſtar prodeuntis, recondita.

476. AGARICVS. L. G. 1325. GLED. M. F. G. VI. BATSCH. El. Fung. G. I. Blätterſchwamm. *Germ.*

a. AGARICI VALIDI. *Fleiſchſchwämme.* Germ.

α. Stipite nudo, pileo explanato, conuexo.

1488. *Agaricus* ſtipitatus, pileo campaniformi, albido, lacero, lamellis niueis, ſtipite ſubbulboſo, ſubulato. LINN. Syſt. p. 976. n. 22. extinctorius.

Agaricus pileo campanulato in centro depreſſo, lamellis tenuioribus, petiolo ſulcato, gracili. GLED. M. F. p. 130. n. 27. SCHAEF. t. 36. ſub *Agar. niueo.*

Milchfärbiger Fleiſchſchwamm; Lichtſchneutzenähnlicher ſ. weißer kegelförmiger Blätterſchwamm. Germ. *Agaric éteignoir.* Gall.

In dumetis, virgultis ſyluisque, in *Sylua Academica* paſſim. Auguſto in Septembrem vſque.

1489. * *Agaricus* niueus, ſtipite craſſo, cylindrico, integerrimo. BATSCH. El. F. p. 39. n. 2. Tab. III. f. 12. virgineus.

Weißer Fleiſchſchwamm. Germ.

In ſyluis vmbroſis denſioribusque in *Sylua Academica* ſparſim. Auguſto et Septembri reperi.

1490. *Agaricus* pileo amoene roſeo, margine pallidiore, ſtipite elongato, craſſo, niueo in rubellum cadente. ſanguineus.

Agaricus ſanguineus pileo amoene roſeo, margine pallidiore: lamellis niueis; ſtipite craſſo, niueo, roſeo-

roſeo-rubello. BATSCH. El. F. p. 41. n. 4. Var. β. Tab. III. f. 13.

Agaricus integer ſtipitatus lamellis omnibus magnitudine aequalibus. LINN. Syſt. p. 974. n. 3. SCHAEF. t. 58. et 75.

Agaricus pileo orbiculari, in margine rugoſo et ſtriato; vertice tumido, petiolo breui. GLED. Meth. Fung. p. 106. n. 14.

Blutfarbiger Fleiſchſchwamm; *Speyteufel.* Germ. *Agaric ontier.* Gall.

In ſyluis denſioribus, in Sylua Academica paſſim nuperrime reperi. Aug. et Septembri.

deliciofus. 1491. *Agaricus* pileo glabro ſubrorido-viſcoſo, croceoluteo; lamellis ſubconcoloribus, ſtipite craſſo albo. BATSCH. El. Fung. p. 71. n. 9.

Agaricus delicioſus ſtipitatus, pileo teſtaceo, ſucco luteſcente. LINN. Syſt. p. 975. n. 6.

Agaricus pileo hemiſphaerico, in centro depreſſo et in margine fornicato, petiolo breui et craſſo. GLED. Meth. Fung. p. 101. n. XI. BOEHM. n. 794. SCHAEF. tab. 11. 65. 220. 221.

Hierſchling; Reizker; *Rietſchen*; *Herbſtling*; *Tennling.* Germ. *Orange Agaric.* Angl. *Agaric ou Champignon delicieux à ſuc jaun.* Gall.

In ericetis. *im Bieniz*, *Univerſitätsholze* porro circa *Pomſſen*, *Steinberg* et alibi. Autumno.

Fungus eſculentus in Suecia valde aeſtimatur. Varietatibus ludit plurimis. Lamellae ejusdem vulneratae fundunt ſuccum luteum.

vmbilicatus. 1492. * *Agaricus* carnoſus, pileo candido, centro vmbilicum referente; lamellis concoloribus; ſtipite valido, tumido, concolore.

Agaricus candidus ex vna baſi multiplex, pileolo vmbilicato. GLED. Meth. Fung. p. 131. n. 77. var. b.

Ein weißlicher Fleiſchſchwamm mit einem platten nabelförmigen Huthe. Germ.

In ſyluis et pomariis circa Lipſiam et ad arborum radices paſſim. Vere et Autumno.

1493. *Agaricus* ſtipitatus, pileo plano, carneo lacteſcente; lamellis rufis, ſtipite longo, carneo. LINN. Syſt. p. 975. n. 7. BOEHM. n. 812. SCHAEF. t. 5. lactifluus.

Agaricus fuluens. BATSCH. El. Fung. p. 43. n. 11.

Hundsreisker; *Breitling* ſ. *milchigter Blätterſchwamm*; *Brödling*. Germ. *Agaric ou Champignon laiteux*, *ou delicieux à ſuc blanc*. Gall.

In ſyluis *im Oberholze*; *Univerſitätsholze* etc. Autumno.

Obſ. Pileus in medio depreſſus. Stipes baſi tumidus, validus. Lac dulce. Fungus eſculentus.

Vſ. Fungus ſapore guadet ſuauiore reliquis, dehinc coquae noſtrates hunc frequentius quaerunt.

1494. * *Agaricus* pileo glabro ochoraceo, croceo-albente, campanulato; ſtipite elongato, valido, ſubconcolore glauco. BATSCH. El. Fung. p. 45. n. 16. Tab. IV. fig. 14. mollis.

Glockigter weiſser Fleiſchſchwamm. Germ.

In ſyluis vmbroſis, *im Univerſitätsholze* rarius obuiam iuit. Sept. et Octobri.

1495. * *Agaricus* pileo ouali conico, obtuſo, ſcabro, ferrugineo; ſtipite elongato, ſublineari, lucido ſulphureo. BATSCH. El. Fung. p. 75. n. 17. Tab. VI. fig. 23. Rudolphi.

Zimmetfarbiger Fleiſchſchwamm. Germ.

In ſyluis denſioribus locisque gramine veſtitis, *im Bieniz* et *Oberholze*. Autumno.

1496. *Agaricus* pileo fuſceſcente conuexo vertici depreſſo, margine violaceo, lamellis violaceis; ſtipite caeruleſcente, baſi-bulboſo. WILDEN. Prodr. Berol. n. 1116. violaceus.

Agaricus violaceus ſtipitatus, pileo rimoſo, margine violaceo, tomentoſo; ſtipite caeruleſcente, lana ferruginea. LINN. Syſt. p. 975. n. 11. BOEHM. n. 813. SCHAEF. tab. 3. 34 et 56.

Veilchenblauer Fleiſchſchwamm. Germ. *Violet Muſhroom*. Angl. *Champignon violet*. Gall.

In

In ſyluis, *im Univerſitätsholze*, *Oberholze*, in Querceto *vor Markranſtädt* frequenter occurrit. Autumno.

Fungus eſculentus.

piperatus. 1497. *Agaricus* ſtipitatus pileo planiuſculo, lacteſcente, margine deflexo; lamellis incarnato-pallidis. LINN. Syſt p. 975. n. 8.

Agaricus pileo puluinato, integerrimo et in centro profundius depreſſo, lamellis conuexis, anguſtis et compactis; ſtipite continuo, cylindraceo et craſſo. GLED. Meth. Fung. p. 97. n. X. BOEHM. n. 793.

Agaricus amarus. SCHAEF. t. 83.

Scharfer ſ. *äzender Fleiſchſchwamm*; *Pfefferſchwamm*; *bitterer* ſ. *händiger Täubling*; *Bitterling*; *ächter Kaiſerſchwamm.* Germ. *Agaric poivré*, *ou Champignon blanc acre.* Gall.

In locis ſiccioribus ſterilioribusque, paſcuis, pratis ſyluisque *im Bieniz*, *Oberholze* paſſim. Sept. Octobri.

Lac fundit copioſum, ſed mite. Caro huius fungi acerrimum et feruentiſſimum edit ſaporem. Subſtantia, praeprimis corticalis illa carnoſa et durior, e qua lac defluit, linguam et fauces vrit. GLED. l. c.

liuidus. 1498. * *Agaricus* ſtipitatus, pileo conuexo liuido, lamellis albidis, ſtipite longo, albo. HUDSON. Angl. Ed. I. p. 616.

Agaricus pileo orbiculari, lacero, e luteo palleſcente, lamellis aureis, ſtipite fiſtuloſo, cylindraceo, tenui GLED. Meth. Fung. p. 112. n. XIX. var. a. BOEHM. n. 801. SCHAEF. t. 14.

Der Fleiſchſchwamm mit verſchiedener Farbe. Germ.

In ſyluis denſioribus, in *Sylua Academica*, *im Bieniz*, *in der Prellheide*, etc. circa radices arborum muſcoſas paſſim.

terreus. 1499. * *Agaricus* pilo obſcure liuido-nigreſcente, ſubpiloſo, ſtriato, lamellis canis, ſtipite niueo, valido. BATSCH. El. Fung. p. 47. n. 22. ſub *Agar. pullo.* SCHAEF. t. 61.

Agaricus pileolo plano, lacero, anguſta, ſtipite cylindraceo, tenui. GLED. Meth. Fung. p. 112. n. XIX.

Erd-

Erdfarbiger Fleiſchſchwamm. Germ.

In ſaltubus totius circuli *Lipſiae.* Autumno paſſim occurrit.

1500. * *Agaricus* ſulphureus; pileo ſulphureo, fuluoque mixto. BATSCH. El. Fung. p. 45. n. 14. SCHAEF. t. 41. luteus.

Goldgelber Fleiſchſchwamm. Germ.

In ſyluis denſioribus *im Oberholze*, *im Bieniz* et praeprimis in Querceto *vor Markrandſtadt* paſſim reperi. Autumno.

β. Bulboſi: ſtipitibus ſericeo - ſtriatis.

1501. * *Agaricus* bulboſus, liuidus, flauens, pallidiſſime virens, pileo viſcido, medio ferrugineo; ſtipite acute bulboſo, ſolum flauente; annullo araneoſo vna cum lamellis elongatis ferrugineo. BATSCH. Cont. II. p. 1. Tab. XXXI. f. 184. a. b. orichalceus.

Meſſingfarbener Fleiſchſchwamm. Germ.

In ſyluis denſioribus, humidis, *im Univerſitätsholze* 1789. ſpecimina nonnulla reperi. Autumno.

Fungus ſuſpectus caput grauescit. Pileus mollis, late expanſus, ſuperne viſcidus. Stipes glaber, ſericeus, baſi tumidus.

1502. *Agaricus* bulboſus, liuidus, brunneo - canus; ſtipite craſſo, bulboſo, fere toto in pileum defluente, lamellis oblongis paruis, ferrugineis; ſtipite pileoque fibroſis. BATSCH. Cont. II. p. 7. Tab. XXXI. fig. 186. a. b. ſubferrugineus.

Roſtbräunlicher Fleiſchſchwamm. Germ.

In locis ſyluaticis quoque in *Sylua Academica* ſub fine Auguſti mihi obuiam venit.

γ. Stipite ſericeo, nec bulboſo, nec ſcabro.

1503. * *Agaricus* teſtaceus, ſtipite ſurſum incraſſato, ſericeo, fibroſo; pileo rimoſo, glabro, demum ſiccitate ochraceo; lamellis pallidis, concoloribus. BATSCH. Cont. II. p. 13. Tab. XXXII. f. 189. a - c. fuſus.

Kräu-

Kräuſelförmiger Fleiſchſchwamm. Germ.
In ſyluis elatioribus et pinetis *im Oberholze*, *Bieniz* etc. paſſim. Autumno.

peltigerus. 1504. * *Agaricus* paruus, ſtipite ſericeo-fibroſo, niueo, pileo pallidiſſime teſtaceo. BATSCH. Cont. II. p. 17. Tab. XXXII. fig. 190. a-c.
Kleinhutiger rother Fleiſchſchwamm. Germ.
In ſyluis denſioribus inter Muſcos varios, *im Roſenthale* paſſim. Autumno.

nitens. 1505. * *Agaricus* pileo cano-oliuaceo, fibrilloſo, glabro, nitente; ſtipite fibroſo, breui, niueo, lamellis latis, laxis; pallidis, leniſſime oliuaceo-liueſcentibus. BATSCH. Cont. II. p. 23. Tab. XXXIII. f. 192. a-d.
Glänzend glatter Fleiſchſchwamm. Germ.
In ſyluis et locis arenoſis *im Oberholze* nuperrime detexi. Autumno.

nebularis. 1506. * *Agaricus* griſeus pileo obſcuriore glabro; margine inuoluto; ſtipite pallidiore, fibroſo-hiſpido, baſi albo-tomentoſa; lamellis erga craſſum ſtipitem pileum anguſtis, pallidis liuido-ochraceis. BATSCH. Cont. II. p. 25. Tab. XXXII. f. 193. a. b.
Hellgrauer Fleiſchſchwamm. Germ.
In ſyluis aceroſis et elatioribus *im* Bieniz et *Oberholze* ſparſim. Autumno.

δ. *ſtipite floccoſo*, *ſcabro.*

ſeneſcens. 1507. * *Agaricus* ochraceo-ferrugineus, ſubfuluellus, mutabilis; ſtipite ſubbulboſo, obſcuriore, floccis pallidis transuerſe ſeriatis ſquamoſo, ſubnudo, pileo vario, flauentiore, viſcido; lamellis latis pallidis ferrugineo-fuluellis. BATSCH. Cont. II. p. 35. Tab. XXXIV. f. 197. a-d.
Der veralternde Fleiſchſchwamm. Germ.
In ſyluis aceroſis *in der Dübenſchen Heide* initio Septembris 1789 frequenter reperi.

1508.

1508. * *Agaricus* pileo lateritio - carneo, puluinato, farto, ſubuiſcido, ſtipite concolore pallidiore, floccoſo - aſpero, laminis fuluellis anguſtis. BATSCH. Cont. II. p. 29. Tab. XXXVI. fig 195. a. b. laterinus-

Ziegelröthlicher Fleiſchſchwamm. Germ.

In ſyluis aceroſis *im Oberholze* paſſim; copioſius vero *in der Dübenſchen Heide.* Autumno.

b. AGARICI PVLVINATI. *Weich* ſ. *Staubſchwämme.* Germ.

1509.* *Agaricus* pileo caſtaneo - ferrugineo, ſubpallido; ſtipite valide albidiore; laminis rubellis. BATSCH. El. Fung. p. 19. n. 30. SCHAEF. t. 81. caſtaneus.

Kaſtanienbrauner Weichſchwamm. Germ.

In ſyluulis denſioribus, in Querceto *vor Markranſtädt.* Septemb. et Octob. obuiam iuit.

1510. * *Agaricus* pileo ferrugineo - fuſco, fibroſo - ſtriato; ſtipite ſubelongato, valido, pallidiore, ſubſquamoſo; lamellis pallide rufis. BATSCH. El. Fung. p. 86. n. 121. SCHAEF. t. 37. ferrugineus.

Rothbrauner Weichſchwamm. Germ.

In ſyluis denſioribus humidisque *im Univerſitätsholze* paſſim. Autumno.

c. AGARICI VOLVATI. *Eyſchwämme.* Germ.

α. *Stipite baſi et ſuperne voluato.*

1511. *Agaricus* ſtipitatus, annullo fixo inuerſo, pileo planiuſculo flauo, fuſco variegato, laminis albis, ſtipite bulboſo voluato. WILDEN. Prodr. Berol. n. 1102. Mappa.

Agaricus Mappa, pileo flauo cineraſcente, pallido, maculis inaequalibus fuſceſcentibus plerumque notato: ſtipite elongato lamelliſque ſubconcoloribus albis. BATSCH. El. Fung. p. 57. n. 50. SCHAEF. t. 20.

Gelblicher Eyſchwamm. Germ.

In

In ſyluis arenoſis et aceroſis *in der Dübenſchen Heide* paſſim. Autumno.

muſcarius. 1512. *Agaricus* volua exceptus, pileo conico, in margine ſtriato, ſtipite annulato, in baſin ſquamoſo-tuberoſam terminante. GLED. Meth. Fung. p. 82. n. I. BOEHM. n. 786.

Agaricus muſcarius ſtipitatus lamellis dimidiatis ſolitariis; ſtipite voluato; apice dilatato baſi ouato. LINN. Syſt. p. 974. n. 4. MILL. Gen. t. 78. f. 1. SCHAEF. t. 27. et 28.

Agaricus imperialis pileo fruſtulis voluae albis induratis; ſtipite elongato valido lamellisque albis. BATSCH. El. Fung. p. 59. n. 55.

Fungus muſcarius miniatus. STERB. p. 215. t. 22. B. c.

Fliegenſchwamm. Germ. *Agaric aux mouches, ou à tête large.* Gall.

In paſcuis ericetis elatioribus, ſyluis ſiccioribus et pinaſtretis inter *Pinus* et *Betulas* naſcens. Autumno.

Cum lacte muſcas occidit. Liquamen e contuſo fungo parietibus lectoque inunctum expellit cimices. Potum ex hoc fungo et *Epilobio anguſtifolio Kamtſchadalenſes* parant caput graueſcentem et valde noxium.

aureus. 1513. *Agaricus* flauus, voluatus; annulo latiſſimo. HALL. 1430. LEERS. Herb. n. 1062.

Agaricus ampliſſima volua exceptus, aureus; pileo hemiſphaerico, in margine ſtriato; ſtipite craſſo, annulo latiſſimo cincto. GLED. Meth. Fung. p. 85. n. II. var. b. BOEHM. n. 787. SCHAEF. t. 247.

Fungus ouinus. STERB. p. 64. t. 4. D. E. F.

Goldgelber Eyſchwamm, *Kaiſerling*; *Herrenpilz.* Germ.

In ſyluis ſiccioribus inter *Betulas* et *Pinus* aliasque arbores e. g. *im Oberholze*, *im* Bieniz paſſim. Autumno exeunte.

Fungus eſculentus.

1514. *Agaricus* ſtipitatus albus, ſtipite cylindraceo, annulato, baſi globoſo, pileo magno, plano. LEYS. n. 1211. tuberoſus.

Agaricus volua minore exceptus, pileo orbiculari integerrimo, ſtipite annulato, radice tuberoſa. GLED. Meth. Fung. p. 86. n. III. BOEHM. n. 788.

Knolligter Eyſchwamm. Germ.

In paſcuis, aruis et pomariis, praecipue poſt pluuias *nach den Gonnewitzer Schanzen hin* et alibi frequenter viget. Autumno.

Variat ſaepe pileo vel albo, vel fuſco-albo. Fungus eſculentus.

1515. *Agaricus* volua exceptus, pileo hemiſphaerico, lamellis compactis denticulatis, ſtipite annulato et craſſo. GLED. Meth. Fung. p. 90. n. V. BOEHM. n. 789. crenulatus.

Gezähnter Eyſchwamm. Germ.

In campeſtribus, paſcuis ſiccioribus, ericetis et pinaſtretis; in *Sylua Academica*, *im Oberholze*, *Bieniz* frequens. Autumno.

β. Stipite baſi voluato.

1516. *Agaricus* volua perſiſtente exceptus, pileo fornicato, ſtipite cylindraceo. GLED. Meth. Fung. p. 92. n. VI. BOEHM. n. 791. fornicatus.

Gewölbter Eyſchwamm. Germ.

In paſcuis et pratis *um den Kuhthurm* et *bei Lindenau.* Autumno.

1517. *Agaricus* pileo caſtaneo-fuluo, margine plicis fimbriatis inſtructo, ſtipite praelongo, floccis fuſcis notato, voluula parua, lamellis palleſcentibus. SCHAEF. t. 95. fimbriatus.

Verbrâmter Eyſchwamm. Germ.

In ſyluis vmbroſis, humidis, maxime poſt pluuias oritur. Autumno.

γ. Stipite ſuperne annulato.

clypeatus. 1318. *Agaricus* ſtipitatus pileo hemiſphaerico viſcido, acuminato, lamellis albis, ſtipite longo cylindraceo, albo, baſi ouato. LINN. Syſt. p. 675. n. 18.

Agaricus antiquatus pileo albido fuſco-caneſcente, pallido, centro fruſtulis transuerſis ſeriatis, diſco floccis ſparſis vtrisque nigro fuſcis variegato; ſtipite concolore et ſquamoſo, elongato, validiuſculo, baſi bulboſo, volua lamellisque albis. BATSCH. El. Fung. p. 55. n. 40.

Agaricus pileo papillari, ampliſſimo, in margine fornicato, lacero et filamentoſo, ſtipite annulato, procero, inferius tumido, pilei acetabulo inſerto. GLED. Meth. Fung. p. 114. n. XX. BOEHM. n. 811. SCHAEF. t. 22, 23.

Fungus coronatus vel marmoreus. STERB. p. 76. 77. t. 7. A.

Schwarzflokkiger Ringſchwamm. Germ. *Agaric bouclier, ou Champignon armé.* Gall.

Ad margines ſyluarum ipſisque in ſyluis, in *Querceto nach Altrandſtädt, im Bieniz, Univerſitäts*- et *Oberholze etc.* Autumno.

Fungus eſculentus ſub nomine *Buberitze, Bublitzen* colligitur in nonnullis regionibus.

campeſtris. 1519. *Agaribus* ſtipitatus, pileo conuexo ſquamato albido, lamellis rufis. LINN. Syſt. p. 975. n. 11. *Fl. Dan.* t. 714.

Agaricus pileolo amplo rotundo, fornicato; ſtipite breui, annulo permanente cincto. GLED. Meth. Fung. p. 115. n. 21. BOEHM. n. 802. SCHAEF. t. 310 et 311.

Fungus campeſtris. STERB. p. 28. t. 1. A.

Feld Ringſchwamm; Ehegürtel; gemeiner Champignon. Germ. *Common Mushroom.* Angl. *Agaric champêtre, ou Champignon vulgair, ou de Couche.* Gall.

In hortis pinguioribus, locis cultis, ſuburbanis, pomariis, pratis, paſcuis, fimetis frequens. Auguſto in Octobrem vſque et Vere.

Fungus

Fungus eſculentus inter primarios, recens incoquitur variis embammatibus. Conditur quoque aceto vini et per hyemem ſeruatur.

1520. *Agaricus* candidus, pileo fornicato, ſquamoſo; ſtipite annulato, cylindrico craſſoque. GLED. Meth. Fung. p. 117. n. XXI. var. b. pellitus.

Agaricus pellitus pileo pallide cano, maculis magnis piloſo-ſquamiformibus, extrorſum acutis, laxe ſparſis, imbricato, radicato; ſtipite craſſiuſculo, concolore integro, lamellis ſubbrunneis. BATSCH. El. Fung. p. 55. n. 41. SCHAEF. t. 33.

Fellartig geflekter Ringſchwamm. Germ.

In hortis, fimetariis, pomariis, pratis paſcuisque praeprimis poſt pluuias. Auguſto ad Octobrem vſque.

Locis ſiccis emergens eſculentus; humidis autem eſt obnoxius.

1521. *Agaricus* pilei conuexi virideſcentis margine ſtriato, ſtipite annulato, baſi-tuberoſo. RETZ. Prodr. Flor. Scand. n. 1533. Kremlinga.

Agaricus delicatus. BATSCH. El. Fung. p. 43. n. 10. SCHAEF. t. 93 et 94.

Agaricus pileo puluinato, in margine ſtriato, petiolo annulato, ad radicem tuberoſo. GLED. Meth. Fung. p. 105. n. XIII. BOEHM. n. 796.

Fungus magnus viridis. STERB. p. 67. t. 5. C.

Kremling; Grünling; ein grüner Breitling; Kohlentäubling. Germ.

In pratis, paſcuis circa pagos *Lindenau*, *Leutſch* et in ſyluis pratenſibus, *im Roſenthale*, *Univerſitätsholze etc.*

Fungus quoad magnitudinem coloremque valde variabilis et eſculentus, ſucco lacteo et acredine deſtitutus.

1522. *Agaricus* ſtipitatus, pileo flauo, conuexo, lamellis albis. LINN. Syſt. p. 973. n. 10. Georgii.

Agaricus pileolo orbiculari, puluinato, amplo et candido, in margine hirſuto et flaueſcente; ſtipite

annulato, breui et craſſo. GLED. Meth. Fung. p. 117. n. XXI. var. e. BOEHM. n. 803.

Fungi diui Georgii. STERB. Fung. 32. t. 1. G.

Runder Ringſchwamm mit gelbem Huthe; *Mayſchwamm*; *St. Georgenſchwamm*; *Weiſsling.* Germ. *Champignon Georget.* Gall.

In paſcuis ſuburbanis et pratenſibus elatioribus circa *Lipſiam*, *auf den Gonnewitzer Schanzen*, *um den Bieniz, bei dem Kuhthurme* etc. olim. Ill. b. GLEDITSCHIVS et BOEHMERVS collegerunt; ego vero quoque ad *Templum St. Theclae*, *im Bieniz* etiam, *in der Dübenſchen Heide* copioſe reperi. Autumno.

Fungus eſculentus.

occultans. 1523. * *Agaricus* pileo fuſco-caſtaneo, maculis piloſis ſubſquamoſo; ſtipite ſubaequali, valido, ſubelongato, concolore, pallidiore; lamellis roſeis, volua alba. BATSCH. El. Fung. p. 55. n. 45. SCHAEF. t. 74.

Der braune unten röthliche Ringſchwamm. Germ.

In locis ſyluaticis vmbroſisque, in *Sylua Academica* paſſim. Autumno.

d. AGARICI FVGACES. *Ruſsſchwämme.* Germ.

fimetarius. 1524. *Agaricus* ſtipitatus, pileo campanulato, albo ſubſquamoſo; lamellis nigricantibus; ſtipite albo, fiſtuloſo, annulo fugaci. WILDEN. Prodr. Berol. n. 1096.

Agaricus fimetarius ſtipitatus, pileo campanulato, lacero; lamellis nigris, lateraliter flexuoſis; ſtipite fiſtuloſo. LINN. Syſt. p. 976. n. 24. GLED. Meth. Fung. p. 122. n. XXIV. BOEHM. n. 806. SCHAEF. t. 7. 8.

Agaricus Mittella. BATSCH. El. Fung. p. 63. n. 65.

Zottiger Ruſsſchwamm; *eyförmiger Miſtſchwamm*; *Paddenſtuhl.* Germ. *Agaric des fumiers.* Gall.

In agris oleraceis, hortis, fimetis hortorumque ambulacris. Autumno viget.

digitalis. 1525. * *Agaricus* pileo ſemiouato, liuido canefcente, vertice ferrugineo, lateribus confertiſſime ſtriatis, mar-

margine tenuiſſime crenulato; lamellis atris; ſtipite elongato, albo, valido. BATSCH. El. Fung. p. 61. n. 60. Tab. I. fig. 1. a. b.

Fingerhutförmiger Ruſſchwamm. Germ.

In agris ſterilioribus et elatioribus *bei Gonnewiz, Schönfeld*; porro in pomariis *bei Parneck* Maio et Iunio 1789 reperi.

1526. *Agaricus* ceſpitoſus, pileo ouato, ſtriato; lamellis defluentibus; ſtipite cylindraceo, fiſtuloſo, annulato, longo: annulo fugaci. SCOP. Carn. Ed I. p. 23. n. 78. et Ed. II. p. 425. n. 1479. GLED. Meth. Fung. p. 123. n. XXIV. var. a. SCHAEF. t. 46, 47, 216. ouatus.

Agaricus Chamaeleo. BATSCH. El. Fung. p. 63. n. 64.

Eyförmiger ſ. *hellbläulicher Ruſſchwamm.* Germ.

In fimetis et ambulacris, in Saliceto *bei Ketſchau* reperi. Autumno.

1527. *Agaricus* pileo conuexo (vel ouali) campanulato, confertiſſime ſtriato, caneſcente, vmbone plano, integro, diſtincte circumſcripto et colorato, ſtipite elongato, fuſceſcente albo. BATSCH. El. Fung. p. 61. n. 61. radians.

Agaricus pileolo in conum acutum faſtigiato, piloſo, petiolo in baſi tumido. GLED. Meth. Fung. p. 108. n. XVI. BOEHM. n. 793. SCHAEF. t. 100.

Strahlenförmiger Ruſſchwamm. Germ.

In pratis, ſyluis vmbroſis humidisque, *im Roſenthale, Univerſitätsholze etc.* Autumno.

1528. *Agaricus* ſtipitatus, pileo campanulato, cinereo, ſtriato, glabro; lamellis margine criſpis; ſtipite fiſtuloſo. HUDSON. Angl. Ed. 2. p. 617. ſtriatus.

Agaricus ſtipitatus, pileo campanulato, ſtriato, vertice laeui, petiolo annulato, cylindraceo, fiſtuloſo, in baſin roſtratam deſinente. GLED. Meth. Fung. p. 89. n. IV. BOEHM. n. 790.

Agaricus fuſcens. SCHAEF. Tab. 17, 68.) *Agaricus aqueus.* BATSCH. El. Fung. p. 61. n. 58.

 Waſſer-

Waſſerfarbiger geſtreifter Rußſchwamm; *bräunlicher Waſſerſchwamm*. Germ.

In fimetis ſuburbanis, porro ad truncos *Salicum* corruptos e. g. in Saliceto ad *Ketſchau; im Roſenthale* inter *Muſcos* Septembr. et Octobri mihi occurrit.

aquoſus. 1529. * *Agaricus* ſtipitatus, pileo campanulato, obtuſo, fuſco-flaueſcente; lamellis atro-griſeis; ſtipite fiſtuloſo, griſeo, villoſo. HUDSON. Angl. Ed. 2. p. 618.

Agaricus truncorum. SCHAEF. t. 6. *Agaricus ſuccineus*. BATSCH. El. Fung. p. 61. n. 57.

Waſſerfarbiger Rußſchwamm. Germ.

In ſyluis et hortis ad arborum truncos emortuos frequens. Autumno.

tortus. 1530. * *Agaricus* pileo conuexo-campanulato, lacero, confertiſſime ſtriato-ſulcato, ſubcarneo; lamellis atris: ſtipite elongato, ſordide albo, torto, valido. BATSCH. El. Fung. p. 61. n. 36. SCHAEF. t. 201.

Rußſchwamm mit gewundenem Stiele. Germ.

In fimetis, ruderibus agrisque nuper ſtercoratis enaſcitur.

ignorum. 1531. * *Agaricus* ſtipitatus, pileo campanulato, ſtriato; lamellis griſeis; ſtipite ſubulato, albo. WILDEN. Prodr. Berol. n. 1124. SCHAEF. t. 66.

Agaricus balanus. BATSCH. El. Fung. p. 63. n. 62.

Holz Rußſchwamm. Germ.

In lignis putreſcentibus paſſim. Autumno.

e. AGARICI PLICATI. *Faltenſchwämme*. Germ.

α. *Concolores validiores*.

ſulphureus. 1532. *Agaricus* pileo pallido, albo-griſeo, ſubflauente plicis latis plicato, ſulcato, conuexo; ſtipite elongato, lineari, ſulphureo. BATSCH. El. Fung. p. 67. n. 69.

Agaricus paruus, pileolo hemiſphaerico, ſtipite cylindraceo, tenui. GLED. Meth. Fung. p. 119. n. XXIII.

XXIII. BOEHM. n. 805. SCHAEF. t. 31. *Agaricus plicatus.*

Krauſenſchwamm mit ſchwefelgelbem Stiele. Germ.

In ſyluis, hortis, paſcuis et gramineis, foliis putridis innaſcens *im Roſenthale* etc. Autumno.

1533. * *Agaricus* pileo conuexo, conico, plicis latis, aduſtus.
plicato ſulcato, fuſco, marginem verſus pallente-griſeo; lamellis pallidis ſtipiteque elongato, lineari ſubconcoloribus. BATSCH. El. Fung. p. 67. n. 70.
Agaricus brunneus. SCHAEF. t. 32.

Brandfarbiger Krauſen- ſ. Faltenſchwamm. Germ.

Ad arborum truncos deiectos et in arboribus cauis *im Roſenthale* et in Querceto *vor Altrandſtädt* gregatim creſcit. Autumno.

1534. * *Agaricus* ſtipitatus, pileo campanulato, acuto, conicus.
ſtriato, liuido, nitido; lamellis albis, ſtipite fiſtuloſo, cinereo. HUDSON. Angl. Ed. 2. p. 620.

Agaricus galericulatus. SCHAEF. t. 52. fig. 1-6.

Kegelförmiger Krauſenſchwamm. Germ.

Ad *Quercuum* truncos inter Muſcos *im Roſenthale* detexi. Octobri.

1535. * *Agaricus* pileo conico, ſubouato, griſeo-flauente, albo denſe plicato; lamellis plumbeis, ſtipite gracili, fiſtuloſo, longo, albido. BATSCH. El. Fung. p. 69. n. 76. SCHAEF. t. 211. palleſcens.

Blaßfarbiger Krauſenſchwamm. Germ.

Ad arborum radices intra Muſcos in ſyluis ſuburbanis frequens. Vere et Autumno.

1536. * *Agaricus* pileo conuexo, lateribus plicis latis piloſus.
plicato-ſulcato, fuſco-cineraſcente; lamellis concoloribus, ſtipite filiformi, concolore, inferne pilis radicalibus lateraliter lanato. BATSCH. El. Fung. p. 67. n. 71. tab. I. f. 2. a, b.

Rauchſtieliger Krauſenſchwamm. Germ.

In ſyluis vmbroſis ad truncos arborum emortuos earundemque radices. Aeſtate et Autumno.

vmbelliferus. 1537. *Agaricus* pileo plicato, membranaceo, lamellis baſi latioribus. LINN. Syſt. p. 976. n. 31.

Agaricus exiguus, niueus, pileo hemiſphaerico, a vertice verſus marginem ſtriato; lamellis rarioribus, ſtipite longiore et tenui. GLED. Meth. Fung. p. 126. n. XXV. var. g. SCHAEF. t 309.

Schirmförmiger Krauſenſchwamm. Germ. *Agaric ombellifere.* Gall.

In deiectis *Tiliae*, *Carpini* aliarumque foliis ſemiputridis aliisque recrementis ſyluaticis hortenſibusque congeſtis gregatim naſcuntur. Autumno.

alliaceus. 1538. *Agaricus* pileo conuexo, opaco, ſupra fuſco, ſubtus albo; ſtipite fiſtuloſo, nigro, nudo. JACQ. Auſtr. t. 82. LINN. Syſt. p. 926. n. 26. SCHAEF. t. 99.

Agaricus pileo rotundo et integerrimo in vertice alato aut depreſſo; lamellis anguſtiſſimis. GLED. Meth. Fung. p. 110. n. XVIII. BOEHM. n. 800.

Agaricus plicatus. HUDSON. Angl. Ed. 2. p. 621. n. 43. *Agaricus Abietis.* BATSCH. El. Fung. p. 73. n. 88. tab. III. fig. 10. a-d.

Doonſchwamm; *Mouceron.* Germ.

In virgultis paſcuis, pomariis, agrorum terminis locisque tenui gramine veſtitis, nec non in ſyluis ſiccioribus, *im Oberholze*, *in der Dübenſchen Heide.* Vere et Autumno.

Fungus eſculentus in deliciis habetur. In culinis hic ſiccatur fungus et ſic vſui ſeruatur per hyemem.

caryophyllatus. 1539. *Agaricus* pileo albo-ſulphureo, ochraceo ferrugineo; ſtipite elongato; lamellisque concoloribus. BATSCH. El. Fung. p. 75. n. 92. SCHAEF. t. 77.

Nägleinriechender Krauſenſchwamm. Germ.

In ſyluis elatioribus et ſyluis arenoſis, *im Bieniz* rarius. Aeſtate.

Fungus eſculentus odorem caryophyllorum ſpirat. BATSCH. l. c.

β. *Con-*

β. Concolores capillares.

1540. *Agaricus* albus, pileo plicato membranaceo, ſtipite nigro. LINN. Syſt. p. 976. n. 32. androſaceus.

